


H



S. Birds

78
277

SYSTEMA AVIUM.

AUCTOR

DR. JOANNES WAGLER.



PARS PRIMA.


STUTTGARTIAE ET TUBINGAE

SUMTIBUS J. G. COTTAE. MDCCCXXVII.



Ramphastos	84	1.	Pterocles
Pteroglossus			Synchaptus
Picus		2.	crypturus 19
Picumnus		4.	Nolturna
Charadrius		5.	Rhynchotus
Cursor		6.	gracula 20
Manorhina			Ptilonorhynchus
Pastor			Corvus 21
Sturnus		7.	Pica
Paradisea			Psarocolius 22
Colaris			Oriolus
Eurylaimus			Ibis-
Chrysobus		8.	
Speleotes			
Epimachus			
Upupa			
Cryptorhina			
Tantalus		9.	
Cecropia			
Anastomus			
Cymbops			
Cephus		10.	
Nothrodicus			
Eurypyga			
Palamedea			
Capito			
Lypsonis		11.	
Pogonias			
Leptopteryx			
Ardea		12.	
		13.	
Buceros			
Megapodius			
Rhynchops		14.	
Cordacias			
Grus			
Columba		15-18	

QL
677
W13
1827
Paris 1, c. 2
ex. 112 B



FAUTORIBUS SUIS

ALEXANDRO DE HUMBOLDT,

CONRADO TEMMINCK, EQ.,

C. G. C. REINWARDT, EQ.,

MANIBUSQUE

REINHOLDII AC GEORG. FORSTER,

VIRIS CLARISSIMIS, INGENIO AC LABORE EXCELSIS-
SIMIS, DE ORBIS TERRARUM EJUSQUE PRODUCTORUM
INDAGATIONE MERITISSIMIS

SACRUM.

3

PROOEMIUM.

Magni quid est illud, quo libri nostri, ad naturae scientiam pertinentes, cacteris antecellunt: nempe quod nequit quidquam in iis reprehendi, nisi argumentis, quae, quum ex ipsa rerum natura sumantur, omni ideo dubio tum ipsa sint exempta, tum eximant rem, quam probare conantur, ac luce clarius ostendant vitia, quae vituperanda videntur. Omnia enim, quae in alma rerum natura invenias, mirâ quâdam atque integerrimâ fide sibi constant. Quare si indicaturus es de hujusmodi libris, num quid valeant an secus, haud juvabit sexcentos libros perlegisse atque adlegare; neque unquam argutissime concludendo atque colligendo cuiquam aperietur rerum natura, nec qualis sit apparebit, nisi ipsam penitus perquirat. Ipsissimam ejus indolem necesse est scrutetur, et suomet animo imbibat.

Quae quidem naturae indoles cuilibet mortalium praecipua inest ipsi: neque tamen omnes sunt ejus intelligendae studiosi; quin multi inveniuntur, qui, quamvis tali studio ducti, non suapte sed aliorum ratione utantur in ea re eruenda. Quo fit, ut tot tibi occurrant errores, qui sibi ipsi invicem repugnantes talem rei, quam tractant, inferant perturbationem, quae, uti orta est e naturae incuria, sic tolli nequeat, nisi ipsi naturae studiosam commodes aurem.

Quicumque igitur fideliter conatur universam rerum naturam ejusque nexum contemplari (plane enim ratione eam amplecti atque comprehendere, non capit humanae conjectura mentis); imprimis scrutetur formas, quibus induta apparet, harumque munera et eventus, quibus funguntur, quos procreant; ac haec quum invenerit, tum demum intelligere tentabit, quo tandem ordine convenient inter se ac respondeant sibi. Furore incitatus si quis id agat, ut jam inde ab initio introspi-

PROOEMIUM.

eere velit universi mundi competentiam, (id quod non licet cuiquam nisi, qui ipse eum creaverit), non poterit fieri, quin sub ipsius rei mole occumbens, mentem imbuat doctrinis fluctuantibus, quibus ex ipsa rerum natura naturam expellat. Verum probe perspexisse complures quasdam, quae in rerum natura occurrunt, formas, mentique impressisse, quemnam locum inter se obtineant variae earum species, quave ratione singulis singulae cohaereant in continua universi mundi serie: id, quamvis non illico contingat, ut in multis jam rebus versetur ea cognitio, magni jam momenti esse dicam; ea enim est mundi, quem elegantissime Plinius eundem rerum naturae opus et rerum ipsam naturam vocat, mirabilis structura, ut universus innumerâ partium, quarum unaquaeque ad ipsius imaginem est facta, contineatur copiâ, neque sit ulla pars quae non et ipsa mundi quandam speciem in fronte gerat, ac universae rerum naturae vultum, rei tamen ac tempori adcommodatum, prae se ferat, a maxima inde ad minimam, usque ad ipsos atomos. Cujus rei gnarus facilius assequeris, ut universae rerum naturae notionem mente capias.

Haec si probe perpendas, non erit cur te non agnitarum verear, quanta commoda nobis adferat, singulares res naturales suo quamque loco dispositas atque descriptas habere; minus etiam timor erit, ne minuti momenti tale opus existimes: nil enim exiguum quo scientiae nostrae termini proferuntur, neque pusilla est res, qua magnae naturae cognitio vel ex parte tantum juvatur:

„Die Natur in ihren schönen Formen spricht figürlich in uns, und die Auslegung ihrer Chifferschrift ist uns im moralischen Gefühle verliehen. Schon der bloße Reiz in Farben und Tönen nimmt gleichsam eine Sprache an, die seinen höhern Sinn zu enthalten scheint und die Natur näher zu uns führt.

Kant.

PROOEMIUM.

Ante aliquot annos cum viro veneratissimo, mihi quae amicissimo *Georgio a Langsdorff*, imperatoris Russiae a consiliis publicis, nec non ejusdem rei politicae summo per Brasiliam consule, hujus ipsius regni interiores partes visurus quum de libris cogitarem, quos in itinere illo si quid proficere vellem in rerum naturalium cognitione, mecum haberem: valde nos adhuc egere talibus libris vidi; quae penuria magis etiam me offendit, quum hoc ipso anno quaedam ex celeberrimis Europae Museis Naturalibus attentius perlustrarem, atque persuasum est mihi, deesse nobis tum generalem animalium, tum maxime avium descriptionem, qua et in itinere et in museis illis satis docerer. Ratus itaque ab omnibus desiderari librum ornithologicum, qui res nuper et nuperrime inventas contineat, neque careat judicio, haec omnia quasi cribro cernente ac lucide commentante, inductus sum juventutis ardore, rei ipsius amoenitate provocatus, ut simul adjutus tum copiosis rerum naturalium collectionibus tum librorum doctorum ope, schedas quas mecum tuli, meâ ipsius operâ conflatas, quibus omnia quae nuper et nuperrime detecta sunt, in avium cognitione versantia, quantum certe ad meam notitiam pervenerat, continebantur, locupletissimis avium Museis conferrem, collatasque acri judicio dijudicarem, disponerem, congererem.

In quo negotio id potissimum agebam, ut commentarer priorum de avibus auctorum amplissima opera, imprimis ex Systematis Naturae a *Linnaeo* conscripti editione decimâ tertiâ, quam curavit *Gmelinus*, eum tomum, qui avium tractat historiam, nec non *Lathamii* librum, qui inscribitur *Synopsis avium*, omnium fere Zoologiae incumbentium manibus tritum; quae opera, quamvis critici ingenii laude minus digna, summâ tamen cum fide omnes avium species per duorum saeculorum spatium et ultra hucusque inventas describunt, multasque proferunt aves rariores, quae ex illo inde tempore nemini amplius occurrerunt. Usus autem

PROOEMIUM.

sum in hac commentatione tali ratione, ut quae ab his proferuntur omnia accuratius disquirerem ac critico lumine illustrare conarer.

Permagnâ avium copiâ, quas ex remotissimis terrae regionibus coacervatas inveni, effectum est, ut quam saepissime hoc assecutus sim multumque in disquisitione mea juvarer. Maximae autem quae offendi difficultates mihi obstabant, quoties in eo fui, ut ex *Lathamii* descriptione minus notas aves quasdam noscerem, atque designarem, quae in Nova Hollandia, in Archipelago Maris pacifici, itidemque in Sina habitare solent, quarum certe plerasque figurarum saepe forsitan male pictarum ope tantum descripsit. *) Multo magis etiam vexabar, quum ex illis, quae *Molinae* libro, omnium Ornithologiae studiosorum in cruciatum consuto, excerptae sunt, descriptionibus avis cujusdam speciem ediscere volui.

Lathamiani operis nova sub initium anni modo elapsi

*) Clarissimi *Robertii Brownii* comitate, copia mihi facta est inspiciendi picturas, quibus *Forsterii* duo, *Sparrmannii* ope adjuvante, sua ipsorum manu animalium plurimorum, praesertim Insulas amicas, quae dicuntur, itemque Novam Caledoniam, Novam Seelandiam, Terram del Fuego etc. incolentium, depinxere figuras; quae quidem picturae, summa cura atque integerrima fide elaboratae, exstant in Bibliotheca societatis Linnaeanae. Gaudio perfundebar, dum aspiciebam magnam avium picturarum copiam, quarum complures in nullo adhuc Museo inveniuntur; multumque miratus nonnullas cognovi istarum regionum aves, quas *Lathamus* descripsit ac depinxit secundum has *Forsteriorum* icones, nulla tamen eorum mentione facta. — Dolendum est, quod egregiae istae figurae, quarum descriptionem continet liber manu scriptus, nisi fallor in Bibliotheca Berolinensi Regia exstant, nondum divulgatae sunt tali ratione, quae auctorum meritis conveniat, ac laudem iis tribuat, qua adeo dignos se praebuere. — Magnus et Botanicae scientiae fructus carperetur, si publicarentur opera *Forsteriorum*, quae Botanici argumenti in eadem Bibliotheca servantur, egregias plantarum in itinere circa mundum observatarum icones exhibentia, quae hucusque a nemine adhibebantur literarum in usum publicum.

PROOEMIUM.

prodiit editio, ab ipso auctore curata, in qua recepta quidem sunt ea, quae novissimo tempore ad augendam avium cognitionem passim proferebantur, pessimo tamen ordine, ac prioribus observationibus absque iudicio admixta. Quod diffusum ac vagum scribendi genus eo usque jam perventum est, ut vix possis adhuc te hac confusione expedire, ac temporis te poeniteat, quod teras talibus libris usque corrigendis. *)

Non omni quidem laude privanda est versio, quâ *Bechsteinius* primam hujus operis editionem vernaculâ linguâ donavit; multis enim additis *Bechsteinii* adnotationibus, quibus et tractantur quaedam serius detecta, ipsum auctoris opus antecedit ea versio. At tamen non potuit tollere maculas, quibus praegraves errores librum contaminavere.

Brissonius qui edidit avium historiam pro illius temporis eruditione ac scientia perfectam, atque optime elaboratam, in quibus rebus suismet oculis ei licuit contemplari, egregius est auctor ac omnino dignus ad cujus exemplar etiam nunc properent harum rerum scriptores. Nam quod in ejus libris, nostra aetate, quâ maxima copia accessit novarum rerum, jam non sufficientibus, interdum invenias descriptiones minus veras, non est cur tantum succenseas, quantum ubi idem accidit hodie, quum omni harum rerum copia abundamus. Respicias oportet, quod tunc temporis exigua tantum incrementa ceperat Ornithologiae scientia, ita ut avidè captarent, cujuscunque poterant ex peregrinatione reversi, narrationes de animalibus, quae, omni literarum sapore destitutae, rudissimi ingenii vestigia manifeste ostendunt.

Quare jam magni, quae quidem tunc erat harum

*) Fuit mihi facultas, ut opus hoc permagni constans, anglica lingua editum, multa volumina continens, figuris aeneis donatum, in Bibliotheca Societatis Linnaeanae percurrerem; neque tamen licuit mihi postea in elaborandis schedis meis ejus ope uti.

PROOEMIUM.

doctrinarum conditio, aestimanda sunt *Aldrovandi*, *Gesneri*, *Marcgravii* aliorumque opera, inter quae imprimis eminent *Sebae* Thesaurus; quibus omnibus, licet multum incultius tractatum inveniamus, permagnas tamen gratias debemus, quum auctores essent senioribus, ut novis de eadem re libris edendis scientiae nostrae fines sensim sensimque proferrent; adeo ut ad ipsorum exemplar libros quam gravissimos ortos esse dicas, quorum nonnullos jam ipsum affectasse perfectionis limen fatearis oportet.

In quibus jam numerandae erunt pulchrae illae avium figurae, quas pictas expromsit *Edwardsius*, non expertes textus, qui et ipse jam citra mediocritatem habendus est.

Non ita multo post *d'Aubentonius* qui est natum minor, id moliri coepit, ut depingi curaret aves omnes, quae reperirentur in Regio, quod tunc Parisiis erat, Museo; unde ortum est opus universae scientiae de avium natura utilissimum, quum clarissimus *Buffonius* ad figuras illustrandas interpretationem adjecit.

Quae quidem interpretatio, ut summam doctrinam profert ac disquirat, quae ab antiquissimis inde temporibus de avium natura atque historia literis mandata sunt, ita magis sermonis copiosam facundiam se commendat quam accuratam enarrationem et enumerationem sententiarum, quas tritis opinionibus contrarias usurpavit, de avium sedibus, quonammodo toto orbe distribuuntur, vel de variis earum generibus ac specierum affinitate.

His fere libris ad hunc usque diem uti potuimus in Ornithologia universa, quoad quidem ea pertinet ad enarrandas et describendas aves.

Levaillantius vero, ubi primum confecerat itinera duo per interiores partes Africae meridionalis inita, confestim in publicum emisit, quidquid a se spectatum atque observatum erat; quibus observationibus quantum locupletata sit scientia nostra ornithologica, vix queas dicere.

PROOEMIUM.

Eximia exspectatio, qua omnes Ornithologiae periti pependerant ob viri indefessum in rebus naturalibus scrutandis studium, non expleta modo, verum omnino victa est immensâ observationum copiâ, quas egregias protulit de numero non ita paucorum avium, quae, Africam meridionalem habitantes, ante *Levaillantium* omnes investigatores fugerant.

Pusillâ multorum mente ac quorundam, sordidâ dixerim, invidiâ factum est, ut diu eximii hujus ingenii opera posthaberentur, imo haberentur fidei suspectae, donec meritissimus *Temminckius* quanta sint, ostendit ac luce clarius demonstrare coepit, re vera dari aves omnes, quas descripsit *Levaillantius*. Quibus non possum non addere, *Levaillantii* scripta, quamvis modestissimo habitu incedentia, non carere istâ elegantia, quam nisi familiaritate cum bonis literis et artibus nequeas acquirere.

Descriptionibus solertissimis accedunt praeter figuras, magna cum fide et amoenitate pictas, ipsius quoque animadversiones de uniuscujusque avium vivendi ratione, propagatione, migrationibus, aetatis stadiis etc., ingens omnibus Ornithologiae studiosis thesaurus. *Levaillantii* insuper est, indefessâ, quâ peragravit calidam et inhospitalem Africam, strenuitate (quam in omni re observanda impendisse facile apparet scripta ipsius legenti), effecisse, ut ceteri quoque per Europam naturae studio dediti ad parem industriam incitarentur, atque ad ejus exemplar acutiore quasi ac firmiore lumine uterentur in designandis et describendis tum generibus quam speciebus. Non possumus, quin omnes naturae scientiam profitentes moerore compleamur, quod operis ab eo suscepti continuatio, quae contineret natatores et grallatores aves, praematurâ viri obitu intermissa est. *)

*) Jam dudum ante mortem suam *Levaillantius* conscripserat avium in Africa degentium grallatorum ac natatorum historiam,

PROOEMIUM.

Ornithologia *Shawii*, quae exstat in ejus historia animalium universa, ex omnibus prioris recentiorisque aetatis scriptoribus consarcinata, compilationem nimis olet, quam quae ullo pacto harum quaestionum dux esse aut in auxilium vocari possit.

Aliud quoddam de universa avium historia opus a strenuo illo *Vieillotio* Parisiensi conscriptum est, quod compluribus tomis libri, qui inscribitur „*Nouveau Dictionnaire d'histoire naturelle*“ invenies sejunctum, nec minus operis, quod dicitur „*Encyclopédie méthodique*“ anni 1822 et 1823 voluminibus secundo et tertio receptum. Magnam hoc opere laudem sibi meruit auctor, quod accuratius distinxit atque definivit multa avium genera, novasque avium species non ita paucas descripsit. Caveas tamen velim, ne omnes, quas hic novas enumerat species, temere recipias; uti enim *Lathamii* isti libro, sic et ipsi huic operi deest criticum acumen, quo fit ut eadem avis interdum bis vel quater utpote diversarum specierum enumeretur, imo nonnullae etiam pro diversis generibus descriptae occurrant. Quam describendi ob levitatem saepe numero vel summâ industriâ maximaque cautione hos omnes errores detegere atque refellere non valeas et plerumque casu tantum eorum notitiam acquiras; cui accedit quod, quum non raro auctores silentio praetermittant, quibus usi sint sive libris, sive auctoritatibus et testimoniis, saepe coacti sumus, ut ipsos solos duces sequamur, ac ita iisdem quibus ipsi impediamur erroribus.

Quae *Levaillantius* praestitit in avium Africae, tum et ex aliqua parte Indiae orientalis Americaeque historia conscribenda, eadem *Temminckius* libris

quam eadem ratione, qua terrestrium avium descriptionem, splendidis ac exactis figuris adornare parabat. Dolendum est, hucusque neminem inveniri tam liberalem Maecenatem, qui opus hoc, universae naturae scientiae tantopere exoptandum, quod nunc Parisiis venale prostat pretio non ita magno, typis divulgari curet.

PROOEMIUM.

suis atque adnotationibus, quas iis addere solet, obire conatur pro cunctarum avium historia. Ideo vix dubites dicere *Levaillantii* ac *Temminckii* operâ in universa Ornithologiae scientia novum quasi ac felicius saeculum esse exortum, tum quod attinet ad enarrandas sedes avium per singulas orbis partes mirum in modum tam sejunctas quam cohaerentes, tum quod spectat ad corporis et formae descriptionem naturae accommodatam, et denique ad cuncta avium genera naturali quodam ordine, secundum corporis exteriora insignia, in systema quoddam disponenda.

Tale systema qui extruere, vel conscribere nititur, huic, quum totus in exteriori avis versetur contemplatione, praesertim ideo videndum erit id, ut integerrimâ fide praecipua corporis instrumenta externa, uti motui inservientia, alas, pedes, caudam, sive quo cibus capitur, rostrum etc. observet ac describat, quippe quibus potissimum colligi possit, quaenam sit vivendi ratio, quaenam interior structura, quemnam itaque locum in universa rerum serie pro natura sua obtineat avis.

Hunc in modum rem tractando celeberrimus *Cuvierus* munivit viam, quâ intima avium cognitio acquiri possit, quem statim secutus *Illigerus* successorem nunc habet *Temminckium*, qui optime de avium generibus designandis jam meruit, instrumenta ista attente recteque observando. Quo factum est, ut tam felici successu naturali quadam serie disponderet ordines, familias, genera; neque fieri potuit, quin indefessâ industriâ, quâ historiae avium se dedit, uti prius mammalium (cujus rei firmissimae auctoritates extant Monographiae ab ipso jam editae), quin mirâ in his rebus scientiâ, solertissimis, quas ipse exhibuit, observationibus, denique Musei Naturalis, cui Lugduni Batavorum ipse conservator primus est constitutus, eximiâ copiâ, nec minus societate, quam cum totius orbis doctissimis viris sustinet, jam dudum palmam scientiae ornithologicae reportasse videatur.

PROOEMIUM.

Ex quibus omnibus colliges, non facile fore, ut invenias alium librum qui Ornithologiae studio deditos aequè juret ac ille *Temminckii* cui titulus „*Planches coloriées*“; quem ipse auctor modestiae plenus continuationem tantum dicit Buffoniani operis, quod dicitur „*Planches enluminées*“, quum tamen hoc *Buffonii* opus etiam figurarum arte longe sit infra *Temminckii* egregium librum.

Tabulis his pictis, quicumque Ornithologiae studio intentus est, maximo cum fructu utetur; quin sine iis non habebis, quo nisus avium tum universum systema, tum singularium cognitionem capias; namque non solum generum atque specierum novissime detectarum permagnus numerus iis continetur, verum potissimum excellunt adnotationes criticae, quas mira ubertate, suis ipsius observationibus firmatas, auctor inseruit ad corruptas quorundam scriptorum descriptiones refellendas; in quibus praesertim numeres *Gmelini* ac *Lathamii* quas jam dixi descriptiones.

Maximâ porro commendatione digna existimari oportet opera ornithologica, quae ab *Audeberto* et *Vieillotio*, *Desmaresto*, *Horsfieldio*, *Swainsonio*, *Quoyio* et *Gaimardo* etc. magno cum splendore typographico edita sunt, additis figuris summa amoenitate depictis; haud parum singularium avium cognitio aucta est his libris, quum abundant tum observationibus acutissimis, tum avium speciebus nusquam antea oblatis.

Ut autem potissimum aves regionum remotiorum tractabantur viris egregiis, doctissimis, ita certe non neglectum est avium, quae Europam incolunt, studium; quod nunquam tam felici eventu processit, quam nunc, quum *Naumanni* strenuissimi, *Wolfii Meyeri* que, *Temminckii* nec non solertis *Brehmii* libris, animadversionum utilium plenissimis, omnia superata sunt, quae *Pallas* ac *Bechsteinus*, viri ornatissimi, harum rerum auctores quasi et principes, praestiterant gravibus suis ac eruditis libris.

PROOEMIUM.

Ast arcti praefationis termini me monent, ne amplius pergam enarrare viros, quorum auxilio operaque largiter impensa admodum aucta est avium cognitio; taceam igitur ea, quae ad historiam avium Europam habitantium allata sunt observationibus, quas *Nilsonius* collectaneis suis Zoologiae Scandinavicae, quas *Faberius* in Islandia instituerunt, creberrimis, taceam quas amicus meus veneratus *Boie* natu major Diario illo itineris per Norwegiam confecti, quas ante hos claros viros *Fabricius* Fauna Groenlandica sua aliique sibi gratias meruere; id vero non possum silentio praeterire, quantopere me adjuvit, quoties edocuit libellus ille *Lichtensteinii*, quo enarrantur aves, quae his extant in Museo Berolinensi*). Scatet hic liber criticis animadversionibus gravissimis, multasque novas profert avium species; neque possumus, quin optemus, ut vir doctissimus in posterum quoque pergat donare nos operibus tam utilibus.

Rerum naturalium solers perscrutatio ac notitia quantum conferat, non dicam universis literis, mentisque humanae eruditioni, sed vitae commoditatibus, medicinae, oeconomiae, artibus: probe perspexere hujus seculi nonnulli principes liberaliores ac bonis artibus et studiis indulgentes. His factum est, ut multi viri docti juberentur, multi ultro conarentur peragrare regiones remotissimas, referrentque inde naturalium rerum atque cognitionum largissimam copiam, adeo ut loca, quae nondum lustrata sint virorum naturae peritissimorum strenua industria, jamnon reperiantur nisi pauca quaedam naturae ipsius impedimentis inaccessa.

Neque caeteris rerum naturalium scientiis inferiorem se praestitit Ornithologia, imo mira alacritate cepit incrementum, quum et e remotioribus minusque notis orbis partibus literati viri plurimi procederent qui

*) Verzeichniss der Doubletten des zoologischen Museums zu Berlin. Berlin 1833.

PROOEMIUM.

totis nervis adnitebantur, ut accuratius inspiciendo res omnes, quas, in ipsorum regionibus quam maxime varias procreat natura fecundissima, tum suam ipsorum de rebus naturalibus scientiam pro parte virili auferent, tum simul harum rerum literas nobili suo studio ditarent illustrarentque ac perducerent ad clariorem cognitionem.

Quo in genere ne omnia enumerem ab egregiis viris in maximum hujus doctrinae usum praestita, sufficiat nominasse opus illud praeclarum, quod ab *Azara* conscriptum est de historia animalium, idque potissimum de avium historia, quae degunt in terra Paraguaia ac pertinent usque ad regiones, per quas volvit aquas amnis la Plata; opus refertum frequentissimis et gravibus observationibus, quae spectant vivendi rationem avium has terras inhabitantium, nec minus auctum accuratis ac exquisitissimis descriptionibus corporis earum atque formae. Addas velim *Wilsonii* insigne opus, quo proferuntur ac describuntur aves, quarum sedes sunt per civitates consociatas Americae septentrionalis, atque habebis, quo existimes, singularia harum virorum merita digna esse, quae summâ laude ac gratiâ prosequamur; videbisque, hos duos viros non modo aeternam reddidisse memoriam suam apud omnes qui doctrinae huic student historiae literariae, verum etiam ipsam scientiam nostram observationibus suis et scriptis non parum auxisse, ornasse, honestavisse.

Sed et nostratum opera multum abest, quin defuerit huic scientiae. Per omnes telluris regiones a viris praeclaris institutae sunt rerum naturalium, quum ceterarum tum volucrum, observationes gravissimi momenti. Quae quum plurimae ab ipsis auctoribus in publicum emitterentur, magna ideo ad nostram quoque scientiam facta est accessio. Institutae enim erant illae animadversiones non in mortuarum cadaveribus ex longinquo allatis et proinde corruptis ac temporis et tempestatum vi depravatis; sed in vivis avibus ac in earum ipsa sede

PROOEMIUM.

et domicilio quasi investigati sunt ipsarum tum mores et vivendi ratio, tum structura, forma, anatomia, physiologia. Et ut omnia plana absoluta sint, quae ad perfectam naturalium rerum cognitionem exigi queant, relatae sunt in Europam non observationes modo in his rebus institutae, verum pleraeque res ipsae, quae nunc in museis copiosissimae inveniuntur, aves non minus quam reliquae, ita ut cuilibet liceat ipsi iudicare, num auctorum relatio vera sit an minus, quantum certe attinet ad structuram et anatomiam animalium. Quo fit, ut qui velit perscrutari ac ordine suo noscere omnia, quae Ornithologiam spectant, his nuperrime inventis praebitam sibi videat materiam immanem, quam si jungas cum seculi praeterlapsi inventis, addasque, quae hujus ipsius seculi initio detecta sunt, prope immensam dicas.

Gratias perquam magnas ideo debemus egregiis libris, quos conscripsit animalium historiam attingentes *Humboldtius*, vir sideris instar eminens inter omnes qui naturae et literarum amore ducti longiora itinera confecerunt; neque minus grato animo accipiamus, quae multos per annos in insulis Moluccis praestitit *Reinwardtius*, quae obierunt in Sumatra et Java *Horsfieldius*, *Rafflesius*, *Hasseltius*, *Kuhlius*, *Dussimierus*, *Maugeius*, quae porro in Brasilia effecta sunt *Langsdorffii* diligentia; potissimum ne obliviscamur eximium decus quod de ejusdem terrae animalibus investigandis promeruit illustrissimus et clarissimus *Maximilianus* princeps a *Neovidano*; agnoscamus laborem quem in eadem Brasilia suscepere *Spixius* noster ac quos Austria misit solertes scrutatores, *Mikanius* praesertim et *Nattererus*; operam, quam impendit his rebus *Bullockius* in Mexicano regno, *Delandius* in promontorio bonae spei, *Burchellius* in interioribus partibus Africae meridionalis, quam *Eversmannus* in Tataria, quam egregius ac indefessus *Rüppelius* et fidissimus ipsius comes *Hayeius* in Africa septentrionali, quam multi Francogalli docti in Senegambia, quam denique strenuissime navarunt *Quoyius* ac *Gai-*

PROOEMIUM.

mardius terram circumvecti, itidemque Dr. *Sieberus*, qui praecipue tamen bene meruit de Nova Hollandia.

Tam copioso ac eximio apparatu, talibus libris viro-
rum naturae peritissimorum adjutus quum essem, sane
videbit lector, non sine magnis auxiliis me iniisse cer-
tamen meum, atque opus hoc perdifficile et laborio-
sum, vires meas fere superans, esse aggressum. His vero
auxiliis utrum bene ac convenienter usus sim an secus,
jam viderint alii, qui naturalibus rationibus nixi senten-
tiam ferant de eo, quod equidem praestiterim. Vix
poterit fieri, quin nonnunquam in reprehensionem ca-
dam, quippe qui propriae observationis ope in quibus-
dam rebus destitutus aliorum tantum judicio ac aucto-
ritate in describendis ac constituendis avibus interim
uti coactus sum; haud vero id fugiet quemquam, pro
viribus et indefesso studio me contendisse, ut opus
meum meis ipsius observationibus firmarem, neque un-
quam me poenituisse nec temporis nec laboris, quem
impenderem, ut sententias minus rectas, tam meas quam
aliorum, consecrarem, detegerem, erroris convincerem,
quantum quidem pro virium portione mihi licuit. Id
certe asseverare ausim, quotiescunque librum quem-
quam ad avium scientiam pertinentem evolvi et inspexi,
non aliud in hoc me egisse, quam id, ut sententias ab
iis allatas conferam cum iis quae ego sentiam de eadem
re, ac critico acumine perquiram, huc illuc vertam, at-
que dijudicem eas, quae tali comparatione orientur con-
sequentias; neque unquam sane eo consilio adivi tales
libros, ut descriptiones ex iis sumerem, mihi vindic-
carem laudem et gratiam, quam animadversionibus gra-
vioris momenti auctores meruere.

In conscribendo vero libro meo siquidem praestitu-
rus aliquid eram, quod ad perfectionem quandam attingeret,
non potui id assequi, nisi illustratis zoologicis
museis, quae in regia Francogalliae, itemque Angliae
extant, nec minus Museo regni Belgici, quod est Lug-
duni Batavor., spectato. Nam his demum adhibitis tan-

PROOEMIUM.

tum virium acquirere poteram, quantum opus esset, tum ut schedas meas, quas Ornithologici et Amphibiologici argumenti per septem annos in Museis nostris Monacensibus elaboraveram et literis mandaveram, critica arte recenserem, ac propria contemplatione illustrarem, corrigerem, augerem; tum ut congererem ac descriptione amplecterer res quasdam, quae animalium historiam spectantes, a seculi duodevicesimi fine hucusque detectae sunt a Belgis in Archipelago Indiae orientalis, atque in ipsius Asiae terra firma, ab Anglis in Nova Hollandia, quae terra tantam copiam praebet animalium forma et structura non minus differentium ab omnibus reliqui orbis animalibus, quam inter se affinium; quas porro ex Africa meridionali, quam perfluunt flumina Gambia et Senegal, attulerunt Francogalli, quas Germani ex Africae plagis septentrionalibus, praesertim ex Aegypto et Nubia, denique ex Americae regionibus calidioribus; quae res omnes depositae sunt et conservantur in istis Museis Europae excellentissimis. Ut brevi dicam, non poteram nisi his museis visitatis pervenire ad propositi mei finem, nimirum ut illis, qui Zoologiae scientiae tali studio sint dediti, quod in ipsis animalibus cognoscendis nitatur, non in doctrinis et conjecturis formandis, commodum opus, quod propria contemplatione ac observatione utens non sine aliquo successu conetur evellere e libris nostris Avium et Amphibiorum scientias attingentibus errores quam plurimos, quos his scientiis intruserunt nonnulli naturae studium profitentes, verum opinionibus potius quam sensibus grassantes in cognoscendis naturae rebus, adeo ut nullâ unquam propria consideratione institutâ, parasitorum in modum aliorum tantum sudore vescantur ac libros modo vita carentes, non vivam rerum naturam quum interrogent, doctrinas procreent monstrosas et deformes. Ad tales doctrinas refellendas intentis viribus laboravi, ut rerum imagines praeberem, quae coloris ac formarum integerrimam fidem prae se ferant.

PROOEMIUM.

Multorum jam annorum per spatium in intimo animo movebar desiderio, ut investigandi atque perspiciendi rerum naturam causa liceret mihi latiore copiam rerum naturalium meis ipsius oculis spectare, earumque notionem menti imprimere. Peperit et contraxit illud desiderium non minorem fere cupidinem visendi atque noscendi viros egregios, qui tali ingenio praediti conati sint almam rerum naturam nobis aperire atque depingere pro infinita ejus majestate, miroque successu effecerint, ut vera ejus species veluti pictoris doctissimi ope ante oculos nostros surgeret omni varietate ac copiâ induta, quâ revera praedita apparet omnibus qui ei perscrutandae operam dant, ac ingenii et industriae auxiliis ad familiaritatem quandam ejus pervenerunt. Quibus viris visendis non mediocrem mihi redivitum speravi scientiae fructum, quum colloquiorum consuetudine et quotidiano usu multa, quorum notionem minus claram perceperam in aliqua rerum naturae parte, explicatum iri ac penitus illustratum expectatione aequa et minime dubia omnino confidere possem.

Regnante adhuc optimo ac liberalissimo rége nostro *Maximiliano Josepho*, excelsissimo isto artium et literarum tutore, hoc summo gaudio perfundebar, ut desiderium illud, diu jam altum, inveniret exitum. Hujus enim sub auspiciis faustissimis licuit mihi peragraré Franco-galliam, Angliam et Belgiam, ibique conferre ditissimas ut sic dicam gazas naturalium rerum; quarum consideratione nisi adjutus fuisset, prorsus deesset mihi facultas talis negotii quale nunc obo suscipiendi. At quum in atrio perstarem illorum quasi naturae sacrorum, subiit me verecundia quaedam sacra et religiosa, utpote qui deorum templa aditurus fuerim, atque omnis incessit me propositi mei difficultas. In museum Lutetiae Parisiorum, aedem illam splendidissimam quae rerum naturae colendae sit condita, intraturus quum essem, animo repetii illud Plinii dictum, quod in epistola ad Vespasianum dedicatoria perscriptum legimus:

PROOEMIUM.

„*Res ardua, vetustis novitatem dare, novis auctoritatem, obsoletis nitorem, fastiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus vero naturam et naturae suae omnia.*“

Rediit tamen animus cum propositi mei integritatem consiliumque, scientiae modo fructum spectans, considerarem et perpenderem.

In isto igitur museo quum coepissem schedas, quas mecum gessi manu scriptas, percurrere ac critico cultro tractare, comparando quae scripseram cum rebus ipsis quas descripseram: multa sane, quae adhuc aenigmatis instar mentem meam luserant, neque plane a me intelligi poterant, quamvis omnem conjecturae vim impenderem ad divinanda ea, subito inclaruere, multi-que errores qui de aevo ad aevum serpunt et propagantur in libris virorum doctorum umbratiliis, veluti nubes oculis deciderunt ac subsidentes sensibus meis inspectionem quasi veritatis et intelligentiam praebuerunt.

Qui rerum naturam ex ipsa rerum natura cognoscere atque intelligere nititur, non ex doctrinis mente tantum conceptis, non majore gaudio affici potest, quam ubi tales errores, qui a compileribus naturae injiciuntur eamque parasitarum instar obtorquent et strangulant, ab ipso inveniuntur, nudantur, delentur. Proinde, ut omnia, quibus naturam magis illustrari posse sperat, adhibet et impendit pro virium suarum scientiaeque ratione et copia, neque ullius in hunc finem operae eum poenitet, ita summo moerore et dolore movetur, quum videt permultos eorum, quibus fortuna favente licuit licetque naturam rerum latissimo circuito ac nullis fere finibus circumscriptam intueri, foedissimo tamen ingenio ductos ita eam tractare, ut ipsam, alii puerorum alii feneratorum in modum, sive ludico sive lucro adhibeant, atque sic, quae nobis numen quoddam benignum praestantissima in hoc terrarum orbe dedit, scientias et artes, vilissimis affectibus inservire jubeant.

PROOEMIUM.

Cujusmodi abusus et petulantia, literarum ingens dedecus, nullam fere naturalium scientiarum partem foediorum spurcitiâ unquam commaculaverit infeceritque, quam ipsam Animalium historiam, in qua nunc quoque, id quod potissimum affligere ac animo dejicere possit omnes bene de hac re sentientes, maxima procacitate ac ampliore etiam frequentia hæc vitia grassantur. Sunt enim qui ridicula sui fiducia obcaecati, cum noverint quomodo nominetur scarabæus aliquis, sive didicerint, qua ratione describatur hæc illa avis, hoc se titulo merito putent nomen gerere posse Zoologiae incumbentis, quique hac temera fiducia inducti, ut, quæ se nosse confidunt, in vulgus emittant, non se ipsos modo talibus scriptis, verum inter homines sanos quidem, hujus tamen rei haud peritos, ipsam quoque scientiam ridiculo et contemptui faciant. Is hodie scientiæ naturalium rerum est ambitus, ut jam non, si quis animalis adhuc ignoti exuvias tantum proferat atque describat, is aliquid ideo profecisse videatur in scientiæ nostræ literis; quod tamen videntur opinari isti illiterati, qui tanti momenti esse existimant has nugas, quarum adeptio et possessio nullius pretii digna est, nisi ei qui novi tantum curiositate ductus, pusillo animo præditus, omnia quæ occurrant mentis expertis congregat, et cujus oculi vetustiorum rerum consuetudine obtusi novum semper pabulum quaerunt, quo unico delectari potest. Magni quoque tales res aestiment naturalium rerum mercatores, qui lucro inhiantes his minutis illecèbris utuntur, quo certius istos imprudentes et pueriles emtores alliciant, ut magno pretio emant, quæ viro literato, et revera naturæ scrutatori nihili valeant, nisi novum illis suppeditetur membrum, quo in continua et infinita rerum serie locus adhuc vacuus expleatur et sic ad ipsum rerum ordinem quasi perficiendum et plane noscendum aliquid afferatur; quod tamen erui non potest nisi tale animal altiore sensu, non oculis tantum perspexeris.

PROOEMIUM.

Non potest quin tandem defatigetur animus, qui in eo sudavit, ut perlegat ac critica argutia dijudicet et disponat, quae levissimi momenti in istis libris zoologicis, quotidie in vulgus prodeuntibus et boletorum instar per unius noctis spatium fere humo enascentibus continentur; quo fit, ut ipse interdum multo labore lassus te implices labyrinthis, quibus vix unquam te expedias nisi tentatis compluribus viis ad errores vergentibus, quo temporis et operae immensam facies jacturam. Mirum ita non foret si scientia nostra, quae, quum omnium naturarum sensibus et organis instructarum longe maxime perfectas tractet ac versetur in scrutandis et cognoscendis formis acutissime circumscriptis, potissimum ideo inservire possit ad explicandas et solvendas disquisitiones de ipsa vita ejusque natura, de iisque quae arctissime conjuncta sunt cum ejus rationibus, postremo labatur ac dejiciatur tam alieno onere depressa; quod si eveniret, multo magis etiam dolore atque indignatione prosequendum esset nunc, quum magnanimorum quorundam principum liberalitas scientiae huic tam nobilem et amplam fert opem; quum eorum tutela ac favore docti viri complures emittuntur per omnes orbis partes, vel quam maxime dissitas; quum ampla societate, qua nunc, uti nunquam antea, in literis excolendis et dilatandis conjunctae sunt plurimae terrae, facile fieri possit, ut harum rerum literae ad immensam fere altitudinem provehantur, quam nullo hactenus aevo assequi potuerunt, quamvis tam dignae sint, et tantopere aptae, quae summum ac splendidissimum perfectionis gradum affectent.

Si quis rerum naturam, quae omnium macularum expers, aeternam juventam praedita, miro desiderio et amore animos implet, ut nil aliud praeter ipsam pari ardore desiderent et expetant, integro animo et flagranti studio amplexus est, si, ubicunque eam aspicere licet, id tantum nititur, ut eam penitus animo combibat atque cum sua ipsius natura concrecere curet: non dubito fore ut is plane

PROOEMIUM.

mecum sentiat, ac quae modo dixerim, his omnibus subscribat; certe non improbabat, quod tantopere succenseam, adeo indigne a quibusdam tractari scientiam nostram. Sciet enim, qui tali amore naturam sectetur quali ego, non posse eum, quin iracundius grassetur in omnes, qui sive malignitate sive stupore ducti id agant, ut almae naturae pulchritudinem et majestatem dejiciant, et sordibus suis inquinent.

Haec sentiens et tanto naturae penitus cognoscendae ardore quod equidem adierim tum musea ista, tum ipsum hoc opus conscribendum, nihil hac re ego mihi conciliare cupio judicum animos, ut forte magis mihi faveant et majori benevolentia spectent hunc meum librum. Imo hac ipsa de causa, quod nil aliud hoc negotio assecuturus eram, quam id, ut scientia tam in me quam in aliis augeretur: nil aliud quoque spero et desidero, quam ut mihi, si quid in sententiis meis et comparationibus minus verum protulerim, obtingat non arbitri indulgentis venia, sed severi judicis vituperium et emendatio rationibus firmata, quae nonnisi a viris, qui propriâ operâ, propriâque contemplatione naturam intueri et noscere studuerunt, proferri potest; hi enim soli noverunt, quanta difficultate nonnunquam consequentiae colligantur ex solis animalium cadaveribus, nullâ de vivorum moribus ac de diversis pro singulis vitae stadiis rationibus licitâ comparatione. Quatenus ergo peccaverim, quos protulerim errores, jam dijudicent avium solertes et experti scrutatores, naturalibus argumentis nixi, non doctorum umbratiliam doctrinâ, compilationi tantum et conjecturis confisâ. Quare opus hoc naturae scrutatoribus trado minime trepido et demisso animo, imo magno gaudio magnaque cum fiducia; quidquid enim in eo vituperatum fuerit, non poterit quin scientiae augmentum ferat, mihi institutionem novamque cognitionem quam maxime exoptatam, ac libentissimo et gratissimo animo exceptam. Tali ratione id quoque forte poterit evenire,

PROOEMIUM.

ut complurium naturae scrutatorum consociatâ operâ, observationibus de rebus naturae collatis atque inter se comparatis, oriatur opus aliquod, quod, ab opinionibus et sententiis naturae non consentaneis cribro quasi liberatum, efficere queat, ut veritati magis magisque appropinquemus in avium scientiâ. Ita demum fiet, ut habeamus ornithologiae delineationem, si non perfectam, aliquam tamen, eamque veram et correctam. Equidem in hoc meo libro conscribendo id efficere conatus fueram, ut avium systematis non dicam adumbrationem dedisse, sed tantum ad fundamenta jacienda unum saxum attulisse videar. Quod si mihi processisse concedant harum rerum periti, fateanturque me aliquid edidisse, in quo alii doctiores pergant formare atque aedificare, multum jam hoc me profecisse putem.

In parando et edendo vero hoc Systematis avium fundamento hanc potissimum rationem ineundam constitui, ut singula avium genera singularibus descriptionibus sive monographiis tractarem, quo facilius eorum prospectus acquiri et sic species quaeque clarius distinguere queat; quae tractatio satis intelligi hoc primo volumine inspecto potest.

Nullâ adhuc ratione habitâ, quonam ordine genera ponenda sint in systemate naturali, talia hactenus eligenda et adhibenda putavi genera, quorum indoles, singulaeque species aptissimae noscendo atque distinguendo viderentur, quorumque amplissimam haberem notitiam, propriâ contemplatione acquisitam. Nullum paginarum numerum apposui, ut semper, et in posterum, sit facultas inserendi nova genera, quae si omnia descripta fuerint, ordinanda tunc erunt ordine naturali, cujus systema ad hujus operis calcem adjiciam. Quas autem species continet unumquodque genus, monographiâ descriptum, eae citandae sunt secundum numerum ipsis praefixum. In his quae hactenus edita sunt, quantum licuit pro rerum copia, cujuslibet spe-

PROOEMIUM.

ciei descriptionem exhibui plenam et absolutam, secundum exteriora ejus insignia formatam, quoniam pro mea quidem sententia diagnosis tum demum colligi posse, tum demum logicis cogitandi legibus adaequata, ideoque vera esse videatur, ubi omnium specierum accuratâ descriptione eam nobis cognitionem acquisiverimus, quae sufficiat, ut insigniorem singularium specierum indolem, notasque proprias, quibus distinguantur a ceteris ejusdem generis speciebus, perspiciamus atque dignoscamus, ita ut singulae suo loco, quem naturali obtinent serie, dispositae, certis atque praescriptis limitibus discernantur et separentur ab omnibus sibi confinibus. Quare id mihi reservo, ut indicem ornithologicum qui ratione modo exhibitâ specierum diagnosin contineat, ac cum systemate meo penitus sit conjunctus, Ornithologiae studiosis tradam, ac insuper librum singularem huic operi addam qui tractabit avium historiam, prout latissima vi hanc vocem usurpamus, inprimisque proferet, quod ego sentio de affinitate quae existit inter avium classes, familias, genera, quod de sedibus earum per totum terrarum orbem dispersis, ac comparabit aves cum ceteris animalium classibus, tum inferioris tum superioris ordinis. Ad cujus quidem libri editionem quod attinet, apparatus jam maximam partem promptam habeo, ut ita vixillum impedimentum prohibeat, quominus edatur.

Ceterum singula harum monographiarum volumina temporis intervallis lege solutis tum insequentur, ubi itineribus, quae quotannis facienda mihi proposui, compluribus naturalium rerum museis perlustratis novam materiam mihi commodavero, et forte ea, quae sentio de generum et specierum inter aves distinctione et divisione, sive confirmavero, sive emendavero. In supplementum accedent volumina, quae errorum, qui irrepserint, emendationes sic uti etiam specierum recens detectarum descriptiones exhibebunt, ac suo quaeque tempore prodibunt.

PROOEMIUM.

Ac tali quidem ratione, tali consilio versatus sum in editione hujus mei operis curanda et paranda.

Priusquam autem valedicam lectori, liceat mihi, ut huic prooemio addam, quod gratiarum viva recordatio mihi inspiravit atque publice me edicere jubet, gratiarum nempe actionem, quas quam maximas debeo compluribus viris egregiis mihiq̄ amicissimis, pro ea qua propositum meum operamque meam adjuverunt, benevolentia et humanitate. Nam uti Parisiorum Lutetiae liberali ope *Latreillei*, fulgentis hujus inter entomologiae peritos sideris, facultas mihi facta est ingrediendi illa conclavia splendidissima, magicâ fere arte ornata, quae musea naturalia continent, in quibus *Godofredi de St. Hilaire* indefessum studium augendi, ac scientiae literaturae convenienter disponendi omnia, tam lucide eminet*), et unde mihi copiosissimae notitiae in operis

*) Museum Parisiense, qua est ratione institutum, omnibus naturalibus museis exemplo proponi potest. A summo praefecto inde ad infimum usque famulum hujus instituti omnes quasi aemulatione quadam inter se certant, ut rerum naturalium studioso, qui ipsorum adierit museum, sive in Francogallia natus sit, sive peregrinus, benevolentissimo animo omnia praebeant, proferant, expromant, quibus ille in studio suo suisque disquisitionibus ex aliqua parte adjutum se iri sperare possit. — Scientias et literas in universi mundi possessione esse fas est; quare nil differt, nihil interest, utrum earum cognitio ab hoc an ab illo viro augeatur, auctaque divulgetur; modo augeatur et divulgetur. Hoc quasi tacitum praeceptum omnium ante oculos, qui in isto museo munere aliquo funguntur, versari videtur. Quicumque istuc intrare velit, aditum inveniet apertum; cuilibet licet res istic servatas contemplari et describere. Neminem indignabundum senties, si res nuper inventas, a nemine adhuc descriptas, pares describere, descriptasque divulgare. Libenter enim Francogalli ei, quod inter literatorum numerum sibi se comparaturos sperare possint tales res detegendo et afferendo, allatasque vulgando, decori renuntiant, dum viderint, scientias et literas fructum quempiam hac ratione capturas esse. Utinam de omnibus ceteris naturalium rerum museis hoc idem dicere liceat! Verum enimvero saepenumero in eis videbis homines, qui animal aliquod nondum descriptum Argi instar custodiant, ut ne quis peregrinus audeat eum, qui id detegerit,

PROOEMIUM.

hujus usum redundabant, ita haud secus frequentissime edoctus sum in museo regni Belgici, quod est Lugduni Batavorum, instructum et tam fausto et ingenti eventu ad eximiam praestantiam evectum a clarissimo *Temminckio*; quo quidem museo familiari, ut ita dicam, consuetudine uti mihi licebat. Haec quum intraveris conclavia, facile fateberis, ingentem, qua omnia comparata sunt et conservantur, industriam licet jam incredibilem fere, tamen superari adhuc ea sagacitate acutoque ingenio, qua sunt disposita et definita. Magnopere hoc museum auctum est operâ amici mei veneratissimi, *Reinwardtii*, qui multas et eximias res ex Insulis Molluccis huc misit; tum et iis quae ex Java missa sunt Doctoris *Kuhlîi*, quem nobis praecox eripuit mors, itemque Doctoris *van Hasselt* industriâ; nam cujusvis fere animalium vertebratorum, quae ex isto Archipelago allata hoc museo continentur, non exteriores tantum partes, sed et totus exstat sceletus, ita ut animalis interior quoque structura, ossium anatomia plane nosci possit. Quantum denique incrementi museum hoc capturum, quam gravibus observationibus scientiam et literas auctum iri nun speremus, quum viri duo indefessi studii, Doctor *Henricus Macklot*, et Dr. *Henricus Boie*, amici mei quam dilectissimi, *Temminckii* impulsu ab augustissimo Belgiae rege praeterlapsi anni sub exitu et ipsi in Javam transmissi sunt, ubi naturae scientiis augendis et ditandis per tempus aliquod versentur! Erpetologia Javanica, quam mox in lucem edet *Boie* meus adamatus, nec minus ingeniosa ratio quâ is copiosissimum Lugduni Batavorum museum amphibiologicum in-

ornamento suo privare, quod sibi fore expectat, ubi ipse ejus descriptionem in publicum emisit. Animi tam pusilli, tam parum literato viro convenientis, nonnullos novi, talibus institutis praefectos. At nimis nota et odiosa sunt hujus rei exempla, quare jam taceam. — Ceterum pro musei Parisiensis praestantia quum jam satis spondeant virorum nomina, qui ei praesunt, non est cur aliquid ejus laudi addam.

PROOEMIUM.

strui ac ordine suo disponi curavit, satis spondebunt pro ejus sagaci ingenio et irrequieta solertia, simulque argumentum praebere poterunt, quo colligas, quantum eventum ex hoc ejus itinere sperare queamus*). Uti nam amicus meus quam faventissimus *Temminckius*, ac carissimi mihi *Boicius* et *Macklotius* aequae commoto, ac ego pronuntiavi, animo accipiant summas meas gratias pro infinita ista benevolentia ac humanitate, qua me dignabantur, quamdiu literarum causa Lugduni versabar, ac pro magno literarum fructu, quem praebuit mihi dulcis eorum consuetudo!

Multa quoque humanitatis specimina in me ediderunt, quum Londini commorarer, *Robertus Brownius* et *Vigorsius*, cujus nomen multis jam dissertationibus ornithologicis inclaruit, itemque *Grayius*, tum quoque complures alii, quibus omnibus nunc gratias quam maximas dico.

Multis porro rebus magni pretii ex insula Java transmissis museum nostrum animalium Monacense locupletavit vir quidam doctus, quem peperit Bavaria, Dr. *Kollmannus*, qui quammaxime medicinam practicam exercet in insula Java. Quam grato animo agnoverimus doni hujus magnum pretium, haec publica gratiarum actio jam ipsi ostendat.

Restat adhuc ut me defendam de eo quod nonnullis tum generibus, tum speciebus nova creaverim nomina. Probe enim scio, multos his nuperrimis die-

*) Publice id quoque agnoscam oportet, quantopere in elaborando meo *Serpentum Systemate*, quod augustissimi Bavariae regis jussu nunc a me elucubratur, mox in publicum prodibit, *Boiei* mei scientia amicâ me ope adjuvit. — Non possum quin desiderio movear quoties subit recordatio jucundi istius temporis, quum ipso-sive *Macklotio* optimo ex venatione in maris litore a nobis instituta mecum reverso orta est inter nos familiaris disputatio, quum sincerum *Sebam*, *Scheuchzerum* et *Merremii* Systema Amphibiorum percurrimus, ac mutuo nobiscum communicando, quae quisque sentirêt atque nosset de hac illa re, gratissimae horae nobis elapsae sunt.

PROOEMIUM.

bus exstitisse, in iisque viros praestantissimos, qui magna cum improbatione incursarunt arbitrariam et temerariam quandam rationem, qua usi sunt nonnulli in rebus naturalibus nove denominandis. Cui equidem reprehensioni libenter subscribam, dummodo isti tantum in eam incurrant, qui in tali re id solum agant, ut sibi vanum quendam candorem ac eruditionis colorem circumdant, non ut unamquamque rem nomine quoque apto et digno donent, eique, qui genus vel speciem nondum sibi notam velit noscere, cognomine cum re consentaneo opem praebeant, qua adjutus facilius possit invenire quod quaerat. Hujusmodi levamen potissimum, ubi genus quoddam nimis multas continet species, desiderandum erit et necessarium. Tum enim sciscitantis animus quasi unâ, eâque perquam eminenti, notâ duce velocius eo pervenit, ut reperiat descriptionem, quae respondeat rei naturali quam cognoscere cupiat, citiusque pergere possit in utraque invicem comparanda. Fortissima tamen, qua me defendere videar, ratio haec est, quod maximum veritatis studium, etiam in rebus minus gravibus, debemus naturae; neque quicquam adversus hanc rationem valet opinio istorum, qui omne novatum nomen rejicere conantur, quod illa usitata cognomina, quamvis haud apta, trita tamen et omnibus nota, ideoque magis commoda esse dicant. Certe non licet in scientiis et literis inertem esse et commoditatis amantem, neque res indigna literarum literatorum commodo excusari potest. Unumquodque in scientiis et literis vocabulum oportet notionem arctam et claram contineat et praebeat; neque facile quicquam invenias, quod tantum damnum afferat scientiis, quantum notiones fluctuantes et minus perspicuae; quas tamen talibus nominibus, rei minime convenientibus, nasci et augeri necesse est. Haud igitur fieri potest, ut istis vocabulis ejiciendis confusio, id quod multi putant, oriatur, imo facile patet, clariorem inde naturaeque magis accommodatam acquiri notitiam.

PROOEMIUM.

Ita, exempli gratia, mutavi nomen generis, quod *Brissonius* „*Scopus*“ denominavit, ac derivans hoc vocabulum a „*σκιὰ*, umbra, caligo“, (quod et ipsum falso derivatum „*σκοπὸς*“ enim est „speculator“) ideo indidit huic avi, quoniam ejus pennae unicolores sint et caliginosae. Mutandum censui, quia evenire potest, ut hujus generis nova aliqua inveniatur species, pennis minime caliginosis, imo nitidis sive lucidis praedita. Nonne tunc huic generis cognomen liquido repugnaturum esset speciei rationi et naturae? Magis etiam eminentebunt tales contradictiones in genere *Callaeas* (*Glauco-pis Gmelini*), cujus una tantum species partem quandam in capite gerit paleae gallinaeae similem; magis in genere *Menura* multisque aliis. Taceam de specierum nominibus quamplurimis, quae nonnunquam indicant rem specierum quibus indita sunt indoli e contrario oppositam. Quis vero talia nomina mente carentia, naturae contraria, ideo solum, quoniam trita sint et nota, retinenda esse contendere audeat? Quare jam non amplius defendere me pergam, (ne excedam prooemii terminos) sed satis defensum me arbitrar, dum in unoquoque nomine a me novato in id tantum intendisse videar, ut naturae et veritati, quae ipsis conveniant, tribuam et reddam.

Quod ad avium mensuram attinet, admonendum erit, normam Parisiensi in hoc me usum esse.

Postremo deinde lectoris veniam petere cogor, deprecarique vitiorum, quae hujus primi tomi prioribus plagulis irrepserunt, copiam non ita parvam, quorum nonnulla grammaticae legibus sensuique adeo repugnantia inveniuntur, adeo deformia, ut ego ipse vix audeam disquirere meane in transcribendo, an typosetae levitate sive culpa, exorta sint; quod certe utrumque, fateor, aequè probabile est propter nimiam celeritatem, quam istae priores plagulae a me describebantur, in officina imprimebantur, quam impressas quoque perspicere et corrigi necesse erat, quo sic evitaretur commotio,

PROOEMIUM.

quae alias exoritura erat, ob itineris, quod ex officina typographica ad me usque faciendum est, majorem distantiam, (quae insuper correctio ob ceterorum munerum, quae mihi incumbunt, maximam vim, omni otio me destituentem, rarissime a me ipso perfici potuit:), denique pro literis, quas manus mea pingere solet, lectu difficillimis. Quibus omnibus si adnumerés typorum exilitatem, quae maximo est perlegentis et corrigentis incommodo, excusabis forte hanc negligentiam. Optima vero excusatio sit, quod omni opera et attentione impensa cavi et cavebo, ne et in plagulis sequentibus lectoris oculus tali negligentia et deformitate offendatur.

Praeterea vitiorum et errorum indicem, acutissimâ curâ perfectum, additurus sum secundo hujus operis volumini, quod mox prodibit et continebit genera *Falco*, *Psittacus*, *Bucco*, *Trogon*, *Cuculus*, *Alcedo*, *Merops*, *Trochilus*, *Nectarinia*, *Turdus*, *Muscicapa*, *Anas* etc. — Generis *Picumni*, ejus hoc primo jam tomo protuli descriptionem generalem, diversae species perquisitione accuratiore adhuc egent; quare insequenti tomo describentur. Interea igitur, ben. lect., ignoscas mihi quaeso, ac quid dederim potius respicias, non quomodo dederim. Id certe affirmare queo, me nihil protulisse nisi sedulâ naturae disquisitione probatum.

Vale, faveque!

GENUS RAMPHASTOS.*

ROSTRUM capite longius, maximum, crassum, grypanium, basi nudum, ramphotheca cornea, tenui, perfragili, intus cellulari-inane, basin nudam versus intumescens, apice compressum, culmine ibi plus minusve arcuato-deflexum, acutum, culmine reliquo cultratum, rotundatum aut, imprimis basin versus, planiusculum, paratonis convexum, planiusculum aut longitudinaliter plus minusve profunde sulcato-impresum, tomis (in ave adulta) serrato-denticulatum, margine basali rectiusculo- aut rotundato-, ad latera oblique truncatum, a capite subelevato-distans, pictum.

NARES frontales, *pone* maxillae basin, transverse ovaetae, patulae, interdum frontis plumis tectae.

LINGUA rostri longitudine, angusta, plana, corneo-elastica, aequalis, marginibus ac apice pennaceo-ciliata.

FACIES nuda; orbitae absque ciliis.

PEDES scansorii, congrui, nudi; digiti elongati, interni externis breviores, posticus internus omnium minimus, anticus externus omnium longissimus; digiti antici ad articulum primum usque connati, postici toti liberi inter se subdistantes; hypodactyla basi dilatata; acrodactyla scutata; ungues majusculi, falculares, compressi.

CAUDA aequalis, mediocris, apice plus minusve rotundata, rectricibus 10, rectis, latiusculis, apice rotundatis, planis.

ALAE mediocres, amplae, caudae basin parum transcendentes.

PILOSIS: trunci plumae rigidiusculo-sericeae, superioris pogoniis versus apicem diffractis, radiis internis raris, inferioris totis laxis, radio quovis plumuloso; tectricum apice rotundatarum pogonia densa.

*) *Linne, Cuvier, Lacépède, Dumeril, Vieillot, Illiger, Temminck. Tucana Brisson.*

RAMPHASTOS.

α. Collo antico albo.

1. *R. Toco.* Rostro longissimo, altissimo, pellucido, laetissime aureo-flavo, baseos fascia (in mandibula quam in maxilla largiore) et macula utrinque ad dertri latera magna, postice obovata nigris, culmine angusto, tomiis ac mandibula versus apicem subtusque croceo-rubris; genis, macula minuta triquetra utrinque ad frontis latera ac toto collo antico albis, collo medio dilute flavo-lavato et inferius ad marginem rubicundo-tincto; caudae tectricibus superioribus albis, inferioribus coccineis; alis, cauda caeteraque ptilosi totis nigerrimis. *Mas adult.*

Toucan de Caj. Buff. Pl. enl. n. 82. Ramphastos Toco Auctor. Le Toco Levaill. Ois. de Parad. 2. p. 7. t. 2. (Fig. opt.) Azar. n. 50.

Foem. adult. Maris pictura, rostro quam in hoc brevior et collo antico vix flavido-lavato.

Juv. Rostro brevior flavido, unicolore, exceptis dertri lateralis macula nigra et baseos fascia linea nigricante indicata, tomiis laevibus; genis et collo antico albis hoc absque flavedine et margine rubicundo; crisso parum coccineo; corporis partibus nigris absque nitore.

Tarsi virides, planta coerulea; irides rubicundae; regio ophthalmica large nuda, laete aurantia, orbitis laete coeruleis. Longitudo (♂) 25½", rostri solius 9¾", caudae 6¾", tarsi 2". Habitat frequens in *Paraguay, Brasilia, Surinamo, Guyana* et *Cajenna*, musae fructibus victitans, semper in sylvis, sed ibi quoque in vicinitate habitaculorum; foemina parit ova 2. (*Mus. Paris., Monac., collect. d. Sturm, mea.*)

2. *R. Erythrorhynchus.* Rostro valido, longissimo, ad latera obscure purpureo-rubro, lituris

nonnullis perpendicularibus undulatis, nigricantibus, plus minusve obsoletis, culmine rotundato taenia flava, largiuscula, undique aequali, ab apice usque ad frontem inde versus baseos latera deducta ibique postice angusta, antice largiuscule nigro-marginata signato; fascia mandibulae basali (illi maxillae aequali) grisescente aequo modo nigro-marginata; myxa nigricante; genis, macula minuta utrinque ad frontis latera ac collo antico albis, hoc flavido-lavato ac inferius fascia coccinea terminato; caudae tectricibus superioribus laete flavis, inferioribus coccineis; alis, cauda caeteraque ptilosi nigerrimis. *Mas adult.*

The red-beaked Toucan Edw. t. 238. (fig. bona.) Ramphastos Erythrorhynchus Auctor. Le Toucan Levaill. l. c. p. 10. t. 3. (fig. opt.)

Foem. adult. Mare simillimo parum minor, rostro brevior, collo antico non flavido-tincto.

Toucan de Caj. Buff. Pl. enl. n. 262. (fig. mediocr.)

Regio ophthalmica nuda, coerulea; irides fusco-rubrae; pedes plumbei. Longitudo totalis (♂) 23½", rostri solius 7", caudae 6" 7/16", tarsi 2". Habitat frequens in *Guyana, Surinamo* et *Cajenna*. (*Mus. Paris., Monac.*)

3. *R. Levaillantii.* Magnus, rostro magno, ad latera toto laete aurantio, culminis taenia ab apice ad basin ducta larga fasciaque basali maxillae mandibulaeque lata flavis, hacce antice largiuscule, postice stricte nigro-marginata; genis ac toto collo antico albis sordide flavescenti-lavatis; colli infimi fascia caudaeque tectricibus superioribus ac inferioribus ochraceis; alis, cauda caeteraque ptilosi nigerrimis. *Adult.*

Le Toucan à collier jaune.

RAMPHASTOS.

Levaill. l. c. p. 13. t. 4.
(*Adult.*)

Regio ophthalmica nuda, coerulea (?); pedes plumbei. *Ramphasto erythrorhincho* parum major. Habitat in *Brasilia* (?).

4. *R. Tocard.* Rostro permagno, culmine et lateribus convexo, intus aurantio, extus fascia basali nulla, mandibula unicolore fusco-virescente, maxilla oblique dimidia parte ejusdem coloris, altera cum apice et culmine toto flava, lineaque supra ad nares incipiente nigra; genis totoque collo antico adpectus usque pure albis; fascia collum infimum terminante caudaeque tectricibus superioribus ac inferioribus coccineis; alis, cauda caeteraque ptilosi totis nigerrimis. *Adult.*

Le Tocard. Levaill. l. c. p. 25. t. 9. *Ramphastos Tocard.* *Vieill.* *Nouv. Dict. d'hist. nat.* 34. p. 281.

Regio ophthalmica nuda coerulea; pedes nigro-coerulescentes. Magnitudo *Ramph. erythrorhinchi*; longitudo rostri $5\frac{1}{2}$ ". Habitat... (*Levaill.*)

5. *R. Cuvieri.* Rostro graciliori, longissimo, culmine et lateribus rotundato, intus rubro, extus nigro, exceptis fascia basali maxillae larga, postice nigro-marginata, apice extimo maxillae mandibulaeque ac taenia per totam culminis longitudinem latiuscula, subvirescenti-tincta, flavis, mandibulaeque fascia basali illi maxillae aequali, inferius in angulum excurrente grisescente; genis, gula ac toto collo antico pure albis; fascia collum inferius terminante crissoque coccineis; caudae tectricibus superioribus laete aurantiis, versus basin sulphureis; alis, cauda caeteraque ptilosi totis nigerrimis. *Mas adult.*

Foem. adult. Mari similis, minor, rostro multo brevior, collo antico minus pure albo.

Regio ophthalmica nuda (in

exuviis) coerulea; pedes nigro-plumbei; irides fuscae. Longitudo totalis (*maris adulti*) $2\frac{1}{4}$ ", rostri solius 8", caudae $6\frac{3}{4}$ ", tarsi $1\frac{3}{4}$ ". Habitat in *Brasilia* versus flumen *Amazonum*. (*Mus. Monac.*)

6. *R. callorhinchus.* Rostro maximo, culmine percompresso, flavido, ad latera virescente, apice toto largiuscule saturate coccineo, tomis maxillae taenia laterali largiuscula, aurantia, striolis nonnullis perpendicularibus nigricantibus; mandibula tota, absque apice, laetissime coerulea versus basin pallidior striolisque nonnullis subverticalibus ad tomia; caudae tectricibus superioribus, genis ac toto collo antico albis; colli infimi fascia crissoque coccineis; alis, cauda caeteraque ptilosi nigerrimis. *Adult.*

The Toucan. Edw. Birds p. 64. t. 64. *Ramphastos piscivorus Auctor.*

Regio ophthalmica flavescens-virescens (in exuviis nigra); irides saturate avellaneae; pedes pallide violacei. Longitudo totalis 19", rostri solius $5\frac{1}{8}$ ", caudae $5\frac{1}{2}$ ". Habitat rarus in *America australi*. (*Mus Paris?*)

Nota. Buffonii tabula 262, a Gmelino citata ad Ramph. erythrorhinchum pertinet.

β. Collo antico flavo.

7. *R. carinatus.* Rostro magno, viridi, basi subtiliter nigro-marginato, apice toto coccineo, mandibula basi et ante apicem coerulea, maxilla macula ad tomia, a basi subremota, longa, triangulari, aurantia, antice striolis nonnullis verticalibus, obsolete nigricantibus varia; culmine percarinato laete flavo; gula et toto collo antico unicoloribus aureo-flavis; crisso ac fascia colli infimi coccineis; caudae tectricibus superioribus albis; cauda, alis caeteraque ptilosi unicoloribus nigerrimis. *Adult.*

Yellow-breasted Toucan.

RAMPHASTOS.

Edw. 3. p. 253. t. 329. (*Adult.*)
Ramphastos Tucanus. *Shaw*
Gen. Zool. 8. p. 362. (*Descriptio*).
Ramphastos carinatus.
Swains. Zool. Illustr. 8. t. 45.

Regio ophthalmica nuda pedesque coerulei; irides dilute virides. Magnitudo circiter *Ramphast. erythrorhynchi*, longitudo rostri 6". Habitat rarissimus in *America meridionali*.

Nota. Speciem hanc a cl. *Edwardsio* accurate descriptam ac depictam (a me *Londini* visam) a cl. *Lathamio* autem et *Gmelino* inter *Ramph. Tucani* synonyma receptam ac citatam merito pro specie distinctissima cl. *Sw.* nuperrime indicavit.

8. *R. Forsterorum.* Rostro longissimo, culmine et lateribus convexo, intus et extus nigerimo, exceptis fascia maxillae basali, pone nigro-marginata, et taenja culminali lata a basi usque ad apicis finem ducta, undique aequali, flavis et mandibulae fascia basali, maxillae illi aequali, grisescente; genis, gula et toto collo antico ad pectus usque unicoloribus laetissime aurantiis; fascia collum inferioris terminante largiuscula caudaeque tectricibus superioribus ac inferioribus coccineis; alis, cauda et caetera ptilosi totis nigerrimis. (*Adult.*)

Le grand Toucan à gorge orange. *Levaill.* l. c. p. 15. t. 5.

Pedes nigri; regio ophthalmica nuda, coerulea; magnitudo *R. Cuvieri*; longitudo rostri in linea recta 6", ejusdem altitudo versus basin 2". Habitat in *Peru.* (*Levaill.*)

9. *R. Erythrosoma.* Rostro majusculo, culmine lateraliter subsulcato-impresso, unicolore nigerrimo, excepta baseos fascia latiuscula griseo-virescente, pone anguste nigro-marginata, maxillae strictiore, mandibulae antice furcato-emarginata; genis, mento, gula, toto collo

antico ad pectus usque unicoloribus laete et saturate vitellino-flavis; pectore et sterno ad femora usque, lateribus ventris caudaeque tectricibus superioribus ac inferioribus coccineis; abdomine, femoribus, alis, cauda caeteraque ptilosi nigerrimis. (*Adult.*)

Le grand Toucan à ventre rouge. *Levaill.* l. c. p. 17. t. 6. (*adult.*)

Regio ophthalmica nuda griseo-coerulescens; pedes griseo-nigricantes. Longitudo totalis 21", caudae 6", rostri 4" 9". Habitat in *Peru.* (*Levaill.*)

10. *R. Temminckii.* Rostro majusculo, culmine lateraliter sulcato-impresso, intus sanguineo-rubro, extus unicolore nigerrimo, exceptis baseos fascia flavissima postice nigro-marginata, maxillae vix strictiore, antice versus nares paululum rotundato-intracta, mandibulae inferius in lineolam excurrente mentique angulum marginante, striolaque supra in culminis basi plana longiuscula, acute conica virescenti-flavida; genis, mento, gula et toto collo antico laetissime et saturate aurantiis; collo ad latera et inferius sulphurascenti-marginato; pectoris fascia largissima caudaeque tectricibus superioribus ac inferioribus coccineis; abdomine, femoribus, alis, cauda caeteraque ptilosi nigerrimis. (*Mas adult.*)

Foem. adult. Rostro breviorre, fascia pectorali coccinea angustiore.

Juven. Rostro glabro, multo breviorre, intus flavido-rubundo, fascia basali solummodo ad latera, striola supra in culmine basali lato nulla; ptilosis pictura ea qua adulti, minus nitida.

Regio ophthalmica nuda unicolor rubra; pedes nigricanticoerulei; irides brunneae. Longitudo totalis (*maris adult.*) 18 5/4", rostri solius 5 1/2", caudae 6 1/2", tarsi 1" 8/11.

RAMPHASTOS.

Habitat in *Brasilia* versus flumen Amazonum. (*Mus. Monac.*)

Nota. Differt species ab antecedente rostri fasciae forma ac colore nec non colli pictura undique diversa, a *Tucano* caudae tectricibus superioribus coccineis etc.

11. *R. Tucanus.* Rostro majusculo unicolore nigerrimo, excepta fascia basali grisea, latiuscula, versus nares procedendo strictiore; genis, gula et toto collo antico laete aurantiis, hoc fascia sulphurea undique ciucto, ad latera et in genis dilutiore; colli infimi fascia angusta crissoque coccineis; caudae tectricibus superioribus sulphureis; pectore, ventre, abdomine, femoribus, alis, cauda caeteraque ptilosi nigerrimis. *Adult-*

Tucana brasiliensis gutture luteo. *Bris.* Ornith. 4. p. 419. t. 32. f. 1. *Toucan à gorge jaune du Brésil.* *Buff.* pl. enl. n. 307. (*Adult.*) *Ramphastos Tucanus Auctor.* (*exceptis citata tabula Edwardsiana* 329. *et descriptione Linneana.*)

Irides fusco-nigrae; regio ophthalmica nuda flavida; pedes plumbei. Longitudo totalis 17¹¹ 9¹¹¹, rostri solius 4¹ 2¹¹, caudae 5¹¹ 7¹¹¹, tarsi 1¹¹ 11¹¹¹. Habitat in *Brasilia* et *Cajenna*. (*Briss.*)

12. *R. vitellinus.* Rostro magno, intus rubicundo, extus unicolore nigerrimo, excepta fascia basali coerulea (in exuviis flavida) postice nigro-marginata, largiuscula, versus nares ducta supra strictiore, culmine ad latera canaliculato-impresso; genarum parte gulaeque albis; collo toto antico saturate aurantio, undique albo-subflavescenti marginato; fascia collum inferius-terminante ad ventrem usque profensa, crisso caudaeque tectricibus superioribus coccineis; cauda, alis, abdomine caeteraque ptilosi nigris. *Mas adultus.*

Le Pignancoin. *Levaill.*

l. c. p. 19. t. 17. *Ramphastos vitellinus.* *Illig., Lichtenst., Swains:* Zool. Illustr. 10. t. 56. (*Adult.*)

Foem. adult. Parum minor, rostro brevior, fascia colli infimi coccinea minus extensa.

Pedes virescenti-plumbei; regio ophthalmica nuda coerulea. Longitudo totalis (*maris*) 20¹¹, rostri solius 5¹ 2¹¹, caudae 6¹¹ 7¹¹¹, tarsi 1¹¹ 10¹¹¹. Habitat frequens in *Surinamo*, *Cajenna* et *Guiana*; colli pellis aurantia ab incolis ad vestium ornamenta adhibita. (*Mus. Paris., Berol., Monac.*)

Nota. Cl. *Levaillant* laudat hujus speciei descriptionem a *Brissonio* et figuram ab *Edwardsio* datas, sed avis ab illis nec descripta nec depicta est. —

13. *R. Tucai.* Rostro mediocri, toto viridi-flavo, fascia basali nigra; collo antico saturate ac laete aurantio, lateraliter ac subtus albo-flavo ciucto; corpore inferius a collo ad ventrem usque fascia largissima caudaeque tectricibus coccineo-rubris; macula minuta utrinque ad frontis latera straminea; alis, cauda, abdomine caeteraque corporis ptilosi unicoloribus nigerrimis.

Toucan à gorge jaune, *Buff.* pl. enl. n. 269. *Le Tucai Azar.* *Voy.* 3. p. 143. n. 51. *Ramphastos Tucai Licht.* *Catal.* p. 7.

Regio ophthalmica triangulariter nuda, sanguineo-rubra, orbitis coeruleis; irides flavo-virescentes. Longitudo totalis 17 — 19¹ 2¹¹, caudae 6¹¹, tarsi 2¹¹ 6¹¹¹, rostri 4⁵ 11¹¹¹. Habitat in *Paraguay* et *Brasilia*. (*Mus. Berol.*)

Nota. Speciem hanc nondum vidi et auctoritate cl. *Lichtensteini* pro propria ad *Azarae* indicationem descripsi, sed a *Ramphast. dicoloro* rostri pictura viridi-flava et absentia (?) taeniae rubrae ad maxillae tomia sane differre videtur, quare *Buffonii* ta-

RAMPHASTOS.

bula citata hic ponenda et non ad *Ramph. dicolorum*.

14. *R. dicolorus*. Rostro mediocri, culmine basin versus plano, lateraliter subintracto, maxilla et mandibula extus et intus saturate olivaceis, apice et marginibus externis virescenti-flavis, tomis a medio fere usque ad apicem pallide coccineis, subflavido variis, fascia basali nigerrima, maxillae strictiore, subangusta, subaequali, mandibulae antice large furcato-emarginata; gula, genis totiusque colli marginibus pallide sulphureis, hoc medio macula maxima aurantia; pectore et ventre ex parte caudaeque tectricibus superioribus ac inferioribus coccineo-rubris; abdomine, femoribus, alis, cauda caeteraque ptilosi nigerrimis. *Mas adult.*

Ramphastos dicolorus Auctor. *Le petit Toucan à ventre rouge*. *Levaill.* l. c. p. 22. t. 8. (*Adult.*) (*Ramphast. chlororhynchus*. *Temm.* *Man. d'Ornith.*)

Regio ophthalmica nuda, unicolor rubra; pedes nigro-plumbei; species generis minima. Longitudo totalis 17", rostri solius 4", caudae 6 1/4", tarsi 1" 10". Habitat frequens in *Brasilia* et *Cajenna*. (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. *Buffonii* tabula 269 ab auctoribus, et *Edwardii* illa 329 a *Linnaeo* citatae, hic non pertinent, prima enim speciem antecedentem, altera *Ramph. carinatum* exhibet.

Observationes.

Praeter species ab auctoribus indicatas eorum systemata sequentes adhuc continent, quas autem in nullo museo zoologi-

co observavi et quae tam vitiose descriptae sunt, ut sub nulla conditione determinari aut in systema recipi possint, nisi novi errores nascentur.

1. *Ramphastos Tucanus*. *Linnaeus*. *Syst. Nat.* 1. p. 151. n. 5. „*Nigricans, fascia abdominali, crisso uropygioque flavis, rostro flavescente, versus basin fascia nigra, collo subtus genisque albis.*“ — *Linnaeus* ipse speciei suae descriptionem ac indicationem perturbat, nam praeter tabulam *Edwardianam* 238 citatam, *Ramph. erythrorhynchi* iconem exhibentem, ponit adhuc *Brissonii Tucanam gutture luteo*, quae tamen undique diversa et noster *Ramph. Tucanus* est. Fere crederes *Linnaeum* avem suam, quoad ptilosis picturam, ad exemplum *Ramphasti Levaillantii*, rostrum autem, ad rostrum decoloratum flavidum *Ramphasti erythrorhynchi* descripsisse. — *Auget* compiler *Shaw* errorem, *Linnaei Tucanum* cum aliis speciebus distinctissimis sub denominatione *Ramphasti pectoralis* conjungens. (*Gen. Zool.* T. 8. p. 365.)
2. *Ramphastos luteus* et *Ramph. coeruleus* Auctor. Ex indicatione confusa a *Nierembergio* aliisque de his avibus data, nullo modo species cognoscere licet. Pejus adhuc *Lathamii Ramphastos dubius* verbis: *gutturae coeruleo*, significatur. —
3. *Ramphastos pavoninus* et *Ramph. torquatus*. Vide *Pteroglossum Aracari*.
4. *Ramphastos albus*. Haec avis sine ullo dubio ad artefactum describebatur.

GENUS PTEROGLOSSUS*.

ROSTRUM idem quod *Ramphasti*, ramphotheca cornea solidiore, culmine ut plurimum rotundatum, versus basin planiusculum, basi ad frontem *trilobum*.

NARES rotundae, patulae, *superae*, in maxillae basi.

LINGUA eadem quae *Ramphasti*.

FACIES eadem quae *Ramphasti*.

PEDES iidem qui *Ramphasti*.

CAUDA gradata, rectricibus 10, apice plus minusve acutis, angustiusculis, longiuscula, cuneata aut breviuscula et conica.

ALAE eadem quae *Ramphasti*.

PTILOSIS eadem quae *Ramphasti*.

*) *Illig.* Prodrum. Syst. Mammal. et Av. p. 202. — *Temminck* Man. d'Ornith. Analyse Gen. 78. *Ramphastos Auctor.*

PTEROGLOSSUS.

1. *P. Aldrovandi*. Rostro longissimo unicolore flavido, viridi adumbrato, excepto apice toto rubicundo; capite et collo totis, alis, uropygio vix cinerascenti-lavato, caudae tectricibus superioribus ac cauda rubro-terminata nigerrimis, nitentibus; pectore laete aurantio; ventre, lateribus, femoribus crissoque coccineis.

Brasilian Pie. Albin. t. 25. (Fig. pessim.) *Le Toucan. Bris.* 4. p. 408. n. 1. *Ramphastos Aldrovandi. Shaw Gen. Zool.* 8. p. 366. *Ramphastos pictatus Auctor.*

Rostris tomia perdentata; pedes unguesque nigri. Longitudo totalis $20\frac{1}{2}$ " , rostri solius 6" , caudae $6\frac{3}{4}$ " , tarsi $16\frac{1}{2}$ " . Habitat in *Guiana* et *Brasilia*. (*Brisson, Latham.*)

Nota. Hanc speciem, fere ab omnibus ornithologis veterioribus jam jam indicatam ac descriptam hucusque nondum observavi. Caeterum *Brissonii* hujus avis descriptio completissima, verisimile e specimine naturali hausta, *Lathamii* illa autem ad exemplum in museo Leveriano asservatum facta est. Ambae exhibent narium positionem rostri materiae corneae, superiori basali propriam et concedunt credere hanc avem ad *Pteroglossi* genus pertinere. *Nota* haec cl. *Levaillantii* suspensionem de hujus avis existentia aequo modo refutet. — Verisimile secundum *Aldrovandi* indicationem falsam *Albinus* avi pictae suae digitos tres anticos praebuit.

2. *Pt. Aracari*. Rostro longo, subgracili, maxilla eburneo-alba, culmine toto, aequae ac mandibula tota, nigerrimo, utriusque basi albo-cincta; capite et collo totis nigerrimis, excepta aurium macula obscurissime ca-

stanea; corpore inferius a collo usque ad crissi finem laete sulphureo-flavo, fascia ventrali larga coccinea; nucha, dorso, alis extus et tota cauda nigricanti-viridibus; caudae tectricibus superioribus rubris; femoribus virescenti-olivaceis. *Mas adult.*

Toucan verd du Brésil. Buff. pl. enl. n. 166. (fig. mal.) *Ramphastos Aracari Auctor. L'Aracari à ceinture rouge. Levaill.* Ois. de parad. 2. p. 29. t. 10.

Foem. adult. Mari simillima, nisi regione parotica ac gula obscurissime castaneo-tinctis.

Juv. Femoribus rufo-variegatis.

Avis senil. Rostro supra fasciae ventrali fusciscentibus; coloribus trunci caeteris pallidioribus.

Levaill. l. c. t. 12.

Irides fuscac; pedes coerulecentes; regio ophthalmica nuda, nigro-coerulea. Longitudo totalis 19" , rostri solius $4\frac{1}{2}$ " — $4\frac{3}{4}$ " ; caudae $6\frac{3}{4}$ " , tarsi $10\frac{1}{4}$ " . Habitat frequentissimus in *Guyana* et in *Brasilia*, ad *Peru* usque, in *Surinamo* et *Cajenna*, imprimis fructibus *Genipae americanae*, victitans, sed coffeae quoque et musarum plantationes devastans. (*Mus. Paris., Lugdunens., Monac., collect. mea, d. Sturm.*)

Nota. Cl. *Levaillant* descripsit et depinxit varietatem (l. c. t. 11.) „fascia nigra ventris fasciae rubrae antecedente“ qualem in natura nondum observavi. — Praeterea pertineant ad hanc speciem (ut hoc cl. *Levaillant* merito suspicari videtur) *Ramphast. pavoninus* et *Ramph. torquatus Auctor.*, modo miserabili descripti, quare e systemate amovendi.

3. *Pt. Azarae*. Rostro longiusculo extus unicolore flavido-albo, nisi tomiorum maxillarum

PTEROGLOSSUS.

emarginationibus nigris; interspersa albedine; mandibula intus tota, maxilla ibi apice tantum rubra et basin versus nigricante; capite et collo totis chocoladino-castaneis, vertice vix nigricante; pectoris fascia larga caudaeque tectricibus superioribus coccineis; pectore infimo fascia largissima nigra, pone coccineo-marginata; abdomine crissoque sulphureis; lateribus abdominalis, alis extus totis, dorso, uropygio caudaeque tota supra saturate olivaceo- viridibus; collo postico ac dorso in eodem fundo purpureo-lavatis. *Mas adult.*

L'Aracari Azara. Levaill.
l. c. Suppl. p. 40. t. A. (*Fig. opt.*) *Ramphastos Azara. Vieill.* Nouv. Dict. d'hist. nat. T. 34. p. 282.

Pedes plumbei. Longitudo totalis 13'', rostri solius 3'' 1''', caudae 5'', tarsi 1''. Habitat rarus in *Brasilia*. Avis speciosa. (*Mus. Paris., Monac.*)

4. *Pt. Humboldtii*. Rostro intus rubro, marginibus nigricantibus, maxilla extus albo-flava, taenia culmini angusta versus nares dilatatissima et utrinque ad latera bascos rostri anguste rubicundae et subconspicue verticaliter impresso-lineolatae lineariter excurrente-, striolis utrinque e tomiorum emarginationibus verticaliter et angulose ascendentibus, rostri totius apice nec non mandibulae lateribus totis, nigris; mandibula inferius flavida tomiorum denticulis vix conspicue albedo-signatis; capite et collo totis nigris; corpore inferius a collo ad crissum usque laete sulphureo; femoribus plumisque nonnullis ad ani latera rufis; caudae tectricibus superioribus coccineis; nucha, dorso, alis extus totis et cauda nigricanti- viridibus. *Mas adult.*

Regio ophthalmica coeruleo-nigricans; irides flavae; pedes plumbei. Longitudo totalis 16 $\frac{1}{4}$ '', rostri solius 4'', caudae 6 $\frac{1}{4}$ '', tarsi 1'' 1'''. Habitat in *Brasilia*. (*Mus. Monac.*)

Nota. Cum *Pteroglossus viridi* non confundendus, cui, quoad corporis picturam, simillimus-, a quo autem rostri forma et colore nec non magnitudine universali prorsus diversus est.

5. *Pt. inscriptus*. Rostro parvo intus nigricante et basin versus rubro, extus laetissime aureo-flavo, taenia culmini larga per totam fere longitudinem aequali, ab apice ad nares usque ducta, ibi vix latiore sed utrinque versus latera basalia descendente, hic largiore, antice irregulariter exciscula, pone laete flavo-marginata-, striolis maxillae e tomiorum emarginationibus ascendentibus, irregulariter angulosis, plus minusve altis, numerosis-, totius rostri apice, et macula magna utrinque ad mandibulae basis latera, postice et subtus flavo-, antice indistincte marginata, nigris; tomis mandibulae margine nigricante; capite et collo totis nigerrimis; corpore inferius a collo ad crissum usque unicolore laete sulphureo-flavo; femoribus rufescentibus; caudae tectricibus superioribus coccineis; dorso, alis et cauda nigricanti- viridibus. *Mas, adult.*

Pteroglossus scriptus. Temink in lit.

Foem. adult. Mari simillima nisi capite colloque saturate fuscis.

Pteroglossus inscriptus. Sw. Zool. Illustr. n. 18. t. 90.

Regio ophthalmica nuda, coeruleo-nigricans; pedes coeruleo-nigricantes. Longitudo totalis 12 $\frac{1}{2}$ '', rostri solius 3'' 1''', caudae 4'' 10''', tarsi 1''. Habitat rarus in *Brasilia* et *Guiana*; pteroglossorum minimus. (*Mus. Monac.*)

Nota. Speciei antecedenti peraffinis, ab illa autem rostri pictura, statura multo minore etc. undique diversus.

6. *Pt. viridis*, Rostro breviusculo, valido, maxilla extus basi et ad latera rubicunda, ad la-

PTEROGLOSSUS.

tera linea intermedia horizontali nigra, taenia in culmine a naribus usque ad apicem ducta saturate flava insigni, intus nigro, tomis albo-denticulatis; mandibula tota nigra, basi macula parva, triquetra, coccinea; capite et collo totis nigerrimis; corpore inferius a collo usque ad crissi finem unicolore nitide sulphureo-flavo; uropygio infimo coccineo; femoribus, dorso, alis extus totis caudaque nigricanti-viridibus; remigibus primariis extus et apice fusciscentibus. *Mas adult.*

Toucan verd de Caj. Buff. pl. enl. n. 727. *Ramphastos viridis Auctor. L'Aracari verd. Levaill.* l. c. p. 47. t. 16. (*Fig. opt.*)

Foem. adult. Mare paulo minor, illi similis nisi capite et collo totis laete castaneis, hoc inferius subconspicue nigromarginato.

Buff. l. c. t. 728. *R. virid. Foem. Auctor. Levaill.* l. c. t. 17. (*Fig. opt.*)

Juv. Foeminae similis, maxilla tomis laevibus.

Ramphastos glaber. Lath.

Irides flavae; regio ophthalmica nuda, coerulescens; pedes plumbeo-virescentes; ungues nigri. Longitudo totalis $13\frac{1}{4}$ "", rostri $2\frac{1}{2}$ "", caudae $3\frac{3}{4}$ ". Habitat frequens in *Cajenna* et *Guiana*. (*Mus. Paris., collect. d. Sturm.*)

7. *Pt. Bailloni.* Rostro medio-cri, valido, a basi ad medium usque fusco-nigricante, inde virescenti-flavido; capite supra et ad latera et toto corpore subtus a menti initio usque ad crissum unicoloribus flavo-aureis, sericeo-nitidissimis; collo postico, dorso, alis et cauda totis femoribusque olivaceis; uropygio infimo coccineo; remigibus primariis intus basin versus albedo-limbatis. *Adult.*

L'Aracari Baillon. Levaill. l. c. p. 44. t. 18. *Ramphastos Bailloni. Vieill.* l. c. p. 283.

Regio ophthalmica (in exuviis) fusco-nigricans; pedes

plumbei. Longitudo totalis $14\frac{1}{2}$ "", rostri solius $2\frac{3}{4}$ "", tarsi $1\frac{1}{4}$ ". Habitat rarus in *Brasilia*. (*Mus. Monac., collect. mea.*)

8. *Pt. sulcatus.* Rostro graciliori, subcurvato, culmine convexo rufo, ad latera nigra compressa sulcis duobus horizontalibus, latis, subimpresis; mandibula nigra quam maxilla dimidia parte minus alta, lateraliter concava, ad basin macula rufa notata, maxilla ibidem albo-marginata; corpore supra a fronte usque ad caudae finem unicolore psittacino-viridi, subtus pallidiore, ad latera et in genis nitore aureo-flavo; gula albescente; regione infra oculos coerulescente. *Mas adult.*

Foem. A mare quoad picturam non diversa (?)

Pteroglossus sulcatus. Sw. l. c. n. 8. t. 44. *Temminck* pl. col. t. 356.

Longitudo $12\frac{1}{4}$ "— $6\frac{1}{2}$ "", rostri $3\frac{1}{2}$ ". Habitat rarissimus in *Brasilia*. (*Mus. Lugdunens.*)

9. *Pt. maculirostris.* Rostro brevi, albo, apice subvirescente, culmine nigricanti-virescente, maxilla ad latera maculis 4, rarius 5 majusculis, nigerrimis, quarum prima rostri apicem totum cingente, verticalibus, irregularibus, mandibulae parte caetera immaculata; capite, collo toto, pectore et ventre ex parte medio nigerrimis; regione parotica macula magna, superius pure flava, inferius aureo-aurantia; collo postico lunula sulphureo-flava terminato; dorso, uropygio, caudae tectricibus superioribus, alis totis extus, reetricibus castaneo-terminatis supra abdomineque medio saturate olivascenti-viridibus; crisso coccineo; femoribus rufis, postice virescenti-mixtis; macula utrinque ante femora laete aurantia; alarum tectricibus inferioribus sulphurascenti-albis. *Mas adult.*

PTEROGLOSSUS.

L'Aracari Koulik du Brésil.
Levaill. l. c. p. 45. t. 15. *Pteroglossus maculirostris.* *Cuv.,*
Lichtenst.

Foem. adult. Partibus in mare nigris, hic cinnamomeo-rufis, rostro vix brevior, caeterisque corporis partibus maris illis simillimis.

Levaill. l. c. Suppl. p. 41. Fig. A. A.

Mas. juv. Rostro tomis laevibus, livido-virescente, nigricanti-subnebulato, maculis quatuor vix conspicuis aut subindicatis; pectoris infimi medii nigredine minus expansa; macula aurium unicolore aureo-aurantia, postice sulphureo-terminata; pictura trunci caetera maris adulti.

Pedes plumbei; cauda breviuscula. Longitudo totalis $13\frac{1}{4}''$, rostri solius $2\frac{1}{4}''$, caudae $5\frac{1}{4}''$, tarsi $1\frac{1}{2}''$. Habitat non rarus in *Brasilia.* (*Mus. Paris., Berol., Monac., collect. d. Sturm.*)

Nota. Haec species et tres sequentes corporis pictura sibi ita similes sunt, ut solummodo rostri forma varia ac colore, semper constantibus, distingui possint. —

10. *Pt. Culik.* Rostro breviori, valido, apicem versus compresso, toto nigerrimo, exceptis maxillae macula basali subtriquetra rubra et altera mandibulae paullulum longiore saturate aurantia; denticulis maxillae posticis albedo-signatis; capite, collo, pectore ventraeque medio ex parte nigerrimis; macula aurium et colli postici infimi lunula aureo-flavis; dorso, uropygio, alis extus totis, caudae tectricibus superioribus reatricibusque macula rufa terminatis laete viridibus; femoribus cinnamomeo-rufis; alarum tectricibus inferioribus remigumque intus cinerascantium limbo interno albidis. *Mas adult.*

Thegreen Toucan. *Edw. Gleau.* 3. t. 330. *Toucan à collier de Caj.* *Buff.* pl. enl. n. 577. *Ramphastos piperivorus Auc-*

tor. *L'Aracari Koulik de la Guyane.* *Levaill.* l. c. p. 41. t. 13.

Foem. adult. Vertice et occipite nigris; collo postico castaneo; gula, toto collo antico pectoreque laete griseo-cinereis; ventre, lateribus abdominalisque regione flavis, griseotinctis; collo postico absque lunula; rostro ac partibus caeteris uti in mare.

Levaill. l. c. t. 14.

Juv. viril. Foeminae adultae simillimus, excepta colli postici lunula pallidissime flavo-indicata.

Toucan à ventre gris de Caj. *Buff.* l. c. t. 729. *Ramphastopiperivorus.* ♂ *Auctor.*

Rostrum intus rufum; regio ophthalmica nuda, nigricans; pedes nigri. Longitudo totalis ultra $13''$, rostri solius $3\frac{1}{4}''$, caudae $4\frac{1}{4}''$. Habitat in *Cajenna*, ab incolis ob vocem suam *Culik* nominatus. (*Mus. Paris.*)

11. *Pt. Reinwardtii.* Rostro breviusculo, extus fuscescenti-rufescente, subpellucido, intus rufo, maxillae et mandibulae apice compressissimo, deorsum flexo, largiuscule nigricante, basin versus valido, culmine toto nigro, maxillae denticulis posticis parum albedo- et nigricantesignatis, mandibulae tomis denticulatis margine nigricantibus; capite, collo, pectore et ventre medio ex parte nigerrimis; macula aurium magna laete flavo-aurea; lunula colli postici infimi sulphureo-flava; dorso, alis extus totis et cauda saturate olivascenti-viridibus; reatricibus intermediis parum castaneo-terminatis; crisso coccineo, hocce ad latera nec non femoribus cinnamomeo-rufis; hypochondriis ferrugineo-flavis; abdomine sordide olivascente; alarum tectricibus inferioribus albidis; remigibus nigricantibus, extus olivascenti-limbatis. *Mas adult.*

Regio ophthalmica nuda (in exuvia) nigricans; cauda bre-

PTEROGLOSSUS.

viuscula; pedes fusci. Longitudo totalis 12'' 5''', rostri solius 2'' 3''', caudae 4'', tarsi 1'' 1/4'''. Habitat in *Brasilia*. (*Mus. Monac.*)

12. *Pt. Langsdorffii*. Rostro brevi, valido, fere toto nigro, exceptis mandibula subtus et ad latera nec non macula prope maxillae basin livido-virescentibus denticulisque maxillae posticis quatuor aut tribus albido-signatis; mandibula tota recta, apice haud deflexa; capite, collo, pectore et ventre medio ex parte nigerrimis; macula aurium magna nitide aurantio-aurea; lunula colli postici infimi aureo-flava; hypochondriis ferrugineo-aureo-flavis; abdomine olivascens; crisso medio coccineo, hocce ad latera femoribusque obscure cinnamomeis; dorso toto, uropygio, cauda, ejusdem tectricibus superioribus ac alis extus totis obscure olivascenti-viridibus; alarum tectricibus inferioribus albidis; remigibus intus nigricantibus et limbo albido extus olivascentibus. *Mas adult.*

Pedes plumbeo-nigricantes; regio ophthalmica nuda, nigricans (in exuvia). Longitudo a rostri apice usque ad os coccygis 8 1/2'', rostri solius 2'' 3 1/2''', tarsi 1'' 1'''. Habitat in *Brasilia*. (*Mus. Monac. exempl. cauda laesa.*)

Observatio.

Shawii Ramphastos indicus (Gen. Zool. 8. p. 356.), Rostro breviusculo a basi subtiliter nigro-cincta ad medium usque aurantio, inde usque ad apicem unicolore nigro, tomis laevibus, corpore 12'' longo, nigerrimo, exceptis capite supra aurantio-rubro, genis ventreque albis, periophthalmiis nudis, coerulescentibus, abdomine ex parte, femoribus ac crisso flavis, uropygio infimo coccineo a *Millero* (*Cimelia physica* t. 57) pessime depictus, nec non, teste *Shawio*, ex errore pro India e incolis indicatus, ad hoc genus pertinere, et, ni fallor, avis juvenilis speciei cujusdam inscriptae, mihi in nullo museo obviae, esse videtur.

G E N U S P I C U S *.

ROSTRUM mediocre, durissimum, tomiis integerrimis, aut *rectum*, polygono-tetraëdram, pyramidale, in apicem *compressum*, *cuneatum* (speciebus parvis *acutum*) attenuatum, culmine rectum-, aut plus minusve *arcuato-deflexum*, culmine acutum, in apicem *acutum* desinens, paratonis subconvexum.

NARES basales, rostri culmini subapproximatae, ovales, patulae, plumis antrorsum versis, rigidis, strictis obiectae, in recti-rostris supra acie emergente marginatae, in arcuati-rostris saepius obsoleta.

LINGUA teres, carnosa, interne filamentis duobus osseis suffulcta, jaculatoria, in apicem subosseum, mucronatum, setis reclinatis munitum desinens.

PEDES congrui, scansorii, vix aequilibres, nudi, interdum tarso semiplumosi, acropodiis scutulati, genubus plerumque latiusculi, rugose squamulosi, aut *tetradactyli*- digitis externis quam interni longioribus, anticis fissis, basi tantum connatis, posticis largiuscule distantibus, digito postico externo omnium longissimo, interno et mediocri et brevi, interdum minutissimo, verruca unguiculato indicato, aut *tridactyli*- digito postico interno deficiente; *ungues* arcuati, percompressi, acutissimi.

ALAE mediocres aut longiusculae, his obtusiusculae, illis acutae.

CAUDA mediocris, subgradata, rectricibus sensim in apicem lanceolatum attenuatis (minime intermediis, lateralibus in nonnullis apice rotundatis) 10—12, rectrice extima ut plurimum minuta.

PILILOSIS. Rectricum scapus validissimus, rigido-elasticus, deorsum subarcuatus, vexilla in utroque latere aequalia, subelastica.

*) *Linn.*, *Briss.*, *Lath.*, *Gmel.*, *Cuv.*, *Dum.*, *Lacép.* *Illig.*, *Temm.* *Picoïdes* *Lacép.* *Tridactylia* *Shaw.* *Dendrocopus* *Koch.*

PICUS.

A. *Pici tetradactyli.*

α. *Rostrum recto, apice extimo cestriformi-compresso* *).

1. *P. principalis.* Cristatus, maximus; rostro eburneo-albo; occipitis crista conica, in vertice medio incipiente, magna, coccinea, superius nigra; taenia larga infra oculos orta, versus colli latera et ad dorsum infimum ducta et remigibus secundariis candidis; fronte, dorso supremo, cauda tota ac caetera corporis ptilosi unicoloribus nigris, nonnihil ad virescens vergentibus. *Mas adult.*

Catesb. Carol. 1. t. 16. *Pic noir huppé de la Carcl. Buff.* pl. enl. n. 690. — *Picus principalis Auctor. Vieill.* Ois. de l'Amer. sept. 2. p. 56. t. 109. *Wils.* Amer. Ornithol. 4. p. 20. t. 29. f. 1.

Foem. adult. Mari simillima, nisi statura parum minore, ptilosi minus nitida, crista tota virescenti-nigra.

Pedes grisei; irides laete flavae. Longitudo totalis $18\frac{1}{2}''$, rostri solius a rictu $3''$, caudae $4\frac{1}{2}''$, tarsi $1''\frac{3}{4}''$. Habitat non migratorius in *Mexico, Carolina et Florida ad Virginiam* usque, quoque in *Pensylvania*; nidificat in cupressorum cavis, ova 4, rarius 5 ponens, tota al-

*) Multum adhuc abest, quin haec divisiones satis firmas sint, nam forma rostri specierum nonnullarum, a me ipso non visarum, ab auctoribus non satis indicata est. — *Pici tetradactyli* divisionis β rostrum, quoad formam, ambiguum habent, et ita quidem, ut ex eadem dubium nassectur, utrum picis tetradactylis divisionis α, aut picis tetradactylis divisionis γ, adnumerari debeant; iterum species parvae primae sectionis rostrum quidem rectum, sed acutiusculum habent.

ba, ovorum gallinae magnitudinis, in utroque apice aequalia, e quibus medio mensis Junii pulliprodeunt; a Mexicanis *Quatomi* nominatur; rostrum ab incolis regionum borealium ad coronas et vestimentorum ornamenta alia adhibitum aliquando magni aestimatum; vox sonum tubulae infantium aemulans. (*Mus. Paris.*)

2. *P. pileatus.* Cristatus, magnus; capite toto supra, ejusdem crista ac stria malari in fundo albo coccineis; taenia per oculos ad occiput ducta nigra; stria superciliari stricta et altera genarum utrinque versus colli et pectoris latera ducta, gula, alarum speculo intermedio anguloso alarumque flexura albis; collo antico, toto corpore subtus, cauda tota ac caeteris ptilosis partibus nigris. *Mas adult.*

Catesb. Carol. t. 17. *Pic noir huppé de la Louisiane. Buff.* pl. enl. n. 718. *Picus pileatus Auctor. Vieill.* l. c. t. 110. *Wils.* l. c. p. 27. t. 29. f. 2.

Foem. adult. Vitta malari obscura; capite superius fusco, crista occipitali coccinea.

Juv. Capite absque rubedine; partibus in adulto nigris, hic nigricantibus, griseo-undulatis.

Rostrum plumbeum; pedes nigricantes; irides aureo-flavae. Longitudo totalis $16''$, rostri solius ab oris rictu $2''$, caudae $6''$, tarsi $1''\frac{1}{4}''$. Habitat non migratorius in *America septentrionali*, imprimis in *Louisiana, Carolina et Canada, in Guiana* quoque, ab incolis sinus Hudsonis *Mai-Mai* nominatus; ova parit 6 in arborum cavis, magna, niveo-alba; insecta investigans zae spicis infestus; occipitis plumae ab

PICUS.

incolis ad ornamenta vestium adhibitae. (Mus. Paris.)

3. *P. Boiei*. Cristatus; fronte, vertice, cristae occipitalis plumis superioribus, cauda, alis et toto corpore unicoloribus nigerimis, nisi occipite ad latera, crista mentique fascia larga, in nucha confluenta et prope rostrum superius nigro-marginata, nitide sanguineo-rubris et vitta utrinque ab oris rictu versus aures ducta alba. *Adult.*

Pedes nigri; rostrum totum album; *pico pileato* parum minor. Habitat in *Brasilia*. (Mus. Paris.)

Nota. Hanc et speciem sequentem in honorem amicorum meorum intime veneratorum *Henrici Boiei* et *Henrici Mackloti*, in naturae cognitione peritissimorum et nunc in *Java* insula ad historiae naturalis studium incumbentium, nominavi.

4. *P. Mackloti*. Non cristatus, magnus, unicolor ardesiacus, exceptis mento et gula isabellinis et rectricibus omnibus totis nigris; verticis et occipitis plumis perbrevibus, adpressiusculis, trigonis, punctulo ad apicem, vix conspicuo, albo notatis. *Adult.*

Magnitudo *P. pileati*; rostrum plumbeum, medio corneo-albidum; pedes plumbei. Habitat in insula *Sumatra*. (Mus. Paris.)

5. *P. Horsfieldii*. Niger, capite cristato cum taeniâ colli laterali coccineis, abdomine sordide testaceo. *Mas adult.*

Picus javensis. Horsfield Systematic Arrang. of Birds from the Isl. of Java. Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 175.

Foem. Colore pallidior, capite supra nigro-griseo alboque vario; vitta utrinque infra oculos ad colli latera coccinea; corpore inferiore superiori concolore, nisi gula ac collo antico isabellino-flavis.

Longitudo (maris) 15'' (mens.

angl.?) Habitat in insula *Java*, ab incolis *Platuk agam* nominatus. (*Horsf.*)

Nota. Haec avis mihi solummodo e descriptione a cl. *Horsfieldio* data nota est. *Poemina Pico Mackloti* similis esse videtur, hic autem stria capitis coccinea et crista occipitis caret.

6. *P. Martius*. Non cristatus, magnus, unicolor nigerrimus nisi fronte, toto pileo ac occipite coccineis; rostro flavido, culmine et apice plumbeo-nigro; tarsis semi-plumosis. *Mas adult.*

Le pic noir. Buff. pl. enl. n. 596. *Picus Martius Auctor.* *Naum.* Vög. Deutschl. t. 25. f. 49.

Foem. adult. Mari simillima nisi capite supra nigro; occipitis fasciola coccinea.

Juv. Capite supra rubro-nigricantique vario, ptilosi caetera minus saturate nigra; iridibus cinereo-albidis.

Var. α . Albo variegatus. β .

Capite supra aurantio-rubro. γ . (*Av. senil.*) Ventre et abdomine rufescenti-tinctis.

Pedes griseo-virescentes; irides flavido-albac. Longitudo totalis 16 — 17 3/4''. Habitat in plurimis *Europae* terris, imprimis borealibus et in sylvis montosis, ad *Sibiriam* usque, in *Hollandia* nunquam, frequens in *Bavariae* alpiibus; avis timidissima, voce personora; nidificat in arborum cavis, ova 3 nitide alba pariens.

Nota. Auctores indicant quoque *Americam* pro hujus avis patria. Ibi non reperitur et illi hanc indicationem secundum *Ferminum* dederunt, qui speciem sine ullo dubio ad exemplum europaeum descripsit.

7. *P. Leucogaster*. Capite toto ac collo, pectore, dorso alis ac cauda unicoloribus nigerrimis, nisi crista occipitali brevi, coccinea; corpore inferiore subtu a pectore usque ad crissum nigrum unicolore albo; pectoris

et aurium plumis margine apiculi subtiliter albis (an in omnibus?).

Picus Leucogaster. Reinwardt et Temm. in Mus. Paris et Lugdunens.

Rostrum nigrum, subtus apicem versus album; pedes grisei. Magnitudo *pici lineati*. Habitat in Mindanao. (Mus. Paris., Lugd.)

Nota. Secundum sexus differentiam (?) variat corporis lateribus inferioribus isabellinis et albis.

Vidi solummodo exempla 2 hujus speciei, quam ob rem sexus aut aetatis differentias non indicare valeo. Cl. Horsfield (in volumine operis sui octavo) conjungit *picum Leucogastrum* cum suo *pico javensi*, qui autem, secundum descriptionem ab hoc autore datam, undique differt.

8. *P. lineatus.* Mento gulaque albis, longitudinaliter nigricanti-striolatis; regione ophthalmica et parotica saturate plumbeis; fronte, occipitis crista ac stria malari coccineis; stria ab oris rictu, versus nares fuscescenti-flavida, oblique et anguste infra oculos et aures, inde sensim largius versus colli postici latera ducta-, scapularibus ex parte remigibusque intus oblique a basi usque ad medium, alula alarumque tectricibus inferioribus albis; dorso toto, uropygio, cauda tota, alis extus, collo postico ac antico medio pectoreque ex parte nigris; corpore inferius a pectore usque ad crissi finem sordide albido, lineis transversis nigris, numerosis, medio subangulosis. *Mas adult.*

Pic noir huppé de Caj. Buff. pl. enl. n. 717. *Picus lineatus auctor.* Spix Av. brasil. t. 48. f. 1. et fig. 2. (false sub nomine foeminae) Charpentier noir. Azar. n. 248.

Foem. adult. Mari similima nisi vitta malari cinerea, fronte ac syncipite nigris, crista occipitali coccinea.

Rostrum pallide corneo-plum-

beum, mandibula medio albidam; pedes coerulescentes; irides albae. Longitudo totalis 14'', caudae 5 1/2'', rostri a rictu 2'', tarsi 1''. Habitat familiaris et frequens in sylvis magnis Cajennae, Brasiliae et Paraguayae. (Mus. Paris., Monac., collect. mea.)

9. *P. albirostris.* Fronte, vertice, occipitis crista, ejusdem lateribus, cervice genarumque macula largiuscula coccineis; macula regionis paroticae nigra, inferius albo-limbata; striola utrinque pone nares supra nigro-marginata-, plumis nonnullis mandibulae ad oris rictum-, vitta utrinque ad colli postici latera-, dorso medio nigro-maculato ac stria larga intus in remigibus nigris marginali a basi usque ad medium ducta alarumque tectricibus inferioribus albis; mento, gula, toto collo antico et pectore, scapularibus cauda tota alisque extus unicoloribus nigris; corpore inferius a pectore usque ad crissi finem rufescenti-albo, lineis transversis, numerosis, nigris, aequalibus. *Mas adult.*

Le Charpentier à dos blanc. Azar. l. c. n. 249. *Picus albirostris.* Vieill. N. Dict. d'hist. nat. 26. p. 69. Spix Av. l. c. t. 45. (Fig. sinistra.)

Foem. adult. Mari similis, nisi fronte cristaeque coccineae plumis frontalibus ac intermediis superioribus nigris genisque totis albis, superius nigromarginatis.

Spix l. c. t. 45. (figura dextra.)

Rostrum corneo-albidum; pedes plumbei; irides rubro-flavae. Longitudo totalis 12 1/2'', rostri solius a fronte 1 1/2'', caudae 4'', tarsi 1''. Habitat antecedente rarior in Paraguaya, Brasilia et Surinamo (Mus. Paris., Monac.)

Nota. *Pico lineato* primo aspectu similis, ab illo tamen mento, gula scapularibusque totis nigris ac capitis pictura facile distinguendus.

PICUS.

17

Picus melanoleucus Latham, si sane aetatis varietas (an senilis aut juvenilis?) est, non ad *picum lineatum* pertinet, ut cl. *Temminck* indicat (*Man. d'Ornith. Analyse*), sed ad hanc speciem (♂), cui undique simillimus, nisi cristae lateribus temporibusque viridi-flavidis. Unicum tantum vidi exemplar hujusce varietatis in *Museo Parisiensis* asservatum. — Observavi praeterea in quadam Franciae collectione aliam picis speciem e *Brasilia* aut e *Cajenna*, aequo modo *pico lineato* simillimam, nisi corpore subtus *toto nigro* et statura parum minore diversam, in meis scriptis non satis descriptam (*Picus melanus m.*).

40. *P. galeatus*. Cristae magnae plumis subantrorsum versis, gradatim ad nucham usque protensis et vitta malari coccineis; regione parotica transversim nigro-albidoque radiata; gula, collo utrinque ad latera, tectricibus alarum caudaeque inferioribus albedo-rufescentibus; pectore supremo nigro, rufescenti-maculato; corpore toto subtus albedo-rufescente, transversim nigro-lineato; dorso, alis caudaeque nigris; remigibus intus lacte rufis. *Mas adult.*

Picus galeatus. *Natter.*, *Temminck* Pl. col. t. 171.

Rostrum album, basi coeruleo-lutescens; pedes cinerascens. Longitudo totalis 11". Habitat rarus in *Brasilia*. (*Mus. Viennens.*)

41. *P. robustus*. Verticis ac occipitis crista, capite ac collo totis saturate unicoloribus coccineis, exceptis plumulis nonnullis aurium nigricantibus; corpore subtus inferius a collo usque ad crissi finem pallide rufescenti-albido, lineis numerosissimis, rectis, transversis, nigris; alis cum scapularibus caudaeque totis nigris; remigibus intus a basi ultra medium isa-

bellinis, lineis transversis largissime distantibus, nigris signatis, tribus primis praeter hasce lineas versus apicem nigrum maculis nonnullis rotundatis isabellinis; dorso supremo, infimo, uropygio, alarum tectricibus inferioribus caudaeque superioribus (hisce interdum lineolis nonnullis, transversis nigris signatis) ochraceis. *Mas adult.*

Picus robustus. *Lichtenst.* Berl. Catal. p. 10. *Spix* Av. Brasil. t. 44.

Foemina. Mari similis nisi vitta malari ornata, alba, supra et subtus nigro-limbata ac frontis fascia angusta, nigra.

Charpentier à huppe et cou rouge. *Azar*. Voy. n. 250.

Rostrum pallide corneum, subtus medio et versus apicem albidum; pedes plumbei; irides sulphureo-flavae. Longitudo totalis 14", rostri solius a fronte 1" 10", caudae 5", tarsi 1" 21/3". Habitat frequens in *Brasilia* et in *Paraguay*. (*Mus. Paris.*, *Viennens.*, *Berol.*, *Monac.*)

42. *P. rubricollis*. Subcristatus, capite colloque usque ad pectus unicoloribus coccineis, excepta vitta latiuscula malari alba, supra et subtus nigricanti-marginata; pectore, ventre et lateribus sensim fusciscenti-fulvescentibus, pectore rubrolavato; dorso ac uropygio, tectricibus omnibus alisque supra unicoloribus nigris; remigibus intus a basi usque ad medium immaculate ac saturate rufescenti-fulvis. *Adult.*

Pic à cou rouge. *Buff.* pl. enl. n. 612. (♂?) *Picus rubricollis Auctor.*

Rostrum albicans; pedes plumbei. Magnitudo *P. lineati*. Habitat rarus in *Guyana* et *Cajenna*. (*Mus. Paris.*)

Nota. Exemplar aliud a me observatum aequo modo striam pone oris rictum albam nigro-marginatam, corpus autem inferius a collo usque

PICUS.

ad crissi finem sordide cinnamomeum habuit (Q?).

13. *P. validus*. Capite toto supra et occipitis crista brevissima, collo toto antico ac laterali, pectore toto ac ventre coccineo-rubris; genis ac mento aureo-flavis; collo postico, loris ac regione parotica ejusdem coloris, olivascenti-lavatis; dorso medio, tergo ac uropygio aureo-flavo-coccineis; scapularibus ac alarum tectricibus omnibus fusco-nigricantibus; remigibus 2 primis intus fasciis 2, caeteris 3 vix 4 largissimis laete cinnamomeo-rufis; rectricibus totis dorsi coloris; abdomine olivascente, coccineo subvario. *Mas adult.*

Foen. adult. Occipitis crista parva, capite supra, collo antico medio et toto corpore subtus ad crissi finem usque unicoloribus sordide et pallide fuscescenti-cinereis; collo postico, capite toto ad latera, tergo ac uropygio sordide ochrascentibus; dorso, scapularibus, alarum tectricibus rectricibusque omnibus totis obscure unicoloribus fuliginosis; caudae tectricibus superioribus fusco-nigris; remigibus maris picturae.

(*Picus validus Reinwardt et Temminck* in Mus. Paris. et Lugdunens.)

Rostrum supra corneum, apice et subtus pallidius, infra basin versus subflavidum; pedes rufescenti-fusci, digito postico externo quam tarsus fere longiore, interno postico brevi. Longitudo totalis $12\frac{1}{4}$ " , rostri a rictu $15\frac{1}{4}$ " , tarsi $11\frac{1}{3}$ ". Habitat in insula Java. (*Mus. Paris., Lugdunens., Monac.*)

14. *P. Erythrocephalus*. Non cristatus; capite colloque totis saturate coccineis; dorso, alarum tectricibus omnibus, remigibus primariis ac rectricibus unicoloribus nigerrimis, cyanescenti-nitentibus; uropygio, remigibus secundariis, corpore subtus inferius a collo usque ad crissi finem alarumque tec-

tricibus inferioribus unicoloribus candidis; rectricibus duabus utrinque extimis apice et basi, extima subtiliter margine externo, albis. *Mas et Foen. adult.*

Catesb. Carol. t. 20. *Pic de Virginie Buff.* pl. enl. n. 117. *Picus Erythrocephalus Auctor. Vieill.* Ois. de l'Amer. t. 112. *Wils.* Amer. Ornith. 1. p. 42. t. 9. f. 1 et 4., t. 29. f. 3.

Juv. hornot. Capite et collo nigricanti-griseis; dorso in fundo griseo fusco-nigricante; alarum parte alba nigro-variegata; dorso infimo ac uropygio albis; gula, collo antico, pectore ventrique albidis, lateribus obsolete nigricanti-maculatis; rectricibus nigris, margine externo albis.

Picus obscurus Auctor. — Pic. Erythroceph. Vieill. l. c. t. 113.

Rostrum plumbeum; pedes viridi-coerulescentes; irides saturate avellanae; rectrices laterales in plurimis extus apice et basi albae. Longitudo totalis $8\frac{1}{4}$ " , alarum (caudam parum superantium) $5\frac{1}{3}$ " , caudae $3\frac{1}{2}$ " , tarsi $8\frac{1}{2}$ " , rostri a rictu $1\frac{1}{3}$ ". Habitat frequentissimus, imprimis aestate, in America septentrionali, praesertim ad montium basin in rivorum vicinitate, autumno regionibus frigidioribus migrans; nidificat in arborum cavis ova 6 pure alba pariens; victitat praeter insecta zea, pomis glandibusque. (*Mus. Paris., Erlang., d. Sturm.*)

15. *P. ruber*. Capite, collo pectoreque coccineis; linea a naribus infra oculos ducta fulva; collo supra obscure mixto; dorso alisque nigris; alarum tectricibus minoribus nonnullis et remigibus extus margine albis; scapularibus ut plurimum apicem versus macula obscure flavida notatis; remige prima nigra intus a basi ad medium usque maculis rotundis albis, sequentibus intus et extus, secundariis intus tantum albo-ma-

culatis; ventre medio obscure flavescenti - albo, lateribus albis, obscure variegatis.

Picus ruber Lath., Gmel. Rostrum fuscescenti-corneum. Longitudo totalis (mensurae angl.) $8\frac{1}{2}$ " , rostri solius 1" . Habitat in *Cajenna*.

Nota. Speciei antecedenti multum affinis, a *Lathamio* ad naturam, sed ad exemplum absque cauda et pedibus descriptus; a me non visus, nescio si in loco vero positus est. Descriptio brevis cl. *Cookii* de pico quodam, ab eo in *Nootka-Sund* observato, et a cl. *Vieillotio* sub nomine *Pici flaviventris* (Ois. de l'Amer. p. 67.) indicato, undique in descriptionem hujusce speciei quadrat.

16. *P. varius*. Non cristatus; capite supra, mento ac gula coccineis, illo superius ad latera nigro-marginato; vitta utrinque postice ab oculis versus colli latera ducta et alia utrinque ad oris rictum orta, gulam ad latera et inferius in forma maculae largae cingente alarumque tectricibus minoribus omnibus nigerimis; taenia a naribus infra oculos versus pectus ducta, ibique subflavo-tincta et alia supra illos albis; occipite pallide flavo; dorso obscure flavo, maculis nigris, angulosis laete vario; uropygio albo nigro-marginato; corpore subtus inferius a pectore usque ad crissi finem unicolore flavo, crissi ac laterum plumis longitudinaliter nigro-variis; remigibus nigris, albo-marginatis et maculatis, tectricibus ex parte large albo-terminatis; rectricibus nigris duabus utrinque lateralibus margine albis, rectrice sequente tota nigra, quarta intus ex parte alba, quinta intus alba, nigro-maculata. *Mas adult. trienn.*

Picus varius Wils. Amer. Orn. 1. p. 147. t. 9. f. 2. (fig. opt.)

Mas bienn. Macula gulam infra terminante obscure grisea, plumis nigro-undulatis; ptilosi

corporis inferioris ac superioris minus saturata, caeterum eadem qua avis triennis.

Pic varié de la Carol. Buff. pl. enl. n. 785. *Picus varius* Auctor. *Vieill.* Ois. de l'Amer. t. 118. (fig. vitios. (?) mento albo.)

Mas et Foem. hornot. Gula alba aut sensim rubra, capite supra obscure coccineo, nigro-variegato.

Foem. adult. Ptilosi maris, nisi gula alba lateribusque corporis inferioris pectorisque obscurioribus, vitta ad capitis latera non alba, flava.

Rostrum corneo-fuscum; irides avellanae; pedes virescenti-coerulei. Longitudo totalis $8\frac{1}{2}$ " , rostri solius a fronte 1" . Habitat per totam hiemem numerosus in *America septentrionali* a Carolina ad sinum Hudsonis usque, etiam in *Cajenna*; victitat imprimis insectis; ova ponit 4 alba; sole oriente in sylvis perclamosus et activus. (*Mus. Paris.*)

Nota. Cl. *Vieillot* avem juvenilem (Ois. de l'Amer. t. 119.) ita describit: capitis pectorisque plumis griseo-flavis, obscure griseo-limbatis, colli ac dorsi griseo-virescentibus, nigro-maculatis, uropygio albo-nigroque vario, gula grisea, ventre pallide flavo, crisso albedo-flavido. Descriptio haec pullam avem significare videtur. — Haec caeterum species certissime non in *Asia* reperitur, ut cl. *Lathamius* ad notam a *Georgio* factam indicit, nam non est dubium quia *Georgi* in suo avium indice, locum *Baikal* inhabitantium, suum *picum varium*, immediate *Pico medio* postpositum pro *Linnaei pico minore*, a multis auctoribus „*picus varius*“ nominato comprehenderit. Talem varietatem (?) mento albo qualem cl. *Vieillot* depinxit nondum vidi.

17. *P. major*. Non cristatus; fronte fulvescenti-albida; pileo

PICUS.

toto, dorso, uropygio, alarum caudaeque tectricibus superioribus, vitta utrinque ab oris rictu versus colli et pectoris latera ducta, ad aures angulum formante ad occiput ductum, collo postico medio rectricibusque quatuor intermediis totis nigris; fascia occipitis abdomine crissoque coccineis; capite ad latera, macula utrinque ad colli postici latera scapularibusque pure albis; corpore subtus a menti initio usque ad abdomen unicolore albo, ut plurimum sordide lavato; remigibus omnibus nigris, extus et intus maculis candidis, extus quadratis; rectricibus lateralibus albis, nigro-fasciatis. *Mas adult.*

L'épiche. Buff. pl. enl. n. 196. Picus major Auct. Naum. Vög. t. 27. f. 52. Dendrocopos major. Koch Baierisch. Zool.

Foem. adult. Mari simillima nisi absque fascia occipitali coccinea.

Buff. l. c. n. 595. Naum. l. c. f. 53.

Juv. anni. Fronte grisea; toto capite supra rubescente; occipite nigro; ptiloseos parte nigra nonnihil ad fuscum inclinante; partibus corporis inferioribus sordide albis, punctulis nigricantibus conspersis.

Variet. α. Remigibus omnibus laete rufis albo-maculatis.

Rostrum plumbeum; pedes virescenti-grisei; irides fusco-rubrae. Longitudo totalis $9\frac{1}{4}$ ". Habitat frequens per totam fere Europam, in sylvis aut locis fruticosis in pomariis quoque, porro in Sibiria orientali neutiquam autem in America septentrionali; vicinat insectificat in arborum cavis ova 4-6 alba pariens.

18. *P. leucomelanus.* Non cristatus; corpore subtus a menti initio usque ad crissi finem pure et immaculate albo; capite et collo ad latera ejusdem coloris, illo vitta utrinque pone oculos orta larga et alia utrinque pone mandi-

bulae basin primo obsoleta, dein distinctius oblique versus colli latera ducta nigris; dorso toto, alis rectricibusque intermediis nigris; alarum tectricibus maculis magnis remigumque externis, candidis; pileo nigro, medio coccineo; rectrice utrinque extrema tota alba, sequente basin versus et apice extremo nigris. *Mas adult.*

Foem. adult. Mari simillima nisi capite supra toto nigro.

Pic du Canada. Buff. pl. enl. n. 345. Picus canadensis Auct.

Rostrum plumbeo-nigrum; pedes griseo-nigri. Longitudo totalis $8\frac{1}{2}$ ". Forma tota *pici majoris*. Habitat in Canada. (*Mus. Paris.*)

19. *P. leuconotus.* Non cristatus; dorso infimo, capitis lateribus, mento, collo antico, pectore ventreque in medio- ac collo postico ad latera pure albis; fronte, sordide albidis; vertice toto et occipite ex parte coccineis; abdomine crissoque coccineo-roseis; collo postico in medio, vitta utrinque ab occipitis lateribus suboblique versus pectoris latera dilatata, et alia utrinque ab oris rictu versus apicem primae dictae ducta et cum ea ibi connata, alarum tectricibus minoribus et caudae superioribus totis dorsoque supremo nigerrimis; lateribus corporis inferioris albidis, pluma quavis stria longitudinali intermedia nigra; rectricibus quatuor intermediis totis nigris, duabus utrinque extimis albidis, nigro-fasciatis, versus basin nigris, tertia utrinque sequente tota nigra, exceptis maculis duabus rotundatis subapicalibus et apice extimo rufescentibus; alarum tectricibus inferioribus albo-nigroque variis; remigibus nigris, versus apicem fuliginosis, extus albo-terminatis, extus et intus maculis albis, extus a basi ad apicem, intus quadratis et a basi usque ad medium signatis; remigibus dorso proximis nigris, fasciis largis, albis, medio interruptis;

PICUS.

alarum tectricibus mediis macula maxima, alba terminatis.
Mas adult.

Picus Leuconotus. Bechst. Naturg. Deutschl. 2. t. 25. f. 1. *Naum.* Vög. Deutschl. t. 35. f. 69. *Wolf* Vög. Deutschl. H. 2. *Temminck, Brehm.*

Foem. adult. Maris ptilosi, nisi pileo et occipite totis nigris.

Bechstein. l. c. t. 25. f. 2. *Wolf.* l. c.

Rostrum coerulescenti-plumbeum apice parum nigricans; pedes sordide olivacei; irides fusco-atrae. Longitudo totalis $10\frac{1}{2}f_4''$, alarum $5\frac{1}{2}f_2''$, caudae $3\frac{3}{4}f_4''$, tarsi $1''$, rostri a rictu $1\frac{1}{2}f_2''$, latitudo ab uno alarum expansarum apice ad alterum $16''$. Habitat frequens in *Silesia, Curlandia et Livonia*, rarissimus auctumno et hieme in *Germaniae* provinciis septentrionalibus; foemina parit ova 4-6-nitide alba. (*Mus. Paris., Lugd., collect. mea.*)

Nota. Cl. *Temminck* irides aurantias et rectrices duas intermedias totas nigras indicat. Descriptionem meam exspecimine adulto, virili, initio autumnii prope Monachium occiso, hausit. In ejusdem avis ventriculo observavi residua *Laniae aedilis* ac aliorum eleutheratorum.

20. *P. Vieillotii.* Non cristatus; capite ad latera albo; hoc supra-, stria malari infra genas et aures utrinque ad occipitis latera ducta, collo postico, caudae tectricibus superioribus reatricibusque intermediis nigris; dorso ac uropygio nigris, albo-fasciolatis; alis earumque tectricibus nigris, albo-maculatis; reatricibus quatuor lateralibus albis, intus nigro-signatis; gula et toto corpore subtus albis, collo et pectore ad latera caudaeque tectricibus inferioribus maculis parvis nigris, longitudinalibus, ventris lateribus maculis transversis griseis signatis. *Mas adult* (?).

Ficus borealis. Vieill. Ois. de l'Amer. t. 122. N. D. 26. p.

69. *Shaw* Gen. Zool. T. 9. p. 174.

Rostrum pedesque nigri; irides rubrae. Habitat in *America septentrionali*, imprimis in *Georgia, Carolina et Kentucky.* (*Vieill.*)

Nota. *Pico leucomelano* subsimilis, sed non ejusdem *mas* ut cl. *Vieillot* suspicatur, nam capitis, dorsique pictura satis differt.

21. *P. querulus.* Non cristatus; fronte, pileo toto, collo postico et vitta utrinque ab oris rictu versus alas ducta nigerrimis, nisi stria stricta utrinque ad verticis latera coccinea; dorso fasciis duodecim candidis et todidem nigris; capite colloque ad latera nec non corpore subtus a menti initio usque ad crissi finem unicoloribus albis, nisi maculis nonnullis parvis ad pectoris latera et in crissi plumis nigricantibus; remigibus et alarum tectricibus nigris, albo-maculatis; reatricibus quatuor intermediis totis nigris, caeteris albis, nigro-maculatis; uropygio nigro, albo-variegato. *Mas adult.*

Picus querulus. Wils. Amer. Orn. 2. p. 103. t. 15. f. 1. *Picus leucotis Illig., Lichtenst.* (in lit.)

Foem. adult. Mari simillima nisi absque striolis verticis coccineis.

Rostrum saturate plumbeum; irides avellanae. Longitudo totalis $7\frac{1}{2}f_2''$ (mens. angl.). Habitat in *Carolinae* regionibus borealibus ac meridionalibus nec non in *Georgia*; vox picipiens avis pullae illam aemulans; avis clamosa et activa. (*Wils.*)

Nota. Avem hanc in nullo museo zoologico observavi; antecedenti simillima est, et ab ea solummodo striolae coccineae positione et reatricum lateralium pictura diversis differt.

22. *P. villosus.* Non cristatus; dorso nigro longitudinaliter medio plumis longioribus, subvillosis, albis obsito; stria larga

supra oculos et alia tali infra illos a naribus versus nucham dilatate ducta, et toto corpore inferiore a menti initio usque ad crissi finem pure unicoloribus albis; fascia occipitali coccinea; pileo toto et vitta lata ad capitis latera, oculum infra includente, ad occipitis fasciam ducta, alarum tectricibus minoribus caudaeque superioribus, uropygio reetricibusque quatuor intermediis, nigerrimis; narium plumis subvillosis, longiusculis, fulvescentibus; vitta malari primo nigricante, sensim in maculam nigram exeunte; reetricibus duabus utrinque lateralibus totis albis, nisi apice brunnescente, sequentibus nigris, apice oblique albis, nigro-terminatis; alarum tectricibus majoribus nigris, largiuscule albo-terminatis; remigibus omnibus nigris, albo maculato-fasciatis. *Mas adult.*

Pic varié de Virginie. Buff. pl. enl. n. 754. Picus villosus Auct. Vieill. Ois. de l'Amer. t. 120. Wils. l. c. t. 9. f. 1.

Foem. adult. Partibus corporis inferioribus albis, fuscescenti-tinctis; occipitis fascia coccinea nulla.

Rostrum coerulescenti-corneum; pedes coerulescentes; irides avellaneae. Longitudo totalis 8¹¹ 10¹¹¹, rostri ab oris rictu 1¹¹ 3¹¹¹, caudae 3¹¹, tarsi 10¹¹¹. Habitat frequentissimus in *America septentrionali* a *Carolina* et *Georgia* usque ad sinum Hudsonis, pomariis infestissimus; mense Junio in arborum cavis ponit ova 5 tota alba; voce tremula repetit saepissime syllabam *chuck*. (*Mus. Paris.*)

23. *P. pubescens*. Non cristatus, parvus; taenia dorsi intermediis e plumis subvillosis composita, capite ad latera et toto corpore subtus a menti initio usque ad crissi finem pure albis; vitta pone ab oculis ad nucham ducta lata, nigra; vitta malari primum inconspicua, sensim saturatiore, alarum tectricibus minoribus, uropygio, tectri-

cibus caudae superioribus ac reetricibus quatuor intermediis unicoloribus nigris; fascia occipitis coccinea; alarum tectricibus majoribus nigris, largiuscule albo-terminatis; remigibus nigris, omnibus albo maculato-fasciatis; reetricibus utrinque tribus lateralibus albis, transversim nigro-striatis. *Mas adult.*

Smallest Woodpecker. Cat. esb. Carol. t. 21. f. 1. Picus pubescens Auct. Vieill. Ois. de l'Amer. t. 121. Wils. l. c. p. 153. t. 9. f. 4.

Foem. adult. Mari similis, nisi fascia occipitali alba, pectore ventreque sordide albis.

Juv. Ptiloseos pictura sordidior; capite supra, imprimis fronte, albo-nigroque vario.

Rostrum coerulescenti-corneum; pedes coerulescenti-virides; irides saturate avellaneae. Longitudo totalis 5¹¹ 2¹¹¹, rostri solius a rictu 8¹¹¹, caudae 1¹¹ 9¹¹¹, tarsi 6¹¹¹. Habitat frequentissimus in *America septentrionali*, pomariis imprimis infestissimus ibique hieme cum *paris* et *sitis* consociatus; foemina parit in arborum cavis ova 6 pure alba; *pico villosus* quoad ptiloseos picturam simillimus, ab eo autem statura parva facillime distinguendus. (*Mus. Paris.*)

24. *P. medius*. Non cristatus; vertice coccineo; abdomine, ventre et crisso pallide roseo-coccineis; fronte albida; vitta pone oris rictum parva, subobsoleta, brunnescente; collo toto antico ac laterali, pectore medio et capite ad latera albis; vitta larga pone ab oculis versus colli pectorisque latera ducta, collo postico medio, dorso toto, uropygio, caudae et alarum tectricibus superioribus minoribus reetricibusque quatuor intermediis totis nigris; scapularibus unicoloribus candidis; reetricibus 3 lateralibus apice subrufescentibus, extrema utrinque fasciis 3 albis, largis, sequente maxima parte nigra fasciis 2 apicalibus, irregularibus, albis, tertia tota nigra nisi margine

PICUS.

apicali externo albida; pectore infimo ac lateribus albidis, hisce longitudinaliter nigricantistriolatis, illo dilutissime flavido-lavato; remigibus omnibus albis, intus et extus candido-maculatis. *Mas adult.*

Le pic varié à tête rouge Buff. Pl. enl. n. 611. Picus medius Auctor. Naum. Vög. t. 4. f. 7. Dendrocopus medius Koch l. c.

Fcem. adult. Mari simillima, nisi capitis rubedine minus saturata, vitta malari obsoletiore.

Juv. Vertice medio fusco-rubro; crisso abdomineque dilutius rubris.

Rostrum corneo-nigricans; pedes griseo-virescentes; irides fusco-rubrae. Longitudo totalis 3¹¹, rostri solius a fronte 10¹¹¹. Habitat in pluribus *Europaë* regionibus, praesertim meridionalibus, nusquam frequens, locis sylvaticis aut fruticosis, in pomariis quoque et ad sylvarum margines; in arboribus cavis ponit ova 3-4 nitide alba.

25. *P. minor.* Non cristatus; vertice coccineo; fronte, capite et collo ad latera, crisso et toto corpore subtus sordide albis, pectore lateribusque striolis longitudinalibus, subnumerosis, nigricantibus, crissi plumis fere fasciolatis; stria malari versus colli latera ducta, occipite, collo postico medio, dorso supremo, alarum tectricibus minoribus et reetricibus quatuor intermediis totis nigris; dorso infimo nigro albo-fasciato; remigibus omnibus nigris intus et extus albo-maculatis; reetricibus utrinque lateralibus 3 apice rotundatis, albis, extima fasciis 3 nigris, secunda basin versus nigra; intus versus apicem fasciis 2, tertia fere tota nigra, extus versus apicem sinuato-alba, albo-terminata. *Mas adult.*

Petit épeiche Buff. Pl. enl. n. 598. f. 1. Picus minor Auctor. Naum. Vög. t. 27. f. 54. Dendrocopus minor Koch l. c.

Fcem. adult. Mari simillima, capite vero absque rubedine, ver-

tice albo, pectore crebrius striolato, ptilosi minus nitida.

Buff. l. c. f. 2. Naum. l. c. f. 55.

Varietates. c. Purè albus. *β.* Albo-flavidus, pictura nigra obsolete indicata. *γ.* Ptilosi ordinaria plumis albis intermixtis varia.

Rostrum nigricanti-plumbeum; irides rubrae; pedes plumbeo-nigricantes. Longitudo totalis 5^{11/2}, rostri solius a fronte 7¹¹¹. Habitat in pluribus *Europaë* regionibus, praecipue septentrionalibus, rarius meridionalibus, in *Germania, Francia, Hollandia, in Natolia* quoque, nusquam frequens, in pinetis magnis et in pomariis, parit in arboribus cavis ova 4-5 parva, nitide alba.

Nota. Varietates a cl. *Lathamio* sub literis *β* et *γ* indicatae huc non pertinent. (Vide: *Pic. Macei* et *Pic. variegat.*

26. *P. Macei.* Fronte sordide alba, vertice coccineo; occipite ac collo postico nigris; collo antico ac capitis lateribus albis; vitta utrinque a mandibulae cantho postico versus colli latera ducta et apice in maculas numerosas ejusdem coloris exeunte nigra; corpore toto subtus sordide albo, maculis obsoletis longitudinalibus paulo obscurioribus; crissi plumis pallidissime roseis, paulo nigricanti-variolosis; corpore supra a cervice usque ad caudae tectricum superiorum apicem alternatim nigro et albo fasciato; remigibus dorso proximis tectricibusque alarum superioribus nigris, illis maculis transversis, his maculis cordatis; remigibus primariis nigricantibus, extus maculis nonnullis parvis quadratis, intus, ad marginem majoribus rotundatis albis; reetricibus nigris, extimis albo-fasciatis, omnibus caeteris maculis in utroque pogonio transversis albis. *Mas adult.*

Picus minor var *γ.* *Lathamio* *Picus Macei Vieill. N. D. 26. p. 80. (Descript. vitiosa.) Tem-*

minek Pl. col. t. 59. f. 2. (fig. et descriptio non satis accuratae.)

Foem. Mari simillima, eodem paulo minor; vertice et toto capite supra unicoloribus nigris; crisso pallide roseo.

Juv. Vertice nigro, plus minusve coccineo-variegato.

Rostrum pedesque plumbei. Longitudo totalis 6'' 2-3''', rostri ab oris angulo 1'' 1''', alae 3'' 4'' 1/2''', caudae 2'' 4''', tarsi 7'' 1/4'''. Habitat in Bengala et satis frequens in insulis Ceylon, Sumatra et Java. (Mus. Paris., Monac.)

Nota. Cl. Temminckii de hac ave data descriptio nec non ii adjecta icon exhibent rectrices intermedias totas nigras, reliquas vero corporis partes prorsus descriptis similes. Specimina sex musei nostri rectrices omnes maculatas gerunt, et in horum nonnullis crissi color roseus fere obsoletus est, quare de eo, ut videtur, in Lathamii descriptione satis accurata non fit mentio.

27. *P. variegatus.* Fronte, toto capitis pileo occipiteque fuliginoso-fuscis, occipite utrinque ad latera stria longitudinali coccinea; capite ad latera albo, excepta vitta lata utrinque pone oculos orta supra aures versus colli latera ducta pileo concolore; collo postico nigricante, antico mentoque albis, linea utrinque a mandibulae cantho postico versus collum excurrente fusciscenti-nigricante; corpore toto subtus cum crisso albidò, maculis longitudinalibus parvis, numerosis, fuliginoso-fusciscentibus; corpore toto supra cum caudae tectricibus superioribus alternatim albo- et fuliginoso-fusciscente fasciato; reetricibus omnibus fuliginoso-nigricantibus in utroque pogonio maculis transversis, subtrigonis, albis; remigibus reetricibus concoloribus, intus maculis ad marginem majusculis, subrotundis, albis, extus in primariis parvis, minutis. *Mas adult.*

Pic mâle de la Encenada Buff. Pl. enl. n. 748. f. 1. (fig. non satis accurate picta et nimis magna exhibit.) *Picus variegatus Lath., Picus bicolor Gmel.* (Descriptio vitiosa.)

Foem. Mari simillima, eodem paulo minor, occipitis lateribus absque vitta coccinea, capite supra unicolore fuliginoso-fusco.

Petit pic d'Antique Sonner. Voy t. 77. *Picus minor* var. β . *Lath.* *Petit pic des Moluques Buff.* Pl. enl. n. 748. fig. 2. (fig. mediocr.) *Picus moluccensis Lath.* cum var. β , *Gmel.*

Rostrum; corneo-plumbeum, apicem versus nigricans; pedes plumbei; cauda brevissima. Longitudo totalis 4'' 6''', rostri ab oris angulo 7'' 1/4''', alae 2'' 8''', tarsi 5'' 1/2''', caudae 1'' 7'''. Habitat in insulis Manilla et Java satis frequens, Javanis Tjaladi-Jagong. (Mus. Monac., Paris. μ°)

28. *P. minutus.* Non cristatus; occipite et dorso infimo cinnabarinis; fronte, vertice, capite ad latera dorsoque unicoloribus subisabellino-fusciscentibus; remigum reetricumque rhachibus aureo-flavis; alis fuscis, fasciis isabellinis; stria malaxi subdistincta, fusca; cauda fasciis nigris; collo antico et toto corpore subtus impure albidis, maculis parvis, plus minusve rotundatis, in quovis plumae apice positis. *Mas adult.*

Picus minutus Temm. Pl. col. t. 197. f. 2.

Foem. adult. Ptilosi maris, occipite haud rubro.

Rostrum fuscum, rectum, trigonum. Longitudo totalis 4'' 3'''. Habitat in Africa occidentali ad flumen Senegal et in Guinea; Picorum hucusque notorum minimus. (Mus. Lugd., Paris.)

29. *P. Ruppelii.* Fronte, totius capitis collique lateribus pure albis; vitta utrinque pone oculos supra aures deorsum ducta, mento gulaque nigris; macula juguli maxima, vertice, occipite et nucha sanguineo-rubris; dor-

so viridi-flavido; reliquis trunci et alarum superioribus partibus cinerascenti-viridibus; pectore et epigastrio flavidis, striis nigris longitudinalibus; reliquis partibus inferioribus albidis, maculis transversis, subtrigonis nigris; cauda nigra numerose cinereo-fasciata; remigibus nigris extus rectricum pictura. *Mas adult.*

Rostrum rectum pedesque nigri. Habitus et magnitudo *Pici majoris*. Habitat....

Nota. Vidi hanc avem in quadam avium collectione in *Portu Gratiae*.

30. *P. Haemasoma*. Capite flavo-fusco; nucha utrinque ad latera uropygioque albis; corpore supra nigro maculis largis, albis; mento et toto corpore subtus pallide fuscis, pluma quavis stria longitudinali intermedia obscuriore; ventre medio rubro; remigibus rectricibusque nigris, albo-maculatis, rectrice quavis extus tri-maculata.

Picus mahrattensis I. a t h. Suppl. 2.

Pico minore paulo major. Habitat in *Mahratta* Indiae. (A. cl. *Lathamio* ad specimem musei Britannici descriptus.)

31. *P. Lichtensteinii*. Corpore toto unicolore saturate nigro-ardesiaco, exceptis mento, gula et collo antico punctis minutis albis, non creberrimis conspersis; occipite crista vix ulla. *Adult.*

Rostrum albedo-corneum, vix subinclinatum culmine et basi plumbeo-nigricans; pedes fuscentes. Magnitudo *Pici viridis*, hoc gracilior. Habitat... (*Mus. Paris.*)

β. *Rostro ambiguo.**)

32. *P. viridis*. Non cristatus; regione ophthalmica nigra; fronte ac toto pileo vittaque malari larga in fundo nigro coccineis, pilei plumis basi canescentibus; regione parotica et corpore subtus a menti initio usque ad cris-

sum unicoloribus albedo-virescentibus; plumis crissi, femorum ac hypochondriorum obscurius viridi-undulatis; collo postico, dorso, scapularibus alarumque tectricibus superioribus laete et dilute viridibus; uropygio infimo caudaeque tectricibus superioribus virescenti-sulphureis; remigibus fuscescenti-nigris, extus et intus albedo-maculatis; rectricibus subtus apicem versus nigris, intus griseo-virescenti-subfasciolatis. *Mas adult.*

Le pic verd Buff. Pl. enl. n. 879. *Picus viridis Auctor.* cum var. β. *Naum.* Vög. t. 26. f. 50.

Foem. adult. Mari simillima, excepta vitta malari nigra.

Buff. l. c. t. 371. (*fig. mal.*) *Juv. viril.* Vitta malari nigra, sensum rubescente.

Pullus. Capite supra minus rubro; dorso flavescenti-maculato; corpore subtus in fundo albedo-virescente obscurius transversim fasciato.

Varietates. α. Pure albus, capite flavescente. β. Viridis, plus minusve albo-conspersus. γ. Laete stramineus, capite supra rubro-maculato.

Rostrum subinclinatum, nigrum, subtus versus basin flavicans; irides albae, pallidissime roseo-tinctae; pedes griseo-virescentes. Longitudo totalis 12 1/2". Habitat per totam *Europam*, in diversis regionibus plus minusve rarus, in sylvis magnis ac in pomariis; parit ova 5-6 nitide alba; insecta, imprimis formicarum larvas in terra ambulans requirit.

Nota. Varietas β auctorum huc pertinet; *Fermin* descripsit eam sine ullo dubio ad exemplar *Pici viridis* qui nunquam in *Surinamo* reperitur. *Sebae Ardea mexicana altera* ab autoribus indicata, quoad descriptionem de ea datam, huc referenda est. —

*) Vide notam sectionis primae.

35. *P. canus*. Non cristatus; capite colloque ad latera, ver-

PICUS.

tice ex parte et occipite unicoloribus canescentibus, exclusis fronte ac sincipite coccineis; stria ante oculos et alia in malis nigra; collo postico infimo; dorso, scapularibus alarumque tectricibus dilute viridibus; alis viridi-olivascensibus; mento gulaque albis; corpore subtus inferius a gula usque ad crissum unicolore albedo-virescente, crisso vix conspicue obscurius undulato; remigibus extus et intus ad marginem albedo-maculatis; uropygio infimo caudaeque tectricibus superioribus virescenti-sulphureis; reatricibus supra fusciscenti-olivascensibus, quatuor intermediis subtus vix conspicue obscurius fasciolatis. *Mas adult.*

Picus viridi-canus Meyer und *Wolf* Vög. Deutschl. Hft. 22. *Naum.* Vög. Nachtr. t. 35. f. 68. *Picus canus Temm.* Man. d'Ornith. 1. p. 395. *Picus Caniceps Nils.*

Foem. adult. Mari simillima, sed fronte et sincipite caeteris capitis partibus concoloribus, gula alba, stria malari nigra obsoleta, a rostri basi distante et illa ante oculos vix conspicuis.

Picus viridis. Foem. Naum. l. c. t. 26. f. 1. *Picus viridi-canus Wolf.* l. c. 22.

Juv. viril. Fronte et sincipite sensim rubescentibus; iridium circulo externo griseo, interno roseo.

The grey-headed Green-Woodpecker Edw. 2. t. 65. *Picus viridis norvegicus Briss.* *Picus norvegicus Lath.* *Picus canus Gmel.*

Juv. foem. Capite absque stria malari nigra.

Rostrum corneo-nigrum, mandibula versus basin virescente; pedes griseo-virescentes; irides dilute roseae. Longitudo totalis 11½". Habitat in pluribus *Europae* regionibus, imprimis septentrionalibus, frequens in *Norvegia, Russia, Francia, Helvetia, Germania*, praecipue in *Bavaria*, rarior attamen quam *Picus viridis*, in *Hollan-*

dia nunquam; parit ova 4—6 nitide alba in arboribus cavis.

Nota. Secundum cl. *Temminckium* haec species regiones quoque *Asiae* et *Americae* septentrionales inhabitat. E hisce terris nunquam vidi hujus speciei specimina.

54. *P. Goertan.* Non cristatus; fronte cum toto pileo uropygioque coccineis; dorso toto, collo postico, alarum tectricibus superioribus reatricibusque flavescens-olivaceis, - exceptis reatricibus extimis et remigibus secundariis albo-fasciolatis-, unicoloribus; corpore inferius a mento usque ad crissi finem unicolore cano. *Mas adult.*

Le pic appelé Goertan du Sénégal. Buff. pl. enl. n. 320. *Picus Goertan Auctor.*

Foem. adult. Mari simillima excepto pileo cano.

Rostrum pedesque plumbei. Longitudo totalis 7½". Habitat in *Senegambia*. (*Mus. Paris., Berol.*)

55. *P. notatus.* Dorso toto, collo postico, alarum tectricibus omnibus, uropygio caudaeque viridi-olivaceis, subflavescenti-lavatis, punctis fasciolisque interruptis flavido-albis variis; plumis frontis, pilei, occipitis longiusculis ac vitta malari coccineis; remigibus nigro-fuscis, albo-, reatricibus viridi-olivaceis flavo-rufescenti terminatis, extus et intus numerose albo-flavido maculatis; collo ad latera et toto corpore subtus albidis, maculis majusculis, numerosis, obcordatis, nigricantibus. *Mas adult.*

Le pic tigré Levaill. Ois. l. c. p. 14. *Picus notatus Lichtenst.* l. c. p. 11.

Foem. adult. Ptilosi maris, exceptis fronte ac sincipite nigris flavo-albido punctatis, occipite coccineo, vitta malari rubra nulla.

Pic tcheté de Nubie Buff. pl. enl. n. 667. (*fig. medio-cris.*) *Picus nubicus Auctor.*

Juv. foem. Ptilosi foeminae

PICUS.

adultae nisi occipite haud coccineo.

Juv. viril. Occipite coccineo; vitta malari coccinea nulla.

Rostrum pedesque nigro-fusci; irides fusco-rubicundae. Longitudo totalis 8¹¹, rostri solius 10¹¹. Habitat in *Africa meridionali*, in terra *Cassorum* (non autem in *Nubia*); parit ova 4 in fundo albo-coerulescente fusco-maculata, quae mas et foemina alternatim excludunt. (*Mus. Paris., Berol.*)

56. *P. punctuligerus.* Fronte, pileo toto vittaque malari coccineis; dorso toto, alarum tectricibus, uropygio caudaque viridi-olivaceis, flavescenti-adumbratis, partibus hisce omnibus albido-vermiculatis et maculatis; remigum et rectricum scapo aureo-flavo; remigibus nigro-fuscis, albido-maculatis; corpore subtus a menti initio usque ad crissi finem flavido; mento, gula, collo postico et laterali, pectore lateribusque *punctulis* nigris, crebris conspersis; loris et regione parotica flavido-albidis. *Mas adult.*

Picus nubicus. Lichtenst. l. c. p. 11. (*sed absq. indicat. auctor.*) *Picus punctatus. Cuv.* in *Mus. Paris.*

Foem. adult. Mari simillima nisi fronte et sincipite nigris albo-striolatis, occipite obsolete rubro, vitta malari rubra nulla.

Rostrum nigro-fuscum; pedes plumbei; irides fusco-rubicundae. Longitudo totalis 8¹¹. Habitat in *Senegambia*. (*Mus. Paris., Berol., collect. d. Sturm.*)

Nota. Cl. *Buffon* speciei antecedentis foeminam depingi curavit, quam cl. *Lichtenstein* per errorem pro hac nova specie, suo *pico nubico*, comprehendit et indicat.

57. *P. punctatus.* Superciliis, vitta in genis ac temporibus albis; vitta malari sensim latiore versus gulae collique latera ducta et hasce partes albas cingente fusco-castanea; capite

supra nigro albo-punctato; plumis corporis supra et subtus in fundo griseo-nigricante media parte albis, altera nigris; alis caudaque griseo-nigricantibus, albo-maculatis.

Picus punctatus. Vieill. N. D. 26. p. 89.

Statura *pici cani*; rostrum pedesque nigri. Habitat in *Africa*. (*Vieill.*)

58. *P. Erythrauchen.* Non cristatus; fronte, toto pileo, collo supra ac regione parum versus humeros saturatissime ac laete aureo-ruberrimis; fronte antica flavido-rubra; lateribus capitis totius, mento, gula et toto collo antico pallide grisescenti-flavidis, pectore ventreque saturatioribus et ventre medio sanguineo-rubro; abdomine crissoque sordide albis, plumis medio *maculis nigris, cor chartae lusoriae* imitantibus; dorso nigro lineis transversis, curvatis, albis; alarum tectricibus minoribus nigris, albo-marginatis, majoribus ac remigibus omnibus nigris, albo-fasciatis; uropygio albo, maculis nigris intersperso; caudae tectricibus superioribus versus apicem albis; rectricibus 2 intermediis nigris, intus albis, maculis diagonalibus nigris, quatuor lateralibus nigris, albo-fasciatis. *Mas adult.*

Picus carolinus Lath., Gmel. (sed absq. varietatibus et absq. indicatione tabulae Edwardsianae et Buffonianaee 244 et 597.) Wils. Amer. Ornith. 1. p. 113. t. 7. f. 2. *Picus griseus Vieill.* Ois. de l'Amer. t. 116.

Foem. adult. Pictura maris, nisi occipite tantum et collo postico rubris; sincipite et vertice dilute cinereis, fronte rufescente, ventre griseo.

Pic rayé de la Louisiane. Buff. pl. enl. n. 692. *Picus carolinus* Var β . et γ . *Lath. Var. β . Gmel.*

Fullus. Collo superius capiteque sordide cinereo-fuscescentibus.

Rostrum coeruleo-nigrum; pedes virescenti-coerulescentes; irides fuscae. Longitudo ultra 9". Habitat in sylvis altis et densis *Americae septentrionalis*, a Louisiana ad Canadam usque, per totum annum in Pennsylvania et New-Jersey, voce rauca *chaw, chaw* clamans, et versus finem mensis *Aprilis* ova 5 pure alba, subpellucida pariens. (*Mus. Paris., Berol.*)

Nota. Nomen specificum a cl. *Vieillot* datum propterea mutandum, cum avis nullam corporis partem griseam habeat.

39. *P. radiolatus.* Non cristatus, antecedente major; fronte, syncipite, facie tota cum capitis lateribus albedo-flavidis; collo antico pectoreque *olivaceo-rufescentibus*, ventre sensim sordide rubro; vertice, occipite et collo postico *coccineis*; femoribus ac abdomine obscure *transversim* striatis; crissi plumis albidis, fasciis *transversis*, interruptis, nigricantibus; dorso, alis, ac *uropygio* nigris, striolis *numeriosioribus* transversis, *angustissimis*, in dorso *griseis*, in alis dilutioribus, in *uropygio* parum latioribus, albis; rectricibus duabus utrinque lateralibus extus albo-maculatis, *caeteris totis nigris*; alarum tectricibus inferioribus transversim fusco alboque variis; remigibus intus albo-fasciolatis.

The Woodpecker of Jamaica. Edw. 1. t. 244. — *Pic varié femelle de la Jamaïque.* Buff. pl. enl. n. 597. (*figura absque dubio ad picturam Edwardsianam depicta*). *Picus varius jamaicensis* n. 23. *Briss.* (*sed absque indicat. tab. Catesb.*)

Rostrum nigrum. Longitudo 10 $\frac{1}{2}$ ". Habitat in Jamaica. (*Edw., Briss.*)

Nota. Haec species ab omnibus auctoribus cum *pico Erythraechno* conjungebatur, sed falso puto, nam, quoad descriptionem ab *Edwardso* et *Brissonio* de ea

datam, characteribus notatis ab illo satis differt, quare eam, interim provisoriae, pro specie distincta indico. — Cl. *Vieillot* hunc picum ventre rubro praeditum, *foeminae* speciei antecedentis nominat, quamquam ipse dicit, illam ventris rubedine privatam esse.

40. *P. striatus.* Non cristatus; fronte large-, genis gulaque laete griseis; vertice, occipite, *uropygio* caudaeque tectricibus superioribus *coccineis*; collo supra, scapularibus, dorso et alarum tectricibus superioribus *olivascensibus*, transversim nigro-striatis; collo antico, pectore alarumque tectricibus inferioribus griseo-fuscis; ventre sensim, lateribus, femoribus ac crisso *olivaceis*, immaculatis; cauda tota nigra, exceptis rectricibus duabus lateralibus griseo-marginatis; remigibus secundariis nigris, extus flavicanti-striatis, primariis extus flavo-, intus albedo-maculatis. *Mas adult.*

Pic rayé de St. Domingue.

Buff. pl. enl. n. 281. *Picus striatus Auctor.* (*absq. var. β.*) *Vieill.* Ois. de l'Amér. t. 114.

Foem. adult. Mari simillima, nisi vertice nigerrimo, occipite coccineo, corpore parum minore subtus griseo, nonnihil ad fulvum inclinate.

Pic rayé à tête noire de St. Domingue. *Buff.* pl. enl. n. 614. *Picus striatus Auctor.* *Var. β.*

Rostrum corneo-fuscum; pedes nigricantes; irides flavae. Longitudo totalis 8 $\frac{1}{2}$ ", rostri solius a rictu 1 $\frac{1}{3}$ ", tarsi 10", caudae 3". Habitat in *Dominicensi insula.* (*Mus. Paris.*)

41. *P. polyzonus.* Capite laevi, collo postico ac laterali, dorso, alis ac cauda *unicoloribus* laete virescenti-olivaceis; vitta utrinque a naribus infra oculos ad colli latera ducta aureo-

flava; corpore subtus a mento usque ad crissi finem dorsa coloris, fasciis densissime positae albicanti-flavis toto lineato; cauda parum obscurius terminata. *Mas adult.*

Picus polyzonus. Temm. in Mus. Paris.

Foem. adult. Mari similis, stria ad colli latera et totius corporis inferioris pictura pallidioribus.

Rostrum nigrum; pedes flavo-virescentes. Forma et magnitudo *pici campestris*. Habitat in *Brasilia*. (*Mus. Paris.*)

42. *P. melanochlorus*. Occipite subcristato vittaque malari coccineis; capite ad latera toto albo, dilutissime stramineo-tincto; fronte verticeque nigerrimis; gula et collo antico albidis longitudinaliter nigricanti-striolatis; dorso toto, uropygio alarumque tectricibus omnibus flavo-virescentibus, nigro-fasciatis; remigum rectricumque duarum extimarum scapo aureo-flavo, illis extus et intus in fundo nigricante sordide flavido maculato-fasciatis, rectricibus intermediis a medio usque ad apicem unicoloribus nigris, lateraliter basin versus, lateralibus totis ochrascenti-fasciolatis et subtus aureo-flavo relucens; alarum tectricibus inferioribus omnibus ochrascenti-flavis, unicoloribus; corpore subtus inferius a collo usque ad crissum virescenti-flavido, pluma quavis guttis tribus majusculis, nigris, quarum 2 sibi approximatis, tertia subapicali. *Mas adult.*

Foem. adult. Mari similis, coloribus omnibus minus laetis; vitta malari nigra virescenti-conspersa; guttis corporis subtus minoribus.

Le Charpentier d'un verd foncé. Azar. Voy. n. 252. P. cristatus. Vieill. N. D. 26. p. 93.

Mas juv. Occipitis crista coccinea ad aureum vergente; vitta malari minus saturate rubra; genis albis subrubicundo-tinctis.

Grand pic rayé de Caj. Buff. pl. enl. n. 719. *Picus melanochlorus Auctor.*

Rostrum nigrum, mandibula subtus angulose a medio ad apicem subascendente; pedes plumbei; irides rubro-brunneae. Longitudo totalis $10\frac{1}{2}f_2''$, rostri solius a fronte $1\frac{1}{2}''$, caudae $4\frac{1}{4}''$, tarsi $5f_4''$, alae $5\frac{1}{4}''$. Habitat non rarus in *Cajenna, Brasilia et Paraguaya*, solitarius aut per paria. (*Mus. Paris. Berol., Monac.*)

Nota. Genarum flavedo in exuviis mox albescit.

43. *P. icteromelas*. Capite supra nigro; occipite ac vitta malari coccineis; genis ac tota regione ophthalmica flavis; collo et toto corpore supra saturate flavis, nigro-radiatis; gula griseo-flavida, longitudinaliter nigro-maculata; collo antico infimo et toto corpore subtus flavis, maculis cordi-formibus nigris variis; remigibus nigris, flavo-variegatis, scapo aureo-flavo; rectricibus nigris, earum extrema utrinque supra flavo-maculata, subtus unicolore flava, caeteris media parte aequo modo variegatis. *Mas adult.*

Picus icteromelas. Vieill. N. D. 26. p. 84.

Rostrum nigrum; pedes fuscilinguibus flavescens. Longitudo totalis $8\frac{1}{2}f_2''$. Habitat in *Brasilia*. (*Vieill.*)

Nota. Haec avis, a me nondum observata, a *pico melanochloro* magnitudine sua multo inferiore et a *pico punctulato* simillimo ptiloseos pictura alia diversa, sane species distincta esse videtur.

44. *P. biarmicus*. Non cristatus; capite colloque ad latera nec non gula totis pure albis, exceptis vitta utrinque pone oculos, et altera pone mandibulae basin orta, versus colli latera ducta ac sensim latiore nigerimis, absque pitore; fronte ac sincipite aterrimis, albo-punctulatis; occipite coccineo, postice macula larga, nigra termi-

nato; collo supra, dorso, scapularibus, uropygio, alarum tectricibus, remigibus ultimis et corpore subtus inferius a pectore usque ad crissum cinerascenti-olivaceis, transversim albo-undulatis; remigum primariarum nec non reetricum scapis aureo-flavis, vexillis fusco-olivaceis, flavido-maculatis.
Mas adult.

Picus namaquus. Lichtenst. Catal. Hamb. p. 17. n. 179. 180. *Meyer Zool. Annal.* 1. p. 145. *Le Pic à double moustache. Levaill.* l. c. p. 16. t. 251. *Picus mystaceus Vieill.* N. D. 26. p. 73. *Picus biarmicus Cuv.* in Mus. Paris.

Foem. adult. Mari simillima, parum minor; pileo et occipite nigris.

Levaill. l. c. t. 252.

Juv. viril. Occipite macula intermedia parva, coccinea, ptilosi caetera foeminae.

Rostrum nigrum; pedes fusci; irides obscure rubrae. Longitudo $8\frac{1}{2}$ " . Habitat frequentissimus in terra Caffrorum; foemina parit quatuor ova tota alba, absque nitore. (*Mus. Paris.*)

45. *P. fulviscapus.* Parvus, remigum reetricumque scapo nitide flavo-aureo, omnibus extus flavido-, intus albo-maculatis; fronte rufescenti-fuscescente, pone parum nigra; occipite subcristato coccineo; collo postico, dorso, alarum tectricibus et uropygio plus minusve fuscescenti-olivaceis, transversim albo-flavido undulato-fasciatis; regione ophthalmica gulaque albis; gula utrinque vitta longitudinali nigra ad pectoris latera ducta; genis rufescentibus; collo infimo, pectore et caeteris partibus inferioribus albedo-griseo flavicantibus, striolis nonnullis in plumarum medio nigricantibus. *Mas adult.*

Le petit pic à baguettes d'or. Levaill. Ois. d'Afr. 6. p. 18. t. 253. f. 1. *Picus fulviscapus Illig., Lichtenst. Picus fuscescens Vieill.* N. D. 26.

p. 86. *Pic. chrysopterus Cuv.* in Mus. Paris.

Foem. adult. Ptilosi minus nitida, mari simillima nisi vertice et occipite fusco-nigris, (hoc in avis aetate certa macula parva, intermedia, coccinea).

Levaill. l. c. f. 2.

Mas. juv. Ptilosi foeminae adultae.

Rostrum pedesque fusci; irides flavidae. Longitudo totalis 6", rostri solius 7", caudae $1\frac{3}{4}$ ". Habitat frequens ad Caput bonae spei et in terra Caffrorum; foemina parit ova 5-7 pure alba, quibus mas et foemina alternatim incubunt. (*Mus. Paris.*)

46. *P. Caniceps.* Non cristatus, supra et subtus olivaceus, flavo-resplendens, immaculatus, nisi capite toto cano, fronte, vertice uropygioque coccineis, abdomine medio rubro-lavato, remigibus intus maculis magnis, albis, reetricibus immaculatis, obscure olivaceis. *Mas adult.*

Picus capensis Var. β. Lath.

Foem. adult. Mari similis nisi capite toto cano, uropygio tantum coccineo.

Le Pic olive. Levaill. l. c. p. 12. t. 149. *Pic à tête grise au cap de b. esp. Buff.* pl. enl. n. 786. f. 2. *Picus capensis Lath., Gmel.*

Juv. viril. Occipite coccineo; vertice et fronte canis; abdomine haud rubicundo.

Levaill. l. c. t. 248.

Rostrum fere rectum nigrum; pedes plumbei; irides fusco-rubrae. Longitudo totalis 8". Habitat in Africa meridionali et in Senegambia; nidificat in arborum cavis, ova quatuor, tota alba pariens. (*Mus. Paris., Berol.*)

Nota. Cl. *Levaillant* dicit foeminam adultam aetatis anno secundo aequo modo capitatis rubedinem, sed minus extensam ac nitidam possidere.

47. *P. Poliocephalus.* Non cristatus; capite et collo totis,

corpore subtus a menti initio usque ad crissi. finem unicoloribus griseis; dorso alisque olivaceis, hisce extus undulis dilutioribus; uropygio coccineo; rectricibus lateralibus extus fasciis obsoletis dilutioribus. (Foem.)

Picus Poliocephalus. Cuv. in Mus. Paris.

Rostrum plumbeum apice nigrum; pedes caesii. Forma *pici Canicipitis*; hoc vix minor. Habitat in *Senegambia*. (Mus. Paris.)

48. *P. Tephrodops.* Non cristatus; pileo coccineo; fronte et capite ad latera unicoloribus subolivaceis cinereis; collo postico, dorso ac remigibus laete aureo-flavo-viridibus; alarum tectricibus ac uropygio virescentibus, hisce punctulis nonnullis flavidis; corpore inferius a menti initio usque ad crissi finem griseo-olivaceo, transversim albido-undulato; rectricibus nigris, transversim flavo-maculatis. *Mas adult.*

Petit pic rayé du Sénégal. Buff. pl. enl. n. 345. f. 2. P. senegalensis Auctor.

Foem. adult. Mari simillima, nisi pileo toto genis concolore.

Rostrum albido-corneum; pedes griseo-virescentes; *pico minore* parum major. Habitat in *Senegambia*. (Mus. Paris.)

49. *P. aurulentus.* Non cristatus; fronte, vertice, occipite vittaque malari coccineis; vitta utrinque a frontis lateribus infra oculos et versus colli latera ducta, gula et alarum flexura aureo-flavis; regione supra ante et pone oculos et stria utrinque pone vittam malarem orta, versus colli latera ducta, alarum tectricibus omnibus, dorso toto, uropygio et remigibus dorso proximis flavido-virescenti-olivaceis; alarum tectricibus inferioribus remigibusque immaculatis, intus juxta marginem large rufis; corpore subtus inferius a collo ad crissi finem usque albido-flavido,

transversim nigricanti-virescente lineato; rectricibus omnibus immaculatis, nigris, supra basin versus olivaceo-tinctis. *Mas adult.*

Le charpentier verd doré Azar. Voy. n. 266. P. aurulentus. Lichtenst. — Temm. pl. col. n. 59. f. 1. P. chrysochlorus. Vieill. N. D. 26. p. 98. P. brasiliensis Swains. l. c. t. 20. (fig. bon.) P. Macrocephalus. Spix Av. Brasil. 1. t. 53. f. 2.

Foem. adult. et Juv. Ptilosimus nitida; vitta malari virescente; occipite coccineo; vertice viridi aureo-rubescente.

Rostrum nigricans; pedes virescenti-plumbei. Longitudo totalis $8\frac{1}{4}''$, rostri solius a fronte $1\frac{1}{4}''$, caudae $3\frac{1}{4}''$, tarsi $7''$. Habitat non rarus in *Brasilia* et *Paraguay*. (Mus. Paris., Berol., Monac.)

Nota. Cl. *Lichtenstein* (Berl. Vög. Verz. p. 10.) *foeminam* pro mare indicat. Affert ipse descriptionem ab *Azara* datam quae in nostram sed non in suam avem quadrat.

50. *P. Xanthotaenia.* Non cristatus; capite utrinque ad latera vittis duabus laete flavis, quarum una supra, altera infra oculos ducta, ad occipitis latera se jungentibus, medio macula utrinque pone oculos conspicua, obscure fusca diremtis; capitis parte caeteri, collo supra, alarum tectricibus superioribus remigumque margine externo fusco-aureis; dorsi plumis fusco-virescentibus, parum albido-limbatis; remigibus intus cinnamomeis; mento aurantio; corpore subtus inferius a mento usque ad crissum flavo-albidum obscure viridi-variegatum zonis obscure albis, apice viridibus notato.

Le Charpentier doré et brun. Azar. Voy. n. 257. P. auratus Vieill. N. D. 26. p. 70.

Palpebrae nigrae; rostrum fuscum. Longitudo totalis $8\frac{1}{4}''$. Habitat in *Paraguay* et *Brasilia*. (Azar.)

PICUS.

51. *P. maculipennis*. Non cristatus; fronte, pileo et toto collo postico, dorso toto alisque extus unicoloribus laete olivaceis; vitta utrinque infra oculos deorsum ducta, lata, olivacea, supra et subtus laete flavo-marginata; fasciola occipitis vittaque malari coccineis; mento gulaque ranunculaceo-flavis; corpore inferius a gula usque ad crissi finem olivascens-albo transversim ac dense olivaceo striato; remigibus nigricantibus, intus maculis saturate rufis; cauda unicolore nigra.

Picus maculipennis. *Lichtenst.* in litt.

Pedes plumbei; rostrum subcorneo-plumbeum. *Pico passerino* parum major. Habitat in *Brasilia*. (*Collect. d. Sturm.*)

52. *P. Icterocephalus*. Non cristatus; capite ad latera gulaque laete ranunculaceo-flavis; pileo toto ac vitta malari coccineis; dorso toto, uropygio ac alis extus laete subaureo-olivaceis, unicoloribus; plumis totius corporis inferioris subtus a gula usque ad crissi finem laete olivaceis, pluma quavis macula una aut maculis duabus albidis, transversis, antice medio angulosis sigmata; alarum tectricibus inferioribus internis, remigibus primariis intus basi, caeteris ibidem a basi ultra medium nitide et immaculate rufis, caeterum apice nigricantibus, secundariis extus et tectricibus omnibus olivaceis, hisce apice nigricantibus, scapo subtus albido. *Mas adult.*

Pic à gorge jaune de Caj. Buff. pl. enl. n. 784. *Picus Icterocephalus Lath.* *Picus Chlorocephalus Gmel.*

Foem. adult. Mari simillima, nisi vitta malari coccinea nulla et occipite tantum sed large coccinea, genis, fronte ac sincipite collo concoloribus.

Picus Icterocephalus. Foem. Spix. l. c. t. 54. f. 2.

Rostrum breviusculum, basi validum, ibi inferius flavicans, caeterum nigrum; pedes plum-

bei. Longitudo totalis $8\frac{1}{4}$ "', rostri a fronte 9 "', caudae fere $2\frac{3}{4}$ "', tarsi 7 "'. Habitat in *Guyana* et *Brasilia*. (*Mus. Paris., Monac.*)

53. *P. Erythrops*. Non cristatus; capite supra, nucha, mento gulaque coccineis; toto capite et collo ad latera ranunculaceo-flavis; dorso toto, uropygio, caudae tectricibus superioribus alisque extus totis aureo-olivaceis; plumis corporis totius inferius a gula usque ad crissi finem albidis, quavis fasciis tribus olivaceis; remigibus intus a basi plerumque usque ultra medium aureo-rufis, inde apicem versus nigricantibus; tectricibus unicoloribus olivaceis, apicem versus fusconigricantibus. *Mas adult.*

Picus Icterocephalus. Var. Lath. Ind. Suppl. p. 31. *Picus Icterocephalus Mas. Spix Av. Brasil.* t. 54. f. 1. *Picus erythropis. Vieill. N. D.* 26. p. 98.

Foem. adult. Mari similis, nisi occipite gulaque solis coccineis; fronte ac sincipite flavo-subaurantiis.

Rostrum corneo-nigricans, breviusculum, validum; pedes plumbei. Forma et statura *P. Icterocephali*, ei simillimus. Longitudo totalis fere $7\frac{1}{4}$ "', rostri solius a fronte 9 "', caudae $2\frac{3}{4}$ "', tarsi 7 "'. Habitat rarius in *Brasilia*. (*Mus. Monac.*)

54. *P. fasciatus*. Genis albo-nigroque striatis; pileo, loris ac vitta malari albo-marginata coccineis; dorso, alis caudaque unicoloribus fusco-nigris, hactantum albo-terminata; orbitis albis; abdomine albo nigroque striato.

Picus fasciatus. Lath., Gmel.

Rostrum flavido-corneum, pedes nigri. Longitudo totalis 8 "', rostri solius 1 "' (*mens angl.*) Habitat....

Nota. A cl. *Lathamio* ad exemplum musei Londinensis descriptus.

PICUS.

55. *P. rubiginosus*. Non cristatus; fronte pileoque cinerascenti-nigris; occipite puchaque coccineis; regione ophthalmica ac parotica obscure albidis; vitta malari coccineo-mixta gulaque nigricantibus, albo-conspersis; dorso toto, alis extus caudaque supra fulvo-rufescente fuscis, unicoloribus, excepto uropygio magis olivaceo; corpore subtus inferius a gula usque ad crissi finem olivascenti-flavo, numerose ac transversim nigricanti-fusco lineato; remigibus intus nigris limbo flavescente; rectricibus subtus ac eorum scapo nigricantibus, exceptis scapis rectricum lateralium obscure terminatarum flavidis. *Mas adult.*

Picus rubiginosus. Swains.
l. c. n. 3. t. 14.

Foem. adult. Mari similis, vitta malari absque rubedine.

Swains. l. c. t. 14.

Rostrum nigricans; pedes obscure virescentes. Longitudo $8\frac{1}{2}''$ (mens. angl.) Habitat in *Brasilia.* (*Swains.*)

56. *P. flavicollis*. Crista fusco-castanea; capitis lateribus colloque flavis; gula nigra; pectore partibusque inferioribus sordide albis, fusco-radiatis; corpore supra in fundo fusco longitudinaliter sordide albo-maculato; rectricibus fuscis, primariis albis, fusco-maculatis, remigibus fuscis, primariis albo-variis.

Picus flavicollis. Vieill.
N. D. 26. p. 71.

Rostrum fuscum; pedes incarnati. Longitudo tota $8\frac{1}{2}''$. Habitat in *Brasilia.* (*Vieill.*)

57. *P. squamosus*. Capite supra obscure griseo, vitta a naribus infra oculos griseo-occiput et alia malari larga versus gulae latera dactis, nigris; loris, palpebris, temporibus genisque griseo-fuscis; corpore supra viridi, subtus obscure griseo, quavis pluma albo-nigroque macu-

lata, quare squamose apparente. *Adult.*

Juv. Vitta malari plumis nigricantibus albo-conspersis indicata; partibus superioribus rufo-, virescenti et subalbo-variis.

Picus squamosus. Vieill.
N. D. p. 74.

Rostrum nigrum; tarsi fusci. Magnitudo *pici hirundinacei.* Habitat in *Guiana.* (*Vieill.*)

58. *P. maculatus*. Capite supra coccineo, caeterum albo-flavido, pluma quavis nigro-marginata; vitta supra oculos et ultra aures ducta, eas et oculos includente et ad nares protensa alba; collo et corpore supra alternatim nigricanti- et sordide albo-fasciatis; alis fuscis, laete albedo-maculatis; collo antico maculis longitudinalibus albis nigricantibusque, in corpore inferiore ejusdem formae, nisi nigricantibus et pallide flavis; alarum tectricibus inferioribus stramineis, maculis raris nigricantibus notatis.

Le Charpentier tacheté. Az.
Voy. n. 259. *Picus maculatus.*
Vieill. N. D. p. 91.

Rostrum supranigricans, subtus albidum; pedes nigricantes. Longitudo totalis $6''$, caudae $1\frac{3}{4}''$ rostri $8'''$, tarsi $9'''$. Habitat in *Paraguay.* (*Azar.*)

59. *P. Spilogaster*. Non cristatus; collo supra, dorso, alarum tectricibus superioribus omnibus et remigibus extus fuscescenti-olivaceis, nitore non nullo flavido; capitis totius superioris plumis strictis, coccineis, subsericeis; regione parotica olivascente; mento et collo antico longitudinaliter albedo- et obscure olivascenti-variis; corpore inferiore olivaceo-subrufescente, pluma quavis maculis subguttiformibus quatuor albidis; crisso ejusdem coloris, potius fasciato; rectricibus nigricantibus, omnibus fasciis subnumerosis, medio plus minuse interruptis, olivascenti-albidis; remigibus intus nigrican-

PICUS.

tibus, maculis majusculis albis.
Mas adult.

Le Charpentier brun et doré Azar. Voy. n. 258.

Mas juv. Fronte et toto pileo nigris plumula quavis apice medio coccinea; collo postico ac laterali, dorso toto, uropygio scapularibusque laete olivaceo-flavidis, pluma quavis versus apicem laete aureo-flavo undata; regione parotica olivascens; vitta subspiciua ab oculorum cantho postico supremo versus nuchae latera, et alia a naribus infra oculos et ultra aures ducta albidis; mento et collo antico longitudinaliter albido-olivascensque variis; corpore inferiore olivaceo, pluma quavis maculis, subguttiformibus quatuor virescenti-albidis; crisso fasciato; rectricibus remigibusque uti in adulto, nisi secundariis extus olivascens, dilutius subfasciatis; alarum tectricibus superioribus minoribus apice macula subrotunda, albidam notatis, inferioribus albidis, olivascens-maculatis.

Maxilla nigro-plumbea; mandibula coerulescenti-albida; pedes plumbei; irides rubro-nigricantes. Longitudo totalis 6'' 8''' , rostri a fronte 1'' 11''' , alae 3'' 10''' , tarsi 7'' 1/2'' . Habitat in Brasilia et Paraguayae (Collect. d. Sturm.)

Nota. A *pico passerino* maculis corporis inferioribus longitudinalibus primo intus distinguitur, quare cl. *Lichtenstein* (*Catal.* p. 10.) *Azarae Charpent. brun et doré* cum hac ave undique congruentem false ad *picum passerinum* trahit.

60. *P. passerinus.* Non cristatus; capite supra toto coccineo; illo ad latera nec non fronte unicoloribus griseo-rufescentibus; collo supra, dorso, uropygio, scapularibus caudaeque tectricibus superioribus olivaceo-flavicanibus; collo antico et toto corpore subtus alternatim fusco-et albido lineato-fasciatis; alarum

teetricibus inferioribus albidis, ex parte fusco-striatis, earum superioribus minoribus apice macula minuta albidam; remigibus extus dorso concoloribus, intus nigricantibus margine albamaculatis; cauda nigricante fasciis olivascens-albidis, rectricum intermediarum minus numerosis, medio interruptis. *Mas adult.*

Picus passerinus Auctor. Vieill. Ois. de l'Amer. t. 115. (*fig. medio cr.*) *Picus ruficeps.* Spix l. c. t. 56 f. 2. (*fig. bona.*)

Foem. adult. Capite supra nigricante.

Mas juv. Fronte et sincipite olivaceo-nigricantibus, plumis apice macula minuta albidam; occipite supremo coccineo-lavato; nucha aureo-flavida; corporis partibus superioribus et inferioribus uti in adulto, nisi superioribus aureo-flavo undatis, inferioribus lineis olivascensibus.

Picus maculifrons. Spix l. c. t. 56. f. 1.

Rostrum pedesque grisei. Longitudo totalis 6'' , rostri a rictu 10''' , caudae 1'' 10''' , tarsi 7''' ; irides fusco-nigrae. Habitat in Brasilia, Guiana et in Dominicensi insula. (*Mus. Monac.*)

Nota. Nullo modo res est finita si hujusce speciei et sequentis aetatis differentias, ex ptiloseos analogia haustas, recte distinxit; characteribus nempe subtilibus distinguuntur. Observationes aliorum de hisce avibus in earum loco natali ipso factae solummodo meas indicationes confirmare valent.

61. *P. affinis.* Non cristatus; fronte antice capiteque ad latera sorde fusciscentibus, plumis juxta capum dilutioribus; frontis totaeque pilei plumis brevibus, acuminatis, coccineis basi nigris, nuchae longioribus, aureo-lavis, dorso toto, uropygio alarumque tectricibus superioribus omnibus et remigibus extus unicoloribus olivascens-olivaceis; remigibus

intus nigricantibus, maculis ad marginem majusculis, albis, rotundatis, in primariis extus versus apicem parvis, obsolete rufescentibus; reatricibus omnibus fusco-nigris, fasciis subnumeris, albido-olivascensibus, intus nonnihil ad albidum vergentibus, longitudinaliter scapo interruptis; mento ad initium albido; corpore subtus a mento usque ad crissi finem alternatim sordide et obscure olivaceo- et sordide albido lineato-fasciato. *Mas. adult.*

Picus affinis. Swains. l. c. t. 78.

Foem. adult. Capite supra nigricante, plumis albido-terminatis.

Pullus. Toto capite supra olivaceo, occipitis plumis apice dilutioribus; collo postico, dorso alisque extus uti in adulto, parum dilutioribus; alarum tectricibus superioribus in serie duplici obliqua macula rubicunda (aetate maturiore fulvescente)-, caudae superioribus margine flavido terminatis; pictura ptiloseos corporis inferioris illi adulti simili; pectore vix conspicue rubicundo-lavato.

Picus ruficeps. Foem. Spix Av. Bras. t. 56. f. 3.

Rostrum unicolor fuscescens, mandibula apice acutissima, inferius a medio usque ad apicem perascendens; maxilla rectiuscula; irides fuscae; pedes plumbei. Longitudo totalis 6'' 7''' , rostri a fronte 10''' , caudae 2 3/4'' , alae 3'' 7''' , tarsi 7''' . Habitat in Brasilia usque ad flumen Amazonum. (*Mus. Monac.*)

Nota. Maculae tectricum in juvenibus aut subadultis conspicuae fulvescenti-albidae, in adultis evanidae (an in omnibus?) sunt. (Dorsum avis juvenilis lituris dilutioribus maculiformibus variat?) A *pico passerino* simillimo differt characteribus notatis. —

62. *P. rubidicollis.* Non cristatus; fronte, loris, orbitis,

uropygio caudaeque tectricibus superioribus pure albis; gula, collo antico, pectore ventreque sanguineo-rubris, pectoris ventrisque lateribus fuscis, infra alas pallidioribus; capite supra, occipite, regione parotica dorsoque nigris, coeruleo-nitentibus; crisso unicolore griseo; alis caudaeque nigris absque nitore. *Mas. adult.*

Picus rubidicollis. Vieill. Ois. de l'Amer. t. 117. Shaw Gen. Zool. 9. p. 156. Picus portoricensis D a u d. Annal. du Mus. d'hist. nat. 2. p. 285. t. 51. Shaw Misc. 22.

Foem. adult. Mare parum minor, ejusdem ptiloseos pictura, minus nitida, remigibus extus albo-limbatis.

Juv. viril. Corpore antico rubro-fuscoque mixto, lateribus sordide flavidis; partibus superioribus sordide nigris.

Rostrum rectiusculum pedesque nigri. Longitudo totalis 8 1/2'' . Habitat frequens in insula Porto-Rico et St. Dominico. (*Mus. Paris.*)

Nota. Si possibile esset *Picum tricolorum* auctorum ab iis ad figuram Sebanam pessimam descriptum, et, ut videtur, a cl. *Brissonio* ad eandem emessum, serius descriptione pici alia adjecta (*Fernandezii aviculae ligna excavantis*) magis adhuc adumbratum, recte definiendi, fortasse cum hac specie conjungi possit, sed undique dubius, prorsus ex avium indice relegatur.

63. *P. Flavifrons.* Non cristatus; fronte, mento gulaque lacte sericeo flavo-aureis; vertice, occipite, pectore, ventre abdomineque medio coccineis; loris, regione ophthalmica et parotica, dorso, alis caudaeque supra nitide nigerrimis; plumis dorsi medii nonnullis ex parte-, tergo, uropygio maculisque remigum intus ad marginem numerosis, albis; pectore olivascens; lateribus, hypochondriis, femoribus crissoque virescenti-

Ravido-albidis, nigricanti-fasciatis. *Mas adult.*

Le Charpentier à ventre rouge. Azar. Voy. n. 205. *Picus Flavifrons Vieill.* N. D. 26. p. 75. *Spix* Av. Brasil. t. 52. f. 2. *Picus rubriventris.* Vieill. l. c. p. 103. *Pic. coronatus.* Lichtenstein l. c. S. 10.

Foem. adult. Mari simillima, pileo et occipite nigris, fronte flava.

Spix l. c. f. 1.

Rostrum nigrum; pedes plumbei; irides fuscae. Longitudo totalis 8", rostri solius a fronte 10 $\frac{1}{2}$ "", caudae 2 $\frac{3}{4}$ "", tarsi 8 $\frac{1}{4}$ "". Habitat in *Paraguay* et in *Brasilia* familiaris in sylvis magnis, arborum ramis insidens commilitones suos assidue convocans. (*Mus. Berol., Monac., collect. mea.*)

64. *P. hirundinaceus.* Non cristatus; vertice et sincipite, sterni regione ventrequae medio lacte coccineis; vitta supra oculos orta albida, versus occipitis latera ducta ibique sensim flavida et in nucha confluenta aureo-flava; occipite, fronte, genis, mento, collo toto, pectore, dorso, scapularibus. alarumque tectricibus nigerrimis, nitore chalybeo; periophthalmiis nudis, flavidis; uropygio caudaeque tectricibus superioribus albis, illo obsolete nigricanti-subundulato, hisce scapo pallide fuscescente; reetricibus omnibus totis nigris; remigibus fuliginoso-nigris, extus immaculatis, intus margine maculis candidis, quadratis, in primariis a basi ad medium usque, in caeteris ultra hoc positis; hypochondriorum, abdominalis crissique plumis albidis, nigro-fasciolatis. *Mas adult.*

Le petit pic noir. Buff. pl. enl. n. 694. f. 2. (*fig. mediocr.*) *Picus hirundinaceus* Lath., *Gmel.* Var. β et γ .

Foem. adult. Ptilosi maris, capite unicolore nigro.

Picus Rubrifrons F o e m. *Spix* l. c. t. 55. f. 2.

Rostrum rectum, mediocre, totum corneo-nigrum, laeve. Longitudo totalis 7 $\frac{1}{2}$ "", rostri a fronte 11 $\frac{1}{4}$ "", tarsi 8""", alae 4 $\frac{1}{2}$ "", caudae 2 $\frac{3}{4}$ "", altitudo rostri ad basin 3""", ejusdem ambitus in medio 7 $\frac{1}{2}$ "". Habitat in *Brasilia* et in *Cajenna.* (*Mus. Monac.*)

Nota. Haec species, speciebus tribus sequentibus quoad ptiloseos picturam quidem simillima, ab illis nihilo minus autem signis, quamquam tenuibus, attamen constantibus diversa est. Tales eximiae affinitates specierum inter Americae australis, imprimis Brasiliae aves non rae sunt, et natura ibi, respectu illarum picturae se ipsam saepius compilasse, hasce autem picturae repetitiones sibi signis, ut plurimum minutissimis, sed pertinentibus notavisse videtur. — Inter *Lathamii* et *Gmelini* varietates litteris β et γ notatas nullum discrimen observare valui: porro *picus hirundinaceus* *Linnaei* et auctorum, absque varietatibus, nullo modo definiendus est, nam illius descriptio in pictura ab *Albino* data, miserabilissima nixa est, quae potius, exceptis pedibus scansoriis, *Meropis* formam exhibet. — *Latham* trahit *Picum flavipedem Gmelini*, aliter coloratum, ad hanc speciem, sed nimis abrupte descriptus, nec cum *Pico hirundinaceo* conjungi nec facile pro specie propria definiendi potest.

γ . *Rostro (plus minusve conspicue) deorsum inclinato, apice extimo acuminato.*

65. *P. meropirostris.* Non cristatus; *pici hirundinacei* magnitudine *prorsusque* ejusdem ptiloseos pictura, nisi uropygio toto albo, caudae tectricum superiorum scapo albo verticisque rubedine minus extensa; rostro quam in antecedente *multo va-*

PICUS.

lidiore, robusto, meropis illi subsimili, per totam suam longitudinem subarcuato-inclinato, plica supra nares conspicua ad rostri medium usque extensa. *Mas adult.*

Pedes olivacei. Longitudo totalis $7\frac{1}{4}''$, rostri solius a fronte $1''\ 1\frac{1}{4}'''$, alae $4\frac{1}{4}'''$, tarsi $7\frac{1}{4}'''$, caudae $2''\ 7'''$, rostri altitud ad h. sin $4'''$, ambitus in medio $8\frac{1}{2}'''$. Habitat in *Brasilia* ad flumen *Amazonum*. (*Mus. Monac.*)

66. *P. Ischnorhynchos*. Non cristatus; *pico hirundinaceo* minor, *prorsus* ejusdem ptiloseos pictura, nisi rectricibus duabus intermediis margine interno maculis quadratis, albis notatis; rostro gracillimo, laevisimo, acutissimo, unicolore fusciscenti-corneo, maxilla subarcuata, mandibula rectissima, tomis mandibulae et maxillae subintractis. *Mas adult.*

Pedes olivascens. Longitudo totalis $6\frac{3}{4}''$, rostri solius a fronte $6\frac{1}{2}'''$, caudae $2''\ 5'''$, tarsi $7'''$, altitudo rostri ad basin fere $3'''$, ambitus ejusdem in medio $7'''$. Habitat in *Brasilia* ad flumen *Amazonum*. (*Mus. Monac.*)

67. *P. Rubrifrons*. Non cristatus; forma *pici hirundinacei*, eo parum minor, fronte antice et tota caetera ptilosi unicoloribus nitide nigerrimis, nisiincipite et ventre medio coccineis, plumis hypochondriorum crissique sordide albis, nigro-fasciatis, uropygio caudaeque tetricibus superioribus totis albis, rectricibus omnibus intus basi macula alba et remigibus intus margine maculis ejusdem coloris quadratis, albis notatis; alarum tetricibus inferioribus albis, maculis rotundis, nigris, transversim positis; capite ratione corporis parvo; alis longis, cum apice caudae fere finem attingentibus; rostro longiusculo, gracili, rectiusculo, apicem acutum versus percompresso, toto corneo-nigro, basi dilutiore.

Picus Rubrifrons Mas Spi
l. c. t. 55. f. 1. (*fig. bona sed rostro non satis accurato*).

Rectrices 2 intermediae margine interno albo-subvariae; pedes plumbeo-olivascens. Longitudo totalis $6\frac{3}{4}''$, rostri solius a fronte $1''$, alae $4\frac{1}{2}''$, caudae $2\frac{1}{2}''$, tarsi $7'''$, altitudo rostri ad basin $2\frac{3}{4}'''$, apice $1\frac{1}{2}'''$, ejusdem ambitus in medio $7'''$. Habitat in *Brasilia* ad flumen *Amazonum*. (*Mus. Monac.*)

68. *P. Poicilolophos*. Cristae majusculae occipitalis plumis, capitis, colli totius mentique albido-flavidis, subtilissime et numerosissime transversim nigro-lineolatis; pectore et ventre nigris, maculis nonnullis irregulariter positis flavidis, ad latera et in femoribus numerosioribus; dorso supremo et alarum tetricibus nigris flavido-terminatis; dorso infimo ac caudae tetricibus superioribus albo-flavidis, immaculatis; cauda brevi, nigra, fasciis 2-3 subinterruptis; remigibus nigris, intus maculis flavidis ac rotundis; stria malari rubra. *Mas adult.*

Picus tristis Horsf. Catal.
p. 177. *Raffles Transact. of the Lin. Soc.* 13. p. 290. *Picus Poicilolophus Temm. pl. col. t.* 197. f. 1.

Foem. adult. Ptilosi maris absque vitta malari rubra, undulis numerosioribus, strictioribus.

Rostrum inclinatum, nigrum; pedes fuscii. Longitudo totalis $6''$. Habitat in insulis *Java* et *Sumatra* a Javanis *Platuk-Watu* a Sumatranis *Tukki Boreh* nominatus. (*Mus. Paris., Vienne.*, *Lugdun.*)

69. *P. Chlorolophos*. Cauda, alis, collo et corpore supra viridibus; capite crista viridi flavidaque; superciliis et oculis subtus flavido-punctatis; gula et collo antico virescentibus; pectore et partibus posticis dentato viridialboque radiatis; remigibus pri-

marilis extus albo-flavido maculatis. (Juv.?)

Picus Chlorolophus. Vieill.
N. D. T. 26. p. 78.

Rostrum pedesque fusc; statura *pici Erythrocephali*. Habitat in Bengala (*Vieill.*)

70. *P. concretus*. Fronte et nucha sordide flavicantibus; crista verticis et occipitis plicatili maxima, rubro-aurantia; genis et toto corpore subtus subardesiatis, abdomine fasciis nonnullis conspicuis; plumis dorsis, scapularibus alarumque tectricibus nigris, flavido-cinctis; uropygio isabellino. *Mas adult.*

Picus concretus. Temm. pl. col. t. 90. f. 1.

Foem. adult. Mare parum minor, crista minus alta et laxa, corporis partibus inferioribus ardesiatis, dorsis plumis strictius flavido-cinctis; nucha et abdomine uti in mare.

Mas. juv. Crista plumis intermixtis aurantio-rubris et ardesiatis.

Temm. l. c. f. 2.

Truncus perbrevis; collum et imprimis caudabrevissima, haec rotundata, alis fere obiecta, scapis validissimis. Longitudo totalis 5". Habitat in insulis Java, Banda et Sumatra. (*Mus. Lugdunens.*)

Nota. Exemplaria ex insula Sumatra caeteris paulo majora frontem et cristam totam laetissime coccineas, foemina cristam longiorem et laxiorem habent. (*Temm.*)

71. *P. brachyurus*. Unicolor chocoladino-fuscus, dorso, alis et cauda radiis largis, nigris, in ventre et partibus posticis angustioribus; collo et cauda brevissimis; alarum tectricibus magnis fere remigum longitudine; occipitis crista ad nucham dependente.

Picus brachyurus Vieill.
N. D. 26. p. 103.

Rostrum acutum, subarcuatum; *pico majore* paulo minor. Habitat in insulis Sumatra et Java. (*Vieill.*) *Pico concre-*

to, quoad corporis formam quoad ptiloseos picturam *pico rufo* simillimus.

Nota. Huc pertinet, ni fallor, *picus badius Rafflesii* (Descript. Cat. etc. Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 289.) Descriptio a hoc cl. viro data nimis brevis marem exhibere videtur, quod infra oculos hujus avis puncta rubra adsunt. A Sumatranis *Tukki Kalabu* nominatur.

72. *P. rufus*. Non cristatus; rostro pallido; capite toto sordide ochrascente, subtiliter transversim nigricanti-consperso; vitta malari coccinea; pectore indistincte fusco-nigricante, vix undulis ullis; dorso, alis, cauda et toto corpore subtus a mento usque ad crissis finem rufis, densissime nigricante subdentato-fasciolato undulatis; cauda nigricanti-terminata fasciis multis, rectis, nigris. *Mas adult.*

Foem. adult. Mari simillima, absque vitta malari coccinea, parte hac rufa, pectore undulato.

Le Pic roux de Caj. Buff. pl. enl. n. 694. f. 1. *Picus rufus*

Lath. (absq. var. β); *Gmel.*

Pedes plumbei. Longitudo totalis 6". Habitat in Cajenna. (*Mus. Paris.*)

73. *P. undatus*. Capite laevi, macula ab oris rictu infra oculos ad aures usque ducta genasque totas obtegente coccinea, caetera parte ejusdem, alis, cauda et toto corpore supra et subtus unicoloribus saturate aurantio-rufis, ad olivaceum vergentibus, undique transversim nigro-undulatis; alarum fasciis caudaeque latioribus; reatricibus omnibus nigro-terminatis; alarum tectricibus inferioribus bubalinis, immaculatis.

The red-cheeked Woodpecker. Edw. t. 332. Pico undatus Gmel. Pico rufus Var.

β . *Lath.*

Rostrum acutum, subarcuatum, fuscens; pedes cinereo-

PICUS.

nigricantes. Longitudo $9\frac{1}{4}''$. Habitat in *America meridionali*. (*Edw.*)

Nota. Avem hanc, speciei antecedenti simillimam, in diversis museis frustra requirebam. Illa dicta, quoad descriptionem a cl. *Edwardsio* datam, multo major nec non macula genarum coccinea aliter formata diversa, sane pro specie distincta habenda sit.

74. *P. pectoralis*. Capite, nuca et corporis partibus superioribus saturate cinnamomeis seu castaneis, uropygio sensim multo dilutione, nigro-signato; dorso alisque transversim et numerose nigro-lunulatis; pectore fascia larga, nigra, corpore subtus ab ea usque ad crissi pallidioris finem obscure rufo, nigro-maculato; cauda nigra.

Picus pectoralis. *Lath.*

Longitudo totalis $9''$ (*mens. angl.*) Rostrum pallide corneum. Habitat in *Nova-Seelandia*. (*Lath.*)

Nota. Hucusque a nullo zoologorum recentiorum iter in *Nova-Seelandiam* et in *Novam-Hollandiam* facientium ibi pici species nec observata, nec inde translata est, quare mihi *Lathamii* indicatio de hujusce speciei patria facta, suspectissima videtur. Avis *pico undato* simillima sit. — Secundum *ptiloseos* analogiam cum antecedente hunc locum obtineat.

75. *P. cinnamomeus*. Corpore toto unicolore saturate rufo-cinnamomeo, nisi occipitis crista magna, fronte, vertice toto sordide ochraceis, uropygio caudaeque tectricibus superioribus flavis, stria malari coccinea, dorsi plumis et alarum tectricibus nonnullis maculis haud numerosis, parvis, obsoletis, flavicantibus obsitis, femoribus rufo-flavis, alarum tectricibus inferioribus unicoloribus citreo-flavis, caudaeque tota nigra; remigibus intus nigris, fas-

ciolis rufescenti-flavidis. *Mas adult.*

Pic jaune tacheté de Caj. *Buff.* pl. enl. n. 524. *Picus cinnamomeus Auctor. Vieill.* *Ois.* de l'Amer. t. 111.

Rostrum lividum; pedes olivascentes; irides rubrae. Longitudo totalis $11''$, alae $5'' 8'''$, caudae $4'' 1'''$, tarsi $11'''$, rostri a rictu $13'''$. Habitat in *Guiana, Surinamo* et (secund. cl. *Vieillotium*) in *America septentrionali* ad *Carolinam* usque. (*Mus. Erlang., d. Sturm.*)

76. *P. Jumana*. Occipitis crista, capite, collo, dorso alis et toto corpore subtus a menti initio usque ad crissi finem unicoloribus saturate rufo-cinnamomeis, nisi femoribus, alarum flexura tectricibusque alarum inferioribus flavidis, hypocondriis, tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus ochraceis, vitta malari coccinea, cauda unicolore nigra, remigibus fuliginoso-nigris, extus immaculatis, primariis intus a basi ultra medium, secundariis ibi totis fasciis rufescenti-ochraceis. *Mas adult.*

Picus Jumana. Spix *Av. Brasil.* t. 47. (*fig. sinistra.*)

Foem. adult. Mari simillima, absque vitta malari coccinea.

Spix. l. c. (*fig. dextr.*)

Rostrum flavido-albidum, basi cyanescens, culmine acutum, inclinatum; irides fuscae. Longitudo totalis $11'' 5'''$, rostri a fronte $1'' 11\frac{1}{2}'''$, caudae $4\frac{1}{2}''$, tarsi $10'''$. Forma *pici flavicantis*. Habitat in *Brasilia* ad flumen *Amazonum*. (*Mus. Monac.*)

Nota. A specie antecedente crista et capite supra totis cinnamomeis etc. facile distinguitur. — Vidi exemplum virile, uropygio virescenti tinctum, caeterum nullo alio caractere diversum. — *Hollandre* (*Abregé d'hist. nat.* 3. p. 404. b.) describit sub nomine: „*Pic roux rayé de Caj.*“ pici speciem, huicce, quoad colorem universalem,

vittam malarem coccineam, *cristae* formam nec non corporis magnitudinem simillimam, sed in eo diversam quod corpus transversim nigricanti-undulatum habeat. Species nova esse videtur, nam *cristam* gerens etiam a *pico undato*, aequo modo simillimo, discrepat.

77. *P. scutatus*. *Crista*, capite toto, gula, cervice corporeque inferius a pectore usque ad crissi finem pallide aurantio-ochraceis, unicoloribus; collo antico et pectore nigerrimis; dorso toto alisque supra saturate et lacte cinnamomeis; remigibus caudae nigro-terminata rufis, numerose nigro-fasciatis; vitta malari sanguineo-rubra. *Mas adult.*

Foem. adult. Mari simillima absque vitta malari rubra.

Pic. à cravate noire. Buff. pl. enl. n. 863. *Picus multicolor Auctor.*

Rostrum nigricans, subtus dilutius, vix subarcuatum; pedes grisei. Longitudo circiter 11''; forma *pici flavescens*. Habitat in *Cajenna* et *Guiana*. (*Mus. Paris.*)

78. *P. flavicans*. *Cristae* occipitalis plumis latiusculis, capite toto - excepta vitta malari coccinea - collo, dorso, scapularibus, remigibus dorso proximis, uropygio, caudae tectricibus superioribus et toto corpore subtus a menti initio usque ad crissi finem unicoloribus stramineo-ochraceis, plumis omnibus apice rotundatis; alis, earum tectricibus superioribus terreo-fuscescentibus, tectricibus omnibus pallide flavo-cinctis; remigibus terreo-fuscis, margine interno a basi usque ad medium ochrascentibus; cauda fusco-nigricante, unicolore. *Mas adult.*

Le Pic jaune de Caj. Buff. pl. enl. n. 509. *Picus exalbidus Gmel.* *Picus flavicans Lath.*

Foem. adult. Mari simillima, absque vitta malari coccinea.

Picus flavicans Spix l. c. t. 51. f. 2.

Rostrum albo-flavum, basi fuscescens, culmine acutissimo et maxilla subarcuata; pedes grisei; irides fuscae. Longitudo totalis 10 $\frac{1}{4}$ '', rostri solius a fronte 1'', tarsi 10 $\frac{1}{2}$ '', caudae 3 $\frac{3}{4}$ ''. Habitat in *Cajenna* et in *Brasilia* usque ad flumen Amazonum. (*Mus. Paris., Monac.*)

79. *P. flavescens*. *Crista* capitatis, imprimis occipitis, maxima, e plumis longissimis, latiusculis, fluitantibus composita, capite toto cum mento, femoribus, uropygio alarumque tectricibus inferioribus unicoloribus lacte ochraceo-flavis; vitta malari larga, coccinea; corpore subtus inferius a mento usque ad crissi finem unicolore nigro; hypochondriorum plumis nonnullis, colli postici, dorsi totius, scapularibus alisque extus totis in fundo nigerrimo fasciis largiuscule distantibus ochraceo-flavis; cauda tota et ejusdem tectricibus superioribus unicoloribus nigris, rectrice utrinque extima parva, maculis nonnullis parvis, flavis; remigibus intus nigris, maculis transversis, subquadratis, flavis. *Mas adult.*

Le Pic varié huppé d'Amérique. *Brisson*. 4. n. 12. *Picus flavescens Spix l. c. t. 49. f. 1.*

Foem. adult. Ptilosi maris, vitta malari coccinea nulla, hac striolis nigricantibus indicata; tectricibus (exemplarium nonnullorum) omnibus, exceptis duabus intermediis, intus flavescenti-subfasciolatis.

Picus flavescens Auctor. — *Spix l. c. t. 49. f. 2.* *Charpentier à huppe couleur de paille.* *Azar.* Voy. n. 251.

Maxilla nigricans, mandibula virescenti-flavicans; pedes virescentes. Longitudo totalis 10 $\frac{1}{4}$ '', rostri solius a fronte 1'' 2''', caudae 4''', tarsi 11''', alae 5 $\frac{3}{4}$ '', digiti antici externi (excepto ungue) 1'' $\frac{1}{2}$ ''. Habitat frequens in *Brasilia*. (*Mus. Paris., Berol., Monac., collect. mea.*)

PICUS.

80. *P. ochraceus*. Capitis crista magna, dependente, e plumis longis, latiusculis composita, mento, gula, capite ad latera parum nigricanti-variolo, collo postico, alarum tectricibus inferioribus, femoribus ac uropygio ochraceo-subrufescentibus; vitta malari coccinea; corpore subtus inferius a gula usque ad crissi finem fuliginoso-nigro, plumis subtilissime rufescente marginato-terminatis; reetricibus totis nigris, extima parva intus fasciis duabus obliquis, rufescentibus; dorso, remigibus illi proximis alarumque tectricibus superioribus omnibus rufescenti-ochraceis, plumis dorsi medii tectricibusque basin versus nigris, illis apice macula nigra, subguttiformi, hisce ibidem macula largâ, ejuſdem coloris, cor chartae lusoriæ æmulante signatis; remigibus nigricantibus, primariis intus a basi usque ad medium rufescentibus, secundariis large rufescentibus. *Mas adult.*

Picus ochraceus Spix l. c. t. 51. f. 1.

Fœm. adult. Vitta malari coccinea nulla.

Rostrum plumbeo-nigricans; pedes virescenti-nigricantes; irides flavæ. Longitudo totalis $9\frac{1}{4}$ - $9\frac{1}{2}$ " , rostri solius a fronte 1" , caudæ 3" $\frac{1}{4}$ " , tarsi $3\frac{1}{2}$ " , alæ 5" $\frac{1}{2}$ " , digiti externi, excepto ungue $9\frac{1}{2}$ " . Habitat in *Brasilia* ad flumen Amazonum. (*Mus. Monac.*)

Nota. *Pico flavescenti* similis, ab eo autem præter staturam parum minorem, colorum distributione dorsi non fasciati sed maculati, diversus. Exemplaria 2 musei nostri omnibus characteribus avis adultæ prædita sunt.

81. *P. candidus*. Non cristatus; capite toto, uropygio, caudæ tectricibus superioribus et toto corpore subtus a menti initio usque ad crissi finem unicoloribus candidis, nisi vitta angusta pone ab auribus versus nuchæ

latera ducta nigra, macula occipitis abdomineque medio virescenti-sulphurascentibus; dorso, scapularibus alisque totis cum omnibus remigibus unicoloribus fuliginoso-nigris; reetricibus a basi ad medium fere albis, inde nigris, lateralibus extus in fundo nigro albo-guttatis, intus versus apicem albis, fasciis nonnullis irregularibus nigris. *Mas adult.*

Le Pic noir et blanc de Caj. Hollande Abregé d'hist. nat. T. 3. p. 404. a. *Picus candidus* Otto in *Buff.* Uebers. 12. T. 23. p. 251. *Charpentier noir et blanc.* *Azar.* n. 254. *Picus Dominicanus* Vieill. N. D. 26. p. 72. *Lichtenst., Spix* l. c. t. 50. f. 2. *Picus melanopterus.* Prinz v. *Neuwied* Reise nach Brasil. 1. S. 165.

Fœm. adult. Mari simillima, fasciola occipitali nulla, macula abdominis sulphurascentem minus extensa.

Picus bicolor Swains. l. c. n. 7. t. 38. — *Spix* l. c. t. 50. f. 1.

Rostrum subinclinatum, fusco-nigrum; pedes virescentes; alæ longæ; irides albæ; regio ophthalmica nuda, flavæ. Longitudo totalis $10\frac{1}{2}$ " , rostri solius a fronte $1\frac{1}{3}$ " , caudæ $4\frac{1}{4}$ " , alæ acutæ 6" , tarsi $10\frac{1}{4}$ " . Habitat per familias in *Paraguayæ*, *Brasiliæ* et *Cajennæ* locis arboribus solitariis, imprimis palmis, obsitis, sæpissime in habitaculorum vicinitate, eorum tectis et arborum ramis adhaerens, sed rarissime scandens; voce rauca perclamosus; victitat imprimis vespis earumque larvis, racemis ac fructibus citri. (*Mus. Princ. de Neovid., Paris., Berol., Monac.*)

Nota. Species hæc a *Hollande* jam dudum optime descripta, nihilo minus ab omnibus auctoribus recentioribus pro nova indicata est.

82. *P. torquatus*. Non cristatus; fronte ex parte, facie tota cum genis, pectore infimo, ventre et abdomine medio coccineis; sim

capite, occipite toto, dorso, uropygio, alis et cauda totis nigris, nitore aeneo-virescente; collo antico, postici fascia largissima et pectore supremo albo-griseiscentibus; remigibus et rectricibus nigris totis immaculatis.

Adult.

Picus torquatus Wils. l. c. 3. p. 31. t. 20. f. 3. Vieill. N. D. 26. p. 80.

Rostrum subinclinatum, nigrum; pedes virescenti-nigri. Longitudo totalis $10\frac{3}{4}$ ". Habitat rarissimus in *America septentrionali* et in *Carolina australi*; foemina a mare quoad ptiloseos picturam haud differre videtur. (*Collect. d. Fl. Prévost Paris.*)

83. *P. campestris*. Fronte, vertice, occipite, mento gulaque nigerrimis; collo antico infimo, laterali ac postico, loris ac regione periophthalmica laete aureo-flavis; vitta malari nigra, canescenti-subconspersa obscureque coccineo adumbrata; toto corpore subtus albido, flavido-lavato, fasciis numerosis, interruptis, nigricanti-fuscis, lunulato-subangulosis; nucha, dorso alisque terreo-fuscis, fasciis numerosis sordide subochraceis; uropygio infimo albo; remigibus scapo aureo, nigricantibus, margine interno a basi ad medium usque sinuato-albidis, extus a basi ad medium usque maculis parvis ochrascentibus; alarum tectricibus inferioribus flavidis; rectricibus totis nigris, duabus intermediis et extrema utrinque margine externo flavido-variolosis; pilei occipitisque plumis longiusculis, laxis. *Mas adult.*

Picus campestris. *Lichtenstein* Berl. Vög. Verz. S. 10.

Foem. adult. Mari simillima, loris et periophthalmicis albidis, malis nigris, albido-variolosis, haud coccineo adumbratis.

Charpentier des champs Az. Voy. n. 253. *Pic. campestris*. *Vieill.* N. D. 26. p. 101. — *Spir* l. c. t. 46.

Rostrum corneo-nigricans, inclinatum; pedes coeruleo-virescentes; irides nigro-rubicundae. Longitudo totalis $12\frac{3}{4}$ ", alae 6", caudae 4" 10", tarsi 1" 2", rostri a rictu $1\frac{1}{4}$ ". Habitat per familias aut per paria in *Paraguayae* et *Brasiliae* campis sylvaticis; non scandens sub arborum cortice, aut in yis campestribus insecta e stercore mulorum investigans, voce gridula et forte assidue clamans et iter facientes concomitans; nidificat in foveis murorum, Terrae aut fluviorum riparum, ova 2-4 candidissima pariens. (*Mus. Berol., Monac., d. Sturm.*)

84. *P. auratus*. Non cristatus; capite supra toto colloque postico pure cinereis, nisi fascia occipitis coccinea; capite ad latera, collo laterali et toto antico rufo-vinaceis; fascia pectorali larga et vitta malari angusta, sensim latiore, nigerrimis; dorso, alarum tectricibus omnibus, remigibus secundariis extus scapularibusque subrufescenti-cinereis, nigro-fasciolatis; corpore inferiore subtus a pectore usque ad crissum albo, rufescenti-subvinaceo lavato, guttis numerosis nigerrimis oblecto; uropygio et caudae rectricibus supra nigris his subtus laete aureo-flavis, apice nigris, omnibus scapo aureo-flavo nisi duabus intermediis scapo fusco; remigibus nigris subtus cum scapo toto aureo-flavis. *Mas adult.*

Pic rayé de Canada. *Buff.* pl. enl. n. 693. *Picus auratus* *Auctor.*, *Vieill.* Ois. de l'Amér. t. 123. *Wils.* l. c. p. 45. t. 3. f. 1.

Foem. adult. Mari simillima, absque vitta malari nigra.

Juv. Fascia pectorali et vitta malari nigris-, fascia occipitali coccinea-maculisque corporis inferioris deficientibus; corpore supra sordide griseo, subtus pallidiore; rectricum remigumque flavedine adutorum.

Rostrum corneo-nigrum, gracile, inclinatum; pedes coeruleo-virescentes; irides avellanae. Lon-

gitudo totalis 11¹/₄''' , rostri so-
lius a fronte 16¹/₂''' , alae 5¹/₈''' ,
caudae 4¹/₂''' , tarsi 1''' . Habitat
in *America septentrionali* a si-
nu Hudsonis ad *Georgiam* us-
que, etiam in regionibus cauri-
nis ejusdem terrae, in sinu Hud-
sonis migratorius; parit in ar-
borum cavis ova 4-6 alba, sub-
pellucida; cutis ventralis et
pectoralis a nonnullis incolis
ad vestium ornamenta adhibita.
(*Mus. Paris., Monac.*)

85. *P. Lathamii*. Non cristatus;
corpore supra fusco, subtus vi-
naceo ibique maculis rotundis
nigris signato; *vitta malari coc-
cinea*; alarum tectricibus inferi-
oribus pallide rubris; *remi-
gum reetricumque scapis rub-
ris*; cauda nigra.

Picus cafer. Lath., Gmel.

Rostrum, fuscum *pici aurati*,
potius incurvatum. *Pico auro-*
to valde similis, eo autem mi-
nor. Habitat ad *caput bonae
spei*.

Nota. Habita ratione descrip-
tionis a cl. *Lathamio* de hac
ave ad exemplaria 2 musei Le-
veriani factae, ea sane speci-
em distinctam constituere at-
tamen ejusdem patriae indica-
tio suspecta mihi videtur. Cl.
Vieillot conjungit *Picem
Lathamii* cum *Levaillantii
Pic promepic* qui species
quaedam est e genere *Bucco*.

86. *P. Arator*. Non cristatus;
capite toto, collo postico ac la-
terali, dorso toto, alarum cau-
daeque tectricibus superioribus
fusco-olivaceis, subtiliter fusco-
maculatis et quasi vermicu-
latis; alis caudaeque fusco-oli-
vascentibus, numerosissime ful-
vo undulato-fasciolatis; mento,
gula ac collo antico albis; pec-
tore ex albo sensim rubro, ster-
no uropygioque coccineis; late-
ribus, femoribus, abdomine cris-
soque fusco-fulvo rubicundis.
Mas adult.

*Picus olivaceus Auctor. Le-
Pic laboureur. Levaill. l. c.*

p. 20. t. 254. *Picus Arator.*
Cuv. Regn. an.

Foem. adult. Mare parum mi-
nor, ii simillima, ptilosi mi-
nus nitida ac saturata.

Juv. Corpore supra unicolore
griseo-cinerascente, subtus to-
to albedo, vix conspicue rubi-
cundo; uropygio pallide rubro;
iridibus griseis.

*Levaill. l. c. t. 255. (fal-
se sub nomine foeminae
indicatus.)*

Rostrum *pici aurati*, nigrum;
pedes fuscis; irides flammeae.
Longitudo totalis circiter 10''.
Habitat in *Africa meridionali*,
ad *caput bonae spei*, locis mon-
tosis, aridis, assidue in humo,
nunquam in arboribus insecta
eorumque larvas investigans;
non scandit et rarissime arbo-
rum ramis humilibus insidet;
nidificat in rupium cavernis, foe-
mina ova 5-8 rufescentia ponens,
quae mas et foemina alternatim
excludunt. (*Mus. Paris*)

87. *P. guttulatus*. Non cristatus;
pico melanochloro simili-
s, eo multo minor; fronte
et vertice nigerrimis; occipite
vittaque malari coccineis; ca-
pite ad latera unicolore albo;
mento et collo supremo antico
albis, medio longitudinaliter
nigris; plumis colli antici infi-
mi versus apicem subconspicue
rubicundo-tinctis; corpore sub-
tus inferius a collo usque ad
crissi finem olivascenti-flavido,
pectore parum obscuriore, plu-
ma quavis apice *puncto nigro*,
unico signata; dorso toto, ala-
rum tectricibus omnibus, sca-
pularibus remigibusque secun-
dariis *olivascentibus*, transver-
sim nigro-lineatis; scapis remi-
gum et reetricum 2 utrinque la-
teralium aureo-flavis; remigi-
bus primariis intus unicolori-
bus nigricantibus, secundariis
intus in fundo nigricante vix
conspicue obscuris fasciatis,
cunibus extus olivaceis, fascio-
lis nigris; reetricum pictura *pi-
ci melanochlori*; uropygii infi-
mi plumis caudaeque tectrici-
bus superioribus fulvescentibus,

earum quavis macula minuta nigra, cordiformi notata. *Mas adult.*

Picus guttatus Spix l. c. t. 53. f. 1.

Foem. adult. Ptilosi maris, absque vitta malari coccinea.

Petit pic rayé de Caj. Buff. pl. enl. n. 613. *Picus cajennensis Auctor.*

Rostrum validum, maxilla perinclinata, corneo-nigricans; pedes grisei; ungues fusciscentes. Longitudo totalis 8 $\frac{1}{2}$ "', rostri solius a fronte fere 1"', caudae 2 $\frac{1}{2}$ "', tarsi 8"', alae 4"'. Habitat in *Cajenna* et *Brasilia*. (*Mus-Paris., Monac.*)

88. *P. dimidiatus.* Non cristatus; pileo occipiteque coccineis, pluma quavis basi argentino-grisea, vitta malari nigra, canescenti-conspersa; capite ad latera canescente; loris mentoque albido-ochrascentibus; gula sensim, collo toto et pectore ex parte virescenti-ochrascentibus; dorso toto, scapularibus, uropygio, caudae tectricibus superioribus olivascenti-viridibus; alis extus magis aurescenti-olivaceis; corporis inferioris plumis subtus a pectore usque ad crissum saturate olivaceo-viridibus, harum quavis medio longitudinaliter et utrinque ad marginem alba, quare vittatis; crissi plumis nigricantibus ejusdem picturae; alarum tectricibus inferioribus albo-flavidis, nigricanti dentato-fasciolatis; remigibus nigricantibus, extus maculis parvis ochrascentibus, intus a basi ultra medium ad marginem majoribus albis; cauda tota nigra, reetricibus lateraliibus obsoletissime, vix conspicue dilutius undatis. *Mas adult.*

Picus affinis. Raffles. *Picus dimidiatus. Tem.* in *Mus.* Lugd. et Paris. *Picus vittatus. Vieill.* N. D. 26. p. 91.

Foem. adult. Mari simillima, nisi fronte, vertice et occipite totis nigris, pluma ibi quavis basi canescente.

Rostrum subarcuatum, corneo-nigrum, subtus, excepto api-

ce, flavidum; pedes griseo-virescentes; cauda longiuscula. Longitudo totalis 11 $\frac{1}{4}$ "', caudae 4 $\frac{3}{4}$ "', rostri a fronte 1 $\frac{3}{2}$ "', tarsi 11"'. Habitat in insulis *Sumatra* et *Java* a Sumatranis *Tukki Bawang* nominatus. (*Mus. Lugd., Paris., Monac.*)

Nota. *Picum affinem Rafflesii* huc pertinere ejusdem cl. auctoris hujus avis descriptio universalis docet, quae in eo tantum differt, quod corpus subtus cinereum aut subferugineum, in abdomine fusco-mixtum indicetur; talem corporis picturam in nullo specimine observavi. (An avis juvenilis?) Ab eodem auctore cum *pico viridi* comparatur. (*Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 288.*)

89. *P. gularis.* Alarum tectricibus superioribus remigibusque secundariis extus totis, primariis ibidem vix sanguineo-rubris; collo antico infimo ac laterali pectoreque cinnamomeis; mento gulaque nigris, albo-varioloris; occipitis crista supra olivacea, ad latera cinnamomea, infra flava; fronte, vertice toto, regione aurium, dorso, tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus, scapularibus, remigibus dorso proximis et toto corpore subtus inferius a pectore usque ad crissi finem unicoloribus olivaceo-viridibus; fronte vix conspicue albido-vernificulata; alarum tectricibus inferioribus viridibus, rufo-fasciolatis; remigibus nigris, maculis intus et extus majusculis, subrotundis, rufis; cauda tota unicolore nigra. *Mas adult.*

Picus gularis Temm. in *Mus.* Lugd. et Paris.

Foem. adult. Mari simillima, mento, capitis lateribus ac fronte cinnamomeis, macula gulae nigra albo-striolata.

Rostrum coerulecenti-nigricans, maxilla subinclinata. Longitudo totalis 10 $\frac{1}{2}$ "', rostri solius a fronte 1 $\frac{1}{4}$ "', tarsi 11"', caudae 4 $\frac{1}{4}$ "'. Habitat frequens in

PICUS.

insula Java. (Mus. Paris., Lugd., Monac.)

Nota. Num mea sexus distinctio vera sit, non certe affirmem, nam avis fortasse sub nomine *foeminae adultae* indicata *marem* aut *juvenent* exhibet.

90. *P. obscurus.* Sordide viridis, vertice parum griseo-maculato; uropygio coccineo; remigibus reatricibusque nigricantibus. *Juv.* aut *Foem.*

Le pic verd de l'isle de Luçon Sonner. t. 36. *Picus manillensis Auctor.*

Rostrum subinclinatum pedesque nigricantes; *Pico Peralaimo* minor. Habitat in insula Luçon. (*Sonnerat.*)

91. *P. Cardinalis.* Frontis plumis anticis griseo-virescentibus; pileo ac occipite coccineis; vitta utrinque ab oculis versus collum alba; dorso alarumque tectricibus nigris, plumis colli superioris ac dorsi margine-, tectricibus alarum maculis albis; remigibus reatricibusque nigris rhachi aureo-flava, primariis margine flavo-maculatis, secundariis albo-fasciatis; gutture, pectore ventriqueque albis, maculis longitudinalibus nigris.

Le pic Cardinal de l'isle de Luçon Sonner. Voy. p. 72. t. 35. *Picus Cardinalis Auctor.*

Pedes et rostrum nigricantes; magnitudo *Pici viridis.* Habitat in insula Luzonia. (*Sonner.*)

Nota. Avem hanc in natura nondum vidi, quare nescio num huc ponenda sit. Icon citata miserabilis monstrat caudam maculatam. Cl. *Vieillot* (N. D. 26. p. 77.) conjungit cum hac specie avem ab eo in museo Parisiensi observatam, quae, ibidem a me non visa, verisimile speciem propriam format. Ab illo sic describitur: Occipite coccineo; partibus capituli caeteris et corporis superioribus nig-

ris; capite ad latera vittis duabus albis, tertia nigra intermedia; gula et collo transversim albo-nigroque radiatis, partibus omnibus inferioribus nigris, pectore et ventre maculis longitudinalibus albis. Magnitudo circiter *Pici viridis.* De colore rhachium in remigibus ac reatricibus non fit mentio. (*P. strigicollis m.* si avis haec sane differt!)

92. *P. Palalaca.* Fronte, crista ac toto pileo coccineo-rubris; alis et dorso toto in fundo aureo-olivascence coccineo lavatis; capite ad latera unicolore albo-rufescente; corpore inferius a mento usque ad crissam finem albo-rufescente, pluma quavis nigricanti-cincta; quare toto squamoso apparente; reatricibus unicoloribus cinerascenti-olivascensibus. *Mas adult.*

Juv. Partibus omnibus corporis superioribus olivaceis, subaut vix coccineo-lavatis, uropygio subcoccineo; capite cristato, supra toto corporis inferioris pictura adulti.

Grand pic de Luçon Sonner. Voy. t. 37. *Pic verd tacheté des Philip. Buff.* pl. enl. n. 691. *Picus bengalensis var. γ Gmel.* *Picus Philippinarum Lath.*

Rostrum nigrum, subtus medio parum viridi-flavidum; pedes rubicundo-fusci. Magnitudo *P. viridis,* eodem gracilior. Habitat in insulis Philippinis. (*Mus. Paris.*)

93. *P. Peralaimus.* Genis gulaeque albis lineis quinque longitudinalibus rectis, angustis, nigris, gulae intermedia apice divaricata; capite ad latera colloque postico pure albis, excepta vitta latissima ab oculorum cautho postico versus colli cervicisque latera ducta fuliginoso-nigra; stria a frontis lateribus supra oculos versus occipitis latera ducta nigricante, prope frontem fusciscente; fronte medio, pileo toto, occipite crista-

PICUS.

to, tergo infimo ac uropygio coccineis; dorso, scapularibus tectricibusque laetissime ex aureo aurantio-flavis, remigibus secundariis extus olivascenti-aureo-flavis, primariis extus totis fuliginoso-nigricantibus, omnibus intus in eodem fundo maculis magnis circularibus albis; corpore subtus inferius a lineae gulari usque ad crissi finem albo, pluma quavis nigro-cincta; cauda ejusque tectricibus superioribus unicoloribus nigris; alarum margine fuliginoso. *Mas adult.*

Le pic verd de Goa Buff. pl. enl. n. 696. (*fig. vitiosa.*) *Picus goensis Auctor.* (*Descript. manca.*) *Picus strictus Horsf.* Transact. of the Linu. Soc. p. 176. n. 5.

Foem. Pileo aurantio. (*Horsfield.*)

Rostrum e nigricanti-corneo plumbeum; regio circa oculos nuda; pedes olivascenti-plumbei. Longitudo totalis $10\frac{1}{2}''$, rostri ab oris angulo $1'' 11\frac{1}{4}'''$, alae $5\frac{3}{4}''$, caudae $3\frac{3}{4}''$. Habitat in *Malabaria, Goa, Java.* (♂ in *Mus. Paris.* et *Monac.*)

94. *P. nuchalis.* Collo postico nigerrimo; gula et collo antico nigris, plumis albido-signatis; capite ad latera albo, vitta nigra utrinque pone oculos orta lata versus colli latera ducta nigra; occipitis crista longiuscula, vertice et fronte coccineis (ultimo dictis interdum nigro-variegatis); dorso supremo laete ex aureo aurantio-flavo, tergo, uropygio, scapularibus remigibusque dorso proximis laete olivascenti-viridibus, uropygio parum obscuriore; corpore subtus inferius a collo usque ad crissi finem albo, pluma quavis alarumque tectricibus inferioribus nigro-cinctis; remigibus primariis nigris in utroque latere maculis albidis, excepta prima absque iis; cauda tota nigra; alarum tectricibus superioribus minoribus obscure nigris, maculis cordatis flavido-albis. *Mas adult.*

Picus capitis bonae spei Briss. Av. 4. p. 78. t. 6. f. 1. (*Descript. compl.*) *Picus aurantius Gmel.* (*Descript. vitiosissim.*) *Lath.*

Foem. Mari simillima, exceptis fronte et sincipite nigris, albo-variegatis.

The spotted indian Woodpecker Edw. t. 182. *Pic verd de Bengal. Buff.* pl. enl. n. 695. *Picus bengalensis Auctor.* (*exclusis varietatib. β et γ.*) *Picus psarodes* (sola foeminae descriptio) *Lichtenst.* Hamb. Cat. p. 18. n. 189., *Bechst.* in *Lath.* Uebers.

Rostrum obscure plumbeum; pedes plumbei. Longitudo totalis $10\frac{1}{4}''$, rostri ab oris angulo $1'' 7'''$, caudae $3\frac{1}{2}''$. Habitat in *Bengala* et in *Java* insula. (*Mus. Paris.*)

95. *P. Haematribon.* Plumis frontis, verticis et cristae occipitalis dense positae, latiusculis nec non colli totius ac pectoris in fundo olivascens maculis numerosis albis, formam cordis chartae lusoriae imitantibus, nigro-marginatis, cristae et capitis magis rotundis; corpore inferiore subtus a pectore usque ad crissi finem sordide fusciscenti-albido, transversim obscurius lineato; cauda unicolore olivascenti-nigricante; dorso toto alisque supra sanguineo-rubris. *Adult.*

Rostrum nigrum; pedes rubicundo-fusciscentes. Magnitudo et forma *Pici Palalaca.* Habitat in *India?* (*Mus. Paris.*)

96. *P. puniceus.* Cristatus; pileo alisque puniceis; dorso ac uropygio viridi-olivaceis, dorso infimo in flavum vergente; corpore subtus saturate fusco, dilutius transversim undulato, pectore et abdomine ad latera virescenti-tinctis; remigibus duabus externis, caeteris apice fuscis, omnibus intus fuscis, albo-maculatis; cauda nigra. *Adult.*

Picus puniceus Horsf. Ar-rang. etc. Transact. of the

PICUS.

Linn. Soc. 13. p. 176. n. 3.
Raffles eod. loc. p. 289.

Rostrum coerulescenti-nigrum (maxilla inferior sec. *Horsfieldium* flava); pedes cinerei. Longitudo totalis 8 $\frac{1}{2}$ '''. Habitat in insulis *Sumatra* et *Java*, a Sumatranis *Tukki Bajukarab* nominatus. (*Horsf.*, *Raffl.*)

97. *P. sanguineus*. Corpore supra nigricante, subtus nigro, griseo-undulato; dorso, tectricibus alarum et uropygio, item maris vertice et occipite carthami tinctorii colore adpersis.

Picus sanguineus *Lichtenst.* Catal. Hamb. p. 17. n. 184. *Bechst.* in *Lath.* Uebers. S. 157. n. 59. *Meyer* Zool. Annal. 1. p. 146.

Longitudo 6'''. Habitat in *America*. *Lichtenst.*

Nota. Haec avis a me nondum visa alium forsitan locum in *Pici* genere obtinere debet.

98. *P. miniatus*. Pileo et occipitis crista larga ad nucham mediam usque protensa, alis extus totis dorsoque sanguineo-rubris; plumulis nonnullis sub occipitis crista flavidis; toto capite ad latera in fundo unicolore fuscescente rubicundo-tincto; mento et gula subrufo-fuscescentibus; corpore inferius a collo usque ad crissi finem albidofuscescente, arctissime et transversim fusco-vermiculato; uropygio sulphurascenti-virescente, plumis medium versus obscurius undulatis; caudae tectricibus superioribus virescenti-nigricantibus, apice maculis nonnullis ochrascentibus; remigibus intus fusco-nigricantibus et a basi usque ultra medium, primariis extus quoque, sed apicem versus tantum, rufescenti-maculatis; cauda unicolore nigra. *Adult.*

Picus miniatus *Forst.* Ind. Zoolog. p. 14. t. 4. et *Auctor.* *Picus malaccensis* *Lath.* *Pic. rubescens* *Vieill.* N. D. 27. p. 90.

Rostrum acutum, basi latiusculum, supra corneo-nigrum,

subtus basi plumbeum, apicem versus flavido-virescens; irides rubrae; pedes olivaceo-fuscescentes. Longitudo totalis fere 10 $\frac{1}{4}$ ''', rostri solius a fronte 11'', caudae 3 $\frac{1}{2}$ ''', tarsi 8 $\frac{1}{2}$ '''. Habitat in sylvis montosis insularum *Java*, *Sumatra* et *Malacca* a Javanis *Platuk* nominatus. (*Mus. Paris.*, *Lugd.*, *Monac.*)

99. *P. neglectus*. Digito postico interno unguiculato minutissimo; frontis, verticis occipitisque plumis acuminatis, dorsi supremi, alarum tectricibus remigibusque secundariis omnibus supra sanguineo-coccineis; plumis frontis ac verticis basi nigris, occipitis elongatis; mento et gula nigris, transversim albo-undulatis; vitta superius pone oculos orta ad occipitis, et altera ab oris angulo infra oculos ad colli latera ducta, albis, tertia intermedia, largiuscula, nigra; alarum tectricibus minoribus versus apicem maculis nonnullis minutis, rubicundo-albis, subcordatis; plumis corporis inferius a collo usque ad crissum albis, longitudinaliter nigromarginatis, crissi albis margine et fasciis duabus nigris; cauda tota nigra; remigibus et uropygio fusco-nigris, illis intus maculis largiuscule inter se distantibus rotundis, albis, primariis extus ocellis nonnullis albidis. *Mas adult.*

Foem. adult. Mari simillima sed fronte et vertice nigris, plumis apice albo-perlatis; crista occipitis coccinea.

Der ceylonische Specht Kerella. Naturforsch. N. 13. t. 4. (*fig. mala.*) *Picus bengalensis* *Lath.*, *Gmel.* Var. β . *Picus Erythronotus* *Vieill.* N. D. p. 73.

Rostrum corneo-nigricans, inclinatum; pedes virescentes. Longitudo totalis 10'', rostri solius ab oris angulo 17''', caudae 3 $\frac{3}{4}$ ''', tarsi 9 $\frac{1}{2}$ ''', digiti postici interni cum ungue 1 $\frac{1}{4}$ '''. Habitat in insulis *Ceylon* et *Java*. (*Mus. Paris.*, *Monac.*)

PICUS.

Nota. Picus psarodes Mas, a cl. *Lichtensteinio* in Catalogo Hamburgensi (p. 189.) descriptus sane huic speciei peraffinis esse videtur, et ab ea praeter magnitudinem (12^l) et remiges *rectrices*que nigras albo-guttatas nullo alio modo

differt. In descriptione a cl. *Lichtensteinio* de hac ave data digitus internus minutus haud tangitur. Avis, eodem loco, pro hujusce *foemina* habita, *Pici nuchalis* foeminam exhibet. —

B. *Pici tridactyli*.

α. *Rostro deorsum inclinato.*

100. *P. Tiga*. Fronte, vertice, occipitis crista, tergo ac uropygio coccineis; dorso supremo alisque unicoloribus nitide subolivascenti-aurantiis; cauda unicolore remigibusque nigris, hisce intus maculis magnis, rotundatis, albis; occipite utrinque ad latera nigro-marginato; caudae tectricibus superioribus olivaceis; collo postico nigerrimo; mento toto, capite et collo ad latera albis, excepta vitta latiuscula postice ab oculis supra aures ad nucham-, altera strictiore ab oris angulo versus colli antici latera ducta, nigris; plumis corporis subtus inferioribus a collo usque ad crissum pallidissime rufescenti-albis, omnibus lateraliter nigro-limbatis, crissi hypochondriorumque magis fasciatis; alarum tectricibus inferioribus albidis, margine apicali nigricantibus. *Mas adult.*

Picus Tiga Horsfield et Raffles Transact. of the Linn. Soc. T. 13. p. 177 et 290.

Foem. adult. Mari simillima, sed cristae occipitalis plumis latiusculis, pilei sincipitisque nigris, longitudinaliter albo-striolatis, fronte fusciscenti-lavata.

Rostrum saturate plumbeum, subinclinatum, apice nigricans; pedes tridactyli, virescenti-plumbei. Longitudo totalis 9^l 7^l, rostri solius a fronte 1^l, caudae 4^l/₄, tarsi 10^l, alae 4^l/₂. Habitat in insulis *Sumatra* et *Java*, *Pico nuchali* quoad ptiloseos picturam et formam universalem subsimilis; a *Sumatranis Tukki besar* (*Tukki rufa*) nominatur. (*Mus. Paris., Monac.*)

β. *Rostro recto.*

101. *P. tridactylus*. Fronte et sincipite ex parte nigris, albidovariolosis; vertice virescenti-aurescente, nigro-marginato; capite ad latera subchalybeo-nigro, vitta stricta ab oculorum cantho postico supremo ad occipitis latera, et inde arcuata et dilatata ad nucham ducta ac vitta altera utrinque a naribus versus genas et parum ultra eas deorsum ducta albis; vitta malarum nigra, antice albo-undulata; cervice, mento, toto collo antico, pectore ac ventre in medio pure albis; humeris, pectore ventrequae ad latera, abdomine, crisso alarumque tectricibus inferioribus nigris, fasciis numerosis, albis variis; dorso supremo ac tergo albo nigroque variis; alarum tectricibus omnibus, scapularibus, remigibus dorso proximis extus, uropygio caudaeque tectricibus superioribus totis fuliginoso-nigris; remigibus ejusdem coloris, extus a basi ad apicem maculis parvis, quadratis-, intus majoribus, ovatis, a basi ad medium, in remigibus dorso proximis latere interno tantum positus, candidis; rectricibus 12, 6 intermediis totis nigris, sequente utrinque fere tota nigra, exceptis fasciis 2 subapicalibus et macula externa-, proxima fasciis apicalibus 3 et macula externa, puncto infra-posito, albis, extrema utrinque minuta, tota nigra, macula alba terminata. *Mas adult.*

Picus tridactylus Auctor. (sed absque varietat. et indicat. tab. Edwards.) *Naum. Vög.* t. 41. f. 81. *Den-*

PICUS.

drocopos tridactylus. Koch
Baier. Zool. p. 74.

Foem. adult. Mari simillima, capite supra toto nigro, albo-varioloſo, ptiloſi caetera minus nitida.

Rostrum plumbeo-nigricans, subtus dilutius; pedes olivaceo-plumbei; tarsus fere ſemi-plummoſus; irides *fuscae*. Longitudo totalis 10¹¹, roſtri a rictu 1¹¹ 3¹¹/₄¹¹, caudae 3¹¹ 10¹¹, alae 4³/₄¹¹, tarsi 10¹¹/₄¹¹. Habitat in ſylvis alpinis, rariffimus in planis, *Sueciae, Livoniae, Austriae, Helvetiae et Bavariae*, rarior in *Françia*, nunquam in *Hollandia*, frequentiffimus, ut dicitur, in *Sibiria* et in *Camſchatka* quoque. (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. In collectione avium quadam (ni fallor in illa dom. *Fl. Prévost Parisiorum*) plura obſervavi individua ſpeciei ſequentis, quare cujus diverſitatem, comparatione habita, affirmare valeo. Characteribus in descriptione data notatis ſatis differt. Icones *Edwardſii* et *Vieillotii* hujus avis optimaſe ſunt. — Vetat quidem cl. *Temminck* (*Man. d'Ornith.* 1. p. 402.) tabulam Buffonianam 553 huc trahere, imo ſuadet avem in ea exhibitam pro ſpecie digitis quatuor praedita habere, nihilo minus autem perſuaſum eſt mihi, hujusce tabulae figuram ad ſpeciem ſequentem, ejuſdem characteres, pedibus exceptis, undique monſtrantem, pertinere, ſed ad exemplum pedibus pici tetradaetyli artificialiter inſertis exſtructum elaboratam eſſe. —

102. *P. hirsutus.* Antecedente parum minor tarsi ſemi-plummoſis; fronte, vertice toto et occipite aurantio-rubris; capite ad latera, collo supra ac dorſo nigris, niſi vitta ab oculorum cantho poſtico ſupremo, et altera ab oris rictu deorſum ducta-, dorsi uropygique maculis tranſverſis al-

his; ſcapularibus, alarum caudaeque tectricibus ſuperioribus concoloribus nigris; mento, gula, collo antico, pectore *crissoque albis*; lateribus corporis inferioris, femoribus alarumque tectricibus inferioribus albis, nigro-faſciatis; remigibus nigris extus et intus albo-maculatis; reetricibus 12, quarum 4 intermediis totis nigris, *duabus utrinque ſequentibus nigris, niſi latere externo a medio uſque ad apicem albo-rufescentibus, apice nigris et intus maculis binis albo-rufescentibus*, ſubapicalibus, proximis utrinque duabus baſi nigris, inde albis, vix nigro-terminatis, verſus apicem ſubrufescentibus, intus maculis nonnullis nigris. *Mas adult.*

The three-toed Woodpecker *Edw.* 3. t. 114. *Picus varius cayanensis* *Briss.* 4. p. 54. n. 20. (*Descript. opt.*) *Pic tacheté de Caj.* *Buff.* pl. enl. p. 553. (*fig. accuratissima, exceptis pedibus tetradaetylis.*) — *Picus tridactylus* *Lath., Gmel.* Var. β . *Picus undulatus* *Vieill.* *Ois. de l'Amer.* p. 69. — *Picus hirsutus* *Vieill.* 1. c. t. 124. — *Tridactylia hirsuta* et *Tridactylia undulata* *Shaw.* *Gen. Zool.* 9. p. 219. et p. 220.

Foem. adult. Capite supra nigro, albo-varioloſo.

Mas juv. Pilei rubedine plus minusve ad flavum vergente.

Rostrum baſi latiuſculum, nigricans; irides (ſec. *Vieill.*) *coeruleae*. Longitudo totalis 8¹¹/₂¹¹, roſtri ab oris rictu 1¹¹ 4¹¹/₄¹¹, caudae 3¹¹ 4¹¹/₄¹¹, tarsi 10¹¹/₄¹¹. Habitat in ſinu *Hudsonis* et in *Cajenna*. (Secundum cl. *Vieillot* cauda habet 6 retrices intermedias totas nigras. — Vide notam ad ſinem ſpeciei antecedentis factam.)

Observationes.

Species investigationibus meis deſſae, aut mihi adhuc obſcurae, ſequentes ſunt:

1. *Picus quadrimaculatus.* Non cristatus; fronte cum toto pi-

leo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus laete ac saturate flavis; collo antico infimo, pectore, ventre, abdomine ac femoribus coerulescenti-cinereis; gula saturate coerulescenti-nigra, vitta laterali alba; collo supra, dorso alarumque tectricibus minoribus viridibus; pedibus olivaceis.

Picus quadrimaculatus. Miller Cimel. phys. p. 99. t. 54.

Magnitudo *pici viridis*. Habitat in *Ceylona*.

Nota. Figura in tabula indicata exhibita accurata esse videtur; secundum eam avis crissum album, cauda tota et remiges nigrae, alarum tectrices mediae maculis quatuor albis notatae, pedes tetradactyli, rostrum nigrum et rectiusculum sunt. —

2. *Picus semirostris.* Fusco-cinereus, subtus albus; cauda alisque fuscis, hisce extus albo-maculatis; capite fusco, flavescenti-maculato; rostro pallido, maxilla superiore brevior. Magnitudo *pici Martii*. Habitat in *India*.

Picus semirostris. Linné Mus. Ad. Frid. 1. p. 16. Lath., Gmel.

Nota. Rostrum sine dubio naturae lusu mutilatum, sed ad avis quoque colorem respectum habeas.

3. *Picus Flavipes.* Niger, subtus albus, pedibus flavis, occipite nigro, alarum margine superiore albo. Magnitudo *pici minoris*. Habitat....

Yellow-legged Woodpecker. Pennant Arct. Zool. 2. p. 275. n. 167. *Picus Flavipes* Gmel. — (*Pic. hirundinaceus* Lath. in synonym.)

4. *Picus nigro-flavus.* Capite, collo summoque dorso nigris; remigibus intimis pectoreque flavescens, nigricanti-admixtis, interioribus rufis; rectricibus nigricantibus. Habitat in *Cajenna*.

Actes de la Soc. d'hist. nat. 1. n. 33.

Species sequentes e systemate prorsus rejiciantur, nam characteres ab autoribus de iis dati ad distinguendas eas nullo modo sufficiunt. Harum prima e genere *picorum* ad genus *Bucco*. s transferatur.

Le Pic promepic. Levaill. Prom. t. 32. (in meo operis Levaillantiani exemplare deficiens). *Picus cafer* Vieill. N. D. 26. p. 102.

Secundum affirmationem a meo caro *Boieo* mihi factam cl. *Levaillant* hanc avem in Africa semel tantum observavit non autem in *Europam* transulit. Icon et descriptio exhibit *Buconis* speciem (ex subdivisione *Buconis cajennensis auctor.*), rostro peracuto praeditam et speciei cuidam a cl. *Ruppelio* in *Nubia* detectam, ab amico meo examinatam, quoad ptiloseos picturam undique simillimam et ab ea forsitan non distinguendam. Cl. *Levaillant* iconem indicatam ex ave viva hausit, quare illa quam exuvia major apparet. Detestat hanc sententiam cl. *Temminck*, qui avem hanc e *Nubia* translata e *Buconis* genere speciem diversam formare putat.

Picus picus et *picus lignarius.* *Molina* solus hasce aves, sed modo undique corrupto, describit. Prima harum *alcedinis*-, altera,,corpore coeruleo-vittato“ neutiquam e *pici* genere speciem exhibere videtur.

Picus persicus. Solummodo ab *Aldrovando* secundum picturam mancam descriptus.

Picus altivolans. Lath. De hac ave praeter nomen indicatum et imaginem, *Galbulae* formam monstrantem, in ornithologia *Geriniana* nulla alia notitia adest.

Picus indicus (Vieill. N. D. p. 78). *Gerinii* ornithologia continet tabulam (181) avis figuram buconiformis sub nota adjecta „*picus indicus magna ex parte coeruleus*“ monstran-

PICUS.

tem. Avis haec non in ipso opere sed ab auctoribus aliis secundum figuram nominatam, pessimam describitur. (*Bucco Gerini Lath.*)

Picus carolinus. *Lath.* var. ♂. Haec varietas (??) a *Lathamio* ad imaginem in *Gerinii* opere conspicuam, et titulum „*picus varius indicus*“ gerentem describitur.

Nota. *Picus minutus* auctorum cum speciebus nonnullis aliis genus peculiare format. — Restant nonnullae adhuc species in auctorum operibus indicatae, quae hic non specialiter enumeratae sunt, de quibus autem in diversis notis, ad finem descriptionum specierum plurium factis, fit mentio.

Additamentum. Icon maris *pici validi* a cl. *Temminckio* in operis sui praeclari fasciculo sexagesimo quarto in tabula 378 data est; tabula 402 ejusdem operis exhibet foeminam.

GENUS PICUMNUS.*

ROSTRUM capite paullo brevius, subgracile, durum, conicum, rectiusculum, altius quam latum, versus apicem compressiusculum, paratonis maxillae acie ad nares orta plus minusve emergente et conspicua praeditum, culmine illis cultriformi-compressum his acie longitudinali distinctum, apice acutissimo scalpri-formi compressum; paratona mandibulae, imprimis basalia, ejusdem fere altitudinis ac maxillae; tomia integerrima, maxillae versus basin subflexuosa; mandibula recta, interdum gonyde subascendente.

NARES mesorhinio latissimo diremtae, ad rostri basin sitae, laterales, tomis quam culmini propiores, ramphothecae impressae, rotundatae, totae patulae, plumulis subpilosis, antrorsum versis obtectae.

LINGUA....

PEDES congrui, scansorii, vix aequilibras, illis *tetrahis tridactyli*, caeterum ejusdem formae ac *picorum*.

ALAE congruae, caudae basin parum transcendentas, remigibus secundariis fere ejusdem cum primariis longitudinis.

CAUDA breviuscula e rectricibus 10, rectis, apice rotundatis, scapo stricto, flexili, ordinario, pogoniis in utroque latere fere aequalibus, mollibus praeditis composita.

PTILOSIS eadem quae *picorum*.

*) *Temminck* Pl. col. Livr. 62. — *Jynx Gmel., Illig., Vieill.*
— *Picus Briss., Lath., Lichtenst.* — *Pipra Linn., Gmel.*

Nota. Peculiare genus ex avibus idem componentibus constituentibus esse, cl. *Temminck* bene judicavit. A *jyngebis* eis associatis non rostri tantum ac ptiloseos structura, sed collo quoque brevioris nec non corpore quasi contracto, a *picis* porro rectricum formatione, undique diversa, distinguuntur; neutiquam vero eas respectu corporis formae totalis et cum *picis* et cum *jyngebis* vinculis arctis cohaerere, strictioribus cum *picis*.

53

GENUS CHARADRIUS.

ROSTRUM capite brevius, mediocre, ut plurimum gracilius, rectum, compressiusculum, a basi paullulum ultra medium aequale ibi utrinque utrinsecus ad latera sulco horizontali impressum, inde convexiusculo-incrassatum et in acuneu conicum, laeve desinens: mesorhinium dextro depressius, ceromate obsoleto tectum: dextrum distinctum, convexum, subdeorsum inclinatum et mandibulae apicem rectum subexcedens: tomia integra.

NARES basales, laterales, in sulco sitae, membrana, rima longitudinali pertusa, tectae.

LINGUA rostri dimidia parte longior, integra, fere aequalis, obtusiuscule lanceolato-terminata, canalis speciem formans, subtus convexa.

FACIES plumis obsita.

PEDES grallarii, mediocres aut longi, cursorii, fere aequilibres, acropodiis scutulato-squamati, acrodactylis scutulati, aut *tridactyli*-digitis omnibus anticis, aut *tetradactyli*, digito postico parvo, non insistente, aut verruca unguiculata indicato: digiti membrana squamulosa, strictissima limbati, intermedius eorum omnium longissimus cum externo palama a basi ad phalangis primae fere apicem (interdum ultra eum) ducta-, cum interno rudimento palamae basali (rarisime longiuscula) conjunctus; unguis parvae, subarcuatae, acutae.

CAUDA mediocris alas interdum excedens, apice subrotundata, quadrata aut conica, rectricibus 12 rectis, subaequalibus, apice lanceolatis aut rotundatis.

ALAE majusculae, apice acutae aut obtusiusculae, caudae apicem aut vix attingentes aut excedentes, saepius tuberculatae aut calcaratae.

PTILOSIS trunci inferioris mollis, plumis numerosis, latiusculis, radiis subdiffractis, medio plus minusve subdensis, versus basin decompositis, basi plumula accessoria infera munitis densa, trunci superioris plumis subdensis, plus minusve rotundatis, scapularibus longis, versus apicem attenuatum perflexibilibus, in illis subaeneo-micantibus, in his nitore obsoleto.

CHARADRIUS.

A. *Ch. pedibus tridactylis* *).

α. *Ch. Oedicnemi*.

1. *Ch. Oedicnemus*. Loris, vita infra oculos, mento et gula, femoribus et corpore subtus inferius a pectore usque ad crissum unicoloribus albis; vitta malari ad occiput ducta fuscescenti-rufescente, nigricanti-striolata; oculorum cantho antico subtiliter nigro-marginato; collo toto pectoreque ex parte rufescenti-fuscescentibus, pluma quavis stria longitudinali intermedia nigricante; alarum tectricibus unicoloribus ejusdem

*) *Otis Lath., Oedicnemus Vieill., Temm. Charadrius Linn., Illig.*

Species hujus divisionis a sequentibus nisi tarsis versus genua intumidioribus neutiquam discrepant, potius secundum vitae rationem et caeteram corporis formam vinculis arctissimis cohaerent. Tarsum quoque, ad modum plurimarum avium juvenilium pedibus grallariis iustroctarum, intumidum juvenis solummodo aut pullus, avis autem adulta strictiorem habet. — Quae vero ad conjugendum genus *Vanelli* auctorum, aves tetradactylas amplectens, me impulere, haec sunt. Vitae rationem corporisque formam praesertim rostri ac pedum Vanellorum sic dictorum, dento pedum hallucis, a his charadriorum tridactylorum non distinguendas esse, quisque, naturam investigans, mecum sentiet. Adest in *Charadrio hypomelano* (et in pluribus fortasse speciebus nondum detectis) hallux minutissimus. Clare haec avis praebet transitum charadriorum tetradactylorum ad charadrios tridactylos, talem quidem, qualis in nonnullis *picorum* et *alcedinum* speciebus conspicuus; hallux insuper, ubi in charadriis

picturae, pallidioribus, striis latioribus, mediis cinereo-nigricantibus, apice albo-marginatis; fasciae speciem formantibus; remigibus dorso proximis fuscescenti-cinerascentibus, limbo externo albido-flavido; dorso toto, uropygio, caudae tectricibus superioribus scapularibusque cinerascenti-fuscescentibus, dorsi plumis nonnihil ad nigrum vergentibus, omnibus rufescenti-limbatis; crisso unicolore pallide isabellino; alarum tectricibus inferioribus candidis, aliis minoribus fuscescenti-cinerascentibus circumda-

adest, nullius magni est momenti, nam terrae non insistentis avis cursum aut ejus in terra positionem firmiorem haud adjuvare valet. Creaverunt alii auctores clarissimi et creant adhuc genera characteribus non minus vacillantibus innisa et nullis naturae notis persistentibus adjuta. Inter multa quae de iis afferre possumus sufficiet genus *Cereopseos Lathamii*. Avem ad hoc genus nominale pertinentem Loudini vivam vidi ejusdemque caput osseum ipse possideo. Est vera anseris species, quae solummodo in eo differt, quod rostrum convexius et pedum palamam profundius excisam habeat. *Anas picta* a cl. *Forsteris* in Staateulandia observata et in operis eorum inediti tabula 65 exhibitae, et nonnullae fortasse aliae species hujus generis, oceanum australem inhabitantes, simili rostri et pedum forma gaudet. Monstrat similem transitum ad anates veras *Anas pteneres* (*Anas cinerea* Gmel., *A. brachyptera* Lath., Quoy et Gaim. Atl. t. 39.) a *Forsteris* in terra del Fuego occisa et loco citato in tabula 68 conspicua etc.

CHARADRIUS.

tis, majoribus apice nigris; remige prima alba, nisi extus a basi ad medium usque et apice toto large nigra, scapo fusco medio ex parte albo, remigibus sequentibus nigris, intus a basi ultra medium albidis, secundariis totis nigris, albo-terminatis; rectricibus quatuor utrinque extimis albis, angulose cinereo-fasciatis, apice largiuscule nigris, sequente utrinque apice nigra et caeteris totis cinerascens, obscurius anguloso-fasciatis. *Mas* et *Foem. adult.*

Courlis de terre. Buff. pl. eul. n. 919. Charadrius Oedienemus Linn., Gmel. (cum var. β et γ) Naum. Vög. t. 9. f. 13. Otis Oedienemus Lath. Oedienemus crepitans Tem. Oedienemus europaeus Vieill. (Oedien. griseus Hoch Baier. Zool.) Juv. Adulto similis nisi ptiloseos pictura minus pura, tarsi versus genua admodum intumidis.

Rostrum a basi ad medium usque flavido-viride, inde nigrum; pedes virescenti-coerulescentes; oculi maximi iride flava; orbitae flavidae. Longitudo totalis 17'', rostri a rictu 1½'', caudae 4½'', tarsi 2'' 7''', tibiae partis nuda 1'', digiti intermedii, excepto ungue, 13'''. Habitat in Europa, frequens in Gallia meridionali, Italia, Sardinia, Anglia, migratorius in Germania, non rarus in Bavaria, rarissimus in Hollandia, porro frequens in Turcia, Nubia et Aegypto, locis et petroris, arenosis, campestribus et in pratis humidis, paludosis, gregarius; stupidus, voce crepitante longisona noctu quoque clamans; migrat noctu; currit et volat celerime; caro avis juvenilis sapida; vicitat insectis, limacibus, conchis parvis terrestribus, amphibis parvis muribusque; nidificat in terrae fovea parva pedibus praeparata in qua ova 2-3 fusco-flavida nonnihil ad colorem virescentem vergentia, maculis nigricantibus et olivascensibus conspersa, interdum flavi-

da, maculis magnis marmoreis, olivaceis, olivascensibus ac fuscis varia ponit.

Nota. Secundum cl. *Raffles* (Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 328) haec species in insula Sumatra quoque reperitur. — *Tringa bononiensis* auctorum secundum *Aldrovandi* iconem huc pertinet, ejusdem auctoris descriptio autem mala est et icon pedes avis tetradactylos exhibet. Monstris ornithologicis adnumerari debet.

2. *Ch. maculosus.* *Ch. Oedienemus* simillimus, ab eo diversus: tectricibus et remigibus secundariis ferrugineo, albo nigroque maculato-fasciolatis, striis pectoris latioribus, tarsi multo longioribus, rostro digitisque brevioribus. *Adult.*

Oedienemus capensis. Lichtens t. Berl. Duibl. Verz. p. 69. Oedienemus tachard. Tem. pl. col. n. 292. Longitudo totalis 18'', tarsi 4''. Habitat in Senegambia et ad caput bonae spei. (Mus. Paris., Berol.)

Nota. Icon a cl. *Temminckio* data cum descriptione nostra optime convenit. Descriptione illi hucusque nondum adjecta, nomen specificum latinum a *Temminckio* huic speciei attributum citare non potui.

3. *Ch. magnirostris.* Rostro antecedentium illo multo longiore, validiore, compressiore; vitula utrinque supra oculos ad occipitis latera ducta alba, superius large nigro-marginata, alia utrinque ab oculorum cantho antico angusta, infra eos ducta, in genis sensim latiore et ad nuchae latera descendente nigra; macula malari longitudinali nigricante; palpebris, genarum parte caetera et gula albis; macula extus ad scapulas magna, longitudinali, fusco-nigricante, inferiori linea angusta, recta, alba marginata; alarum tectricibus superioribus caeteris secundari-

isque laete griseis; remigibus fusco-nigricantibus, tribus primariis versus medium macula magna, alba, secundariarum tribus fere totis albis; plumis capitis supra collique cinerascens-griseis, striolis longitudinalibus parvis, nigricantibus; uropygio ac toto dorso, subfuscescenti-cinereis; caudae tectricibus superioribus transversim obscurius undulatis, inferioribus fulvescentibus; reetricibus albis, basi cinerascens, large nigro-terminatis; alarum flexura, ventre et partibus posticis albis, subrufescenti-lavatis; plumis colli antiqui pectorisque griseo-cinereis, stria intermedia longitudinali, subobsoleta, fusca; colli supremi distinctiore.

Adult.

Oedicnemus magnirostris *Cuvier.*, *Vieill.* N. D. 23. p. 231.

Pedes coerulescentes; rostrum nigrum, supra ad nares usque, subtus basi tantum virescens. Longitudo totalis $20\frac{3}{4}$ '' , rostri a fronte $2\frac{3}{4}$ '' , tarsi 3'' , digiti intermedii, excepto ungue, $1\frac{1}{9}$ '' . Habitat in *Nova-Hollandia.* (*Mus. Paris.*, *Soc. Linn. Lond.*)

Nota. Multa vidi specimina hujus speciei et inter illa quidem 2 musei Parisiensis multo minor et corpore subtus a menti initio usque ad crissi finem unicolore albo, caeterum albis, quantum sine alarum et reetricum partium internarum examine observare potui, simillima. Inquirant alii si haec varietas sexus differentiam (foeminam) indicat vel speciem distinctam format. Suspicio caeterum *Lathamii Charadrii fraenatum* ad hanc speciem numerandum esse. Describitur *Ch. fraenatus* ita: *coerulescens, fuscostriatus, abdomine albo, lateribus colli vitta lata infra oculos orta obscura, rostro coerulescente, pedibus flavis.* Hanc descriptionem fortasse cl. *Latham* secundum picturam aut ad aliam notam manam fecit.

4. *Ch. Longipes.* Capistro, superciliis, gula, ventre, partibus posticis ac alarum flexura pure albis; collo antico, pectore, epigastrio et alarum tectricibus superioribus intermediis ex parte albis, pluma quavis juxta scapulum nigra; tectricibus caeteris, regione parotica, colli lateribus et dorso fuscis, maculis nonnullis albis; capite supra, occipite, nucha et collo postico dilute griseo-cinereis, lineolis fuscis variegatis; remigibus primariis nigris, medio pure albis; reetricibus lateralibus albis et nigris, intermediis dilute griseis, irregulariter obscurius fasciolatis.

Adult.

Oedicnemus Longipes. *Geoffr. St. Hil.* in *Mus. Paris. Vieill.* N. D. 23. p. 232.

Cauda gradata; pedes longissimi, fuscescentes (in exuviis); rostrum nigrum. Longitudo totalis 19-20'' . Habitat in *Nova-Hollandia.* (*Mus. Paris.*)

Nota. Huc pertinet, ni fallor, *Lathamii Ch. grillarius* (*Suppl.*) e *Nova-Südwallia*, sine dubio secundum iconem quamdam descriptus. Descriptio cum nostra ave undique convenit, nisi quod illa remigum partem internam ferrugineam, irides flavas, pedes coerulescentes exhibeat. De mensura non fit mentio.

β. *Ch. pilosi plus minusve alba aut fasciata.**)

5. *Ch. coronatus.* Fronte, capite supra toto et occipite laevi nigerrimis, annulo, verticem et occiput cingente, albo; stria a mento infra lora oculosque ducta parva, corpore subtus inferius a pectore usque ad crissi finem, alarum tectricibus inferioribus, fascia alarum obliqua in tectri-

*) *Charadrius Auctor.* (Divisio species vanelli-formes inter et minores hujus divisionis non constitui potest, nam species majores magnitudine sensim decrescunt et minorum colorem accipiunt.)

eum majorum apice, remigibus intus oblique a basi ad medium et apice extremo pure albis; remigum parte caetera (exceptis remigibus 3 dorso proximis fere totis albis), fascia caudae apicali lata et linea transversa pectus terminante nigris; collo, pectore et caeteris ptiloseos partibus pure fusciscenti-cinereis, unicoloribus. *Adult.*

Le pluvier couronné. Buff. pl. enl. n. 800. *Charadrius coronatus Auctor.* *Charadrius alexandrinus* Var. γ *Lath.* Synops. 5. p. 204. B. (*Charad. alexandr. erythropus* Var. γ *Gmel.*) *Pluvianus coronatus Shaw.* Gen. Zool. *Charadrius atricapillus Auctor.*

Forma *Ch. Vanelli*; rostrum a basi ad medium usque rubrum, inde nigrum; pedes rubri. Longitudo totalis $14\frac{1}{2}''$, rostri solius a rictu $1\frac{1}{4}''$, tarsi $2\frac{1}{2}''$, digiti intermedii, excepto ungue, $9'''$. Habitat ad caput bonae spei. (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. *Charadrius atricapillum Pennantii* et auctorum, porro *Charadrii alexandrii* varietatem in *Lathamii* indice ornithologici sub litera γ modo manco in synopsi autem loco citato sub litera B copiose descriptos huc pertinere, omnis necum sentiet, descriptiones ab his auctoribus de iis datas cum *Charadrio coronato* diligenter comparaturus. Cl. *Pennant* avis longitudinem ad 10 et *Latham* ad $11\frac{1}{2}$ pollices, ille pro ejusdem patria *Americam septentrionalem*, hic *caput bonae spei* indicat. Suspicio exemplar musei Leveriani, ex quo hinc ornithologi descriptiones suas hauserunt, defectum fuisse, cum praeterquam, albam nominatam (avi juvenili aut foeminae propriam?) caeterae de avis ptiloseos pictura notae undique cum illis *Charadrii coronati* conveniant. Diagnoses in indice varietatem γ exhibens deleatur;

hic stria nigra infra oculos adest, de qua in synopsi non fit mentio. Rectificent alii hanc meam conjecturam.

6. *Ch. pileatus.* Membrana loris affixa, parva, sublibera, aurantia; crista occipitis e plumis longis, strictis, singulis composita, toto capite supra, regione parotica, collo toto et stria longitudinali in illo antice medio supra pectus et ultra epigastrium ducta, subangusta, nigerrimis; fronte antice, mento, macula occipitis cum apicibus suis utrinque usque ad oculorum canthum posticum ducta, regione ad menti latera et toto corpore subtus cum crisso candidissimis; stria in loris nigricante; dorso toto, tergo, scapularibus alarumque tetricibus fusciscenti-cinereis, majoribus albo-terminatis; remigibus a basi usque ad medium albis, inde totis nigris; cauda a basi ad medium alba, inde nigra, subtiliter albo-terminata; pectoris lateribus albo-fusciscentibus. *Adult.*

Juv. Crista occipitali brevior; colli nigredine minus extensa et lineae in pectore maculis nigricantibus indicata.

Pluvier coiffé du Sénégal Buff. pl. enl. n. 834. (fig. medico.) *Charadrius pileatus Auctor.*

Forma corporis et imprimis cristae parum brevioris ut in *Vanello*; rostrum rubrum, apice large nigro; pedes rubri, tridactyli; alae absque spina. Longitudo totalis fere $11\frac{1}{2}''$, rostri a fronte $11'''$, tarsi $2\frac{1}{2}'''$; digiti breves, intermedii cum ungue $10'''$. Habitat in *Senegambia.* (*Mus. Paris.*)

7. *Ch. Spixii.* Collo pectoreque supremo cinereo-ardesiaco, pectore inferius largissime nigro-marginato; mento, fronte, sincipite et regione supra oculos albis; capite supra, dorso, scapularibus, alarumque tetricibus superioribus cinereis, alarum majoribus albis, lorum

in ala longitudinalem strictam formantibus, tectricibus minoribus striolis transversis nigris; corpore subtu inferius a pectore usque ad crissi finem pure albo; cauda alba fascia apicali nigra, albo-terminata. *Adult.*

Juv. Fronte et facie minus pure albis.

Rostrum totum nigrum; pedes tridactyli obscure rubri. Magnitudo et forma *Ch. Vanelli*. Habitat... (*Mus. Paris.*)

8. *Ch. pectoralis*. Membrana loris affixa parva, sursum ascendente, flava; capite toto supra, vitta utrinque ab oris angulo versus colli latera ad pectus ducta et toto pectore nigerrimis; vitta utrinque pone oculos, mento et toto collo antico corporeque subtu a pectoris usque ad crissi finem candidis; cauda alba fascia larga apicali nigra, albo-terminata; collo postico, dorso, scapularibus ac alarum tectricibus pure cinereis, tectricibus majoribus albo-terminatis. *Adult.*

Charadrius pectoralis Cuv. in *Mus. Paris.* *Charadrius tricolor* Vieill. l. c. p. 147.

Rostrum citreo-flavum; pedes sanguineo-rubri. Magnitudo *Vanelli*. Habitat in *Australasia*. (*Mus. Paris.*)

9. *Ch. bilobus*. Membrana nuda loris affixa acuminata pendula, flava; capite supra toto cinereo-nigricante; fascia utrinque pone oculos incipiente, in occipite confluyente, alba; capitis lateribus et toto collo dilute flavido-cinereis; collo antico ad pectus fascia subobsolete nigricante terminato; dorso ac alarum tectricibus pure cinereis, majoribus apice albis, quare lineam obliquam formantibus; cauda alba, fascia apicali nigra albo-terminata, rectricibus lateralibus totis albis; corpore inferius a collo usque ad crissi finem albo. *Mas adult.*

Pluvier de la côte de Malabar. Buff. pl. enl. n. 880. (*fig.*

non accuratiss.) *Charadrius bilobus* Auct.

Foem. adult. Capite supra dorso concolore; fascia subobsoleta colli antichi infimi nulla.

Juv. viril. Colli infimi fascia subconspicua; capite supra cinereo et nigricanti-vario.

Magnitudo *Ch. spinosi*, illo parum gracilior; rostrum nigrum, basi flavum; pedes flavi. Habitat in *Malabar*, *Pondichery*. (*Mus. Paris.*)

10. *Ch. spinosus*. Occipitis crista brevi, densa, obtusa, spina in utroque humero magna, acutissima, fronte ac toto pileo, mento et toto collo antico medio, pectore, epigastrio, cauda a medio ad apicem, remigibus, rostro pedibusque nigerrimis; genis, collo laterali ac postico, ventre, femoribus, crisso, cauda a basi ad medium, alarum tectricibus inferioribus, superioribus majoribus remigibusque secundariis extus a basi ultra medium primariisque intus basi candidis; dorso, scapularibus, alarum tectricibus minoribus remigibusque dorso proximis cinereo-fuscis, nonnihil ad purpurinum inclinantibus; rectricibus utrinque 1-3 lateralibus subtiliter albo-terminatis. *Mas et Foem. adult.*

Edw. t. 47. (fig. bonas ed absque alarum spina indicata) et t. 280. *Pluvier armé du Sénégal.* Buff. pl. enl. n. 801. *Charadrius spinosus* Gmel. cum Var. β sed absque var. γ .

Lath. cum var. β . *Charadrius cristatus* Shaw Gen. Zool. — *Descript. de l'Égypte.* Ois. t. 6. f. 3.

Juv. Humerorum spina brevior, pectoris lateribus albicantibus.

Charadrius spinosus. *Hasselq.* n. 3.

Forma *Ch. Vanelli*; irides lacte sanguineo-rubrae. Longitudo totalis 1" 5"', tarsi 2 1/2"', rostri a rictu 1" 3"', digiti intermedii, excepto ungue, 1", alae 7 1/4"'. Habitat in *Senegambia*,

Syria, Nubia et Aegypto (in Persia quoque?). (Mus. Paris., Monac.)

Nota. Hanc speciem *Europam* quoque inhabitare, ut hoc cl. *Latham* vult, nemo attestare possit. Figura *Edwardsiana* in tabula operis sui 280 exhibita, collum anticum ex parte album monstrat. An avis ptilosi hymali praedita, aut juvenilis? Exemplum tali modo pictum nondum vidi. *Brissonii* descriptio ac tabula ab auctoribus citatae ad speciem sequentem distinctam pertinent. *Russelii* descriptio bona, figura autem in tabula operis sui undecima data, pedes tetradactylos et occiput laeve exhibens, falsa est. —

11. *Ch. ventralis.* Macula in ventre albo ante femora medio-cri, taenia gulam mentumque obtegente, regione ante oculos, fronte, pileo toto ac occipitis corollula densa, humeris remigibusque nigerrimis; collo toto, regione pone oculos et parotica, et omnibus corporis partibus inferioribus, macula ventris excepta, tectricibus alarum majoribus et minoribus lateralibus niveis; cauda alba, fascia larga, nigra terminata; dorsus, alarum tectricibus superioribus scapularibusque dilute cinereis; humeris spina acutissima, nigra armatis. *Adult.*

Pluvialis senegalensis armata *Brissonii*. Av. 5. p. 86. t. 7. f. 2. (fig. opt.) — *Spur-winged Plover.* *Lath.* Synops. 5. p. 213. (Descriptio ptiloseos.)

Rostrum pedesque toti nigri; *charadrio spinoso* quoad formam simili paullulum gracilior. Longitudo totalis $11\frac{1}{4}''$, rostri a rictu $13\frac{1}{2}'''$, caudae $3'' 7'''$, tarsi $2'' 5'''$, digiti intermedii cum ungue $1'' 1'''$. Habitat in *Senegambia*; (exemplum musei *Parisensis* e *Calcutta* est.)

Nota. Ab omnibus auctoribus et primo a *Linnaeo* ipso cum *Charadrio spinoso* conjunctus, quamquam a *Brissonio* cum signo interrogationis pro eodem indicatus.

Notis indicatis satis differt. — Descriptio *Brissonii* optima in eo tantum recedit quod caudae basin, capitis et colli latera et corpus subtus alba, nonnihil ad fulvum vergentia et maculam ventralem nigram formam ferri equini aemulantem exhibeat. Haec colorum differentia manifeste sexu aut avis aetate provenit, sed ejusdem respectu notitiis aliis illustrantibus careo.

12. *Ch. stolatus.* Spina in utroque humero breviuscula, acuta, fusciscente, apice alba; taenia latissima frontem totam occupante, lora et oculos includente, supra aures ad nucham ducta ibique confluenta, collo postico et fascia colli antici infimi larga, nigerrimis; occipite cinereo-fusciscente, annulo albo cincto; corpore subtus a mento usque ad crissi finem praeter fasciam unicolore albo; alarum tectricibus minoribus, dorso remigibusque illi proximis pure cinereis; scapularibus longitudinaliter nigerrimis, albo-marginatis; alarum tectricibus majoribus et inferioribus omnibus albis, fascia apicali subtiliter grisescenti-terminata, nigra, extima utrinque tota alba, excepta macula parva intus apicali nigra. *Mas et Foem. adult.*

Le pluvier armé de Caj. Buff. pl. enl. n. 833. (fig. nimis magna.) *Charadrius cayanus* *Lath.* *Charadrius spinosus* *Var. γ Gmel.* *Le Mbatuitui armé. Azar.* n. 391.

Pedes rubri; rostrum totum nigrum, mandibula parum basi et orbitae subaurantiae. Longitudo totalis $8'' 4'''$, rostri $10\frac{1}{4}'''$, caudae $2\frac{1}{2}''$, tarsi $1'' 10'''$. Habitat in *Paraguaya, Brasilia* et *Cajenna.* (*Mus. Paris., Monac.*)

13. *Ch. annuligerus.* Corpore supra cinereo-fusco nebuloso; occipitio vitta annulari ferruginea circumdato; vitta verticis irregulariter versus colli latera ad cervicem ducta, in pectore fasciam formante nigra; fronte,

gula et toto corpore subtus albis; alis caudaque nigris. *Mas.*

Portlock Voy. p. 36. *Charadrius falklandicus. Lath.* (Index.)

Foem. Mari similis, occipiti annulo deficiente.

Longitudo $7\frac{1}{2}$ '' (mens. angl.); rostrum et pedes nigricantes. Habitat in *insulis Falklandiae.*

Nota. Hanc speciem describo secundum cl. *Latham*; avi praecedenti simillimus esse videtur.

14. *Ch. Dudoroo.* Facie tota, mento et fascia pone hoc ortu nucham annulariter ambiente nigerrimis; vertice et occipite cinereo-virescentibus, annulo albo circumdatis; dorso toto ac alarum tectricibus minoribus occipiti concoloribus; fascia in tectricum majorum apice obliqua et toto corpore subtus inferius a mento usque ad crissi finem albis; remigibus rectricibusque obscuris.

Charadrius Dudoroo. Forst. Icon. inedit. t. 121. *Charadrius Novae-Seelandiae. Lath.* (Synops. Av. 5. p. 206. t. 83. Copia tabulae Forsterianae, *Gmel.*

Rostrum, orbitae pedesque rubra, illud apice nigrum; irides perlacae. *Ch. Hiaticula* paulo major. Longitudo 8'' (mens. angl.) Habitat in *Nova-Seelandia* ab incolis *Dudoroo-attu* nominatus. (*Forst.*)

Nota. Figura hujus avis ab egregio *Georgio Forster* in opere suo insigni data, rostrum acutiusculum, fere ad formam *Strepsilae collaris*, alios autem characteres, charadrii proprios undique exhibet.

15. *Ch. Monachus.* Capite toto et collo supremo unicoloribus nigricanti-chocoladinis; corpore toto subtus, fascia nuchae et vitta alarum longitudinali in tectricum apice albis; dorso, scapularibus, tectricibus superioribus remigibusque secundariis cinereo-albis; remigibus primariis albis; cauda nigra et alba.

Charadrius Monachus. Geoffr. in Mus. Paris. — *Charadrius cucullatus. Vieill.* N. D. 27. p. 136.

Rostrum pedesque aurantiorubri, illud apice nigrum; *Ch. Hiaticula* parum major. Habitat in *Australasia. (Mus. Paris.)*

16. *Ch. rubricollis.* Capite colloque nigris; macula utrinque ad ultimo dicti latera larga, quadrata, castaneo-rufa; pectore ac partibus corporis inferioribus albis, superioribus cinereis; alulis parum albo-mixtis; remigibus caudaque obscuris.

Charadrius rubricollis Latham, Gmel.

Rostrum ac pedes incarnati, illud apice nigrum; irides aurantiae. Magnitudo *Tringae Cincli.* Habitat in *terra van Diemen. (Lath.)*

Nota. Cl. *Latham* solus hanc speciem, verisimile ad picturam, describit.

17. *Ch. pecuarius.* Taenia frontali, pone nigro-marginata, supra oculos ad occipitis et colli postici latera ducta et in nucha large confluenta, mento, gutture, abdomine crissoque albis, taenia altera angusta in loris per oculos versus colli latera ducta, in nucha large confluenta; primo dictam inferius marginante, nigra; pectore et epigastrio pallide isabellino-lavatis; dorso, scapularibus alarumque tectricibus saturate cinereis, pluma quavis dilutius limbata; rectricibus tribus utrinque lateralibus griseis, albo-limbatis, caeteris cinereo-nigricantibus. *Mas adult.*

Charadrius Pastor Cuv. in Mus. Paris. *Charadrius pecuarius Temm.* pl. col. t. 183. — *Lichtenst.* Berl. Catal.

Foem. Fascia inter oculos, in loris et ad colli latera nigra nulla; vitta alba supra oculos ducta, in nucha confluenta, fronte, loris et pectore subisabellino-albidis; macula supra oculos obsoleta, cinerascens; partibus caeteris maris.

Juv. viril. Supra griseus, rufescenti-lavatus, fronte candida, postice nigro-marginata, lateribus colli longitudinaliter nigro-lineolatis, subtus candidus, pectore lateribusque rufescenti-lavatis, uropygio retractoribusque medijs fuscis, externis candidis, caeteris candido-marginatis.

Charadrius varius. Vieill.
N. D. 27. p. 143.

Tarsi longiusculi, graciliores, 1'' 1/4''; rostrum pedesque toti nigri. Longitudo totalis 6'', caudae 1'' 9''/16'', alae 3'' 9''/16'', rostri a rictu 1 1/2''. Habitat non rarus in locis maritimis et paludosis *Capitis bonae spei et Nubiae.* (*Mus. Paris., Berol.*)

18. *Ch. Cirrhepidesmos.* Corpore subtus a mento usque ad crissi finem et fronte (pone haud nigro-marginata) candidis, excepta pectoris fascia largissima ferruginea; stria ab oris rictu ad oculos ducta, sensim latiore et totius capitis latera obtegente, capite supra, collo postico, dorso ac alis cinereis; plumarum limbo parum dilutiore; remigibus nigris, primariis scapo albo; retractoribus lateralibus totis albis.

Rostrum breviusculum, validum, totum nigrum. Magnitudo *Hiaticulae.* Habitat.... (*Mus. Paris.*)

Nota. Specimina 2 musei citati pedes nigros diversimode longos habent, quare illos in uno aut in altero exemplo alienos credo et eorum formam non accurate indicare valeo.

19. *Ch. Geoffroyi.* Fascia pectoris dilute isabellina, indistincte terminata, in dorso confluyente, ad latera superius indistincte nigricanti-marginata; fasciola sincipitis, medio versus rostri basin in striolam, frontem albam longitudinaliter bipartientem, excurrente, striola in loris ac aurium macula nigricantibus; capite supra ac dorso pallide isabellinis, cinerascanti-nubilatis; mento, gula, collo antico et to-

to corpore subtus candidis; alis extus cinereis, plumarum limbo parum dilutiore; remigum primariorum scapo, remigibus secundariis ex parte et retractoribus lateralibus totis albis. *Mas adult. ptilosi vernali.*

Foem. adult. Mari similis, capite absque striolis in fronte et loris; stria ab oris rictu infra oculos ad genas ducta ibique latiore, capite supra, dorso ac alis cinereis, plumarum limbo albido; pectoris cingulo dilutiore, ad latera superius haud nigricanti-marginato; fronte minus large alba. (*An ptilos. autumnal.?*)

Juv. viril. Fronte large-, capite toto ad latera et toto corpore subtus albis; juguli fascia haud aut vix conspicua; plumulis frontis nonnullis nigris apparentibus; macula aurium nigricante.

Rostrum totum nigrum, validiusculum, rostro *Ch. hypomeleanos* subsimile; pedes nigri; *Charadrius Hiaticula* parum altior et validior. Longitudo totalis 8'', caudae 1'' 9''/16'', alae 5'' 3''/16'', rostri a rictu 1'', myxae 5''/16'', dertri 5''/16'', tarsi 1'' 4''/16''. Habitat in *Pondichery* et frequentissimus in insula *Java.* (*Mus. Paris., Lugd.*)

Nota. Multa vidi exemplaria hujus speciei quae autem omnia ex insula *Java* ptilosi vernali praedita erant.

20. *Ch. Nigrifrons.* Frontis magna parte cum striola ex ejusdem medio versus sinciput excurrente, vitta per oculos ad nucham ducta ibique latiore, fascia pectoris aequo modo cum striola intermedia excurrente utrinque sursum ad nucham ducta nigerrimis; vitta frontis utrinque supra oculos ducta et occiput cingente, ventre et partibus posticis albis; dorsi plumis ac alarum retractoribus cinerascantibus margine externo large albis; pileo rufescenti-cinereo, plumis limbo parum dilutiore; scapularibus ex parte nitide purpureis; retractoribus utrinque 3

lateralibus albis, macula fusca notatis, caeteris dorsi picturae.
Adult.

Charadrius Nigrifrons. Cuv. in Mus. Paris. *Temm.* pl. col. t. 47. f. 1. *Charadrius Melanops. Vieill.* N. D. p. 139.

Rostrum pedesque flavi (non ut ci. *Vieillot* indicat nigri), hoc apice nigrum. Magnitudo *Ch. minoris*. Habitat in *Australasia*. (*Mus. Paris., Lugd., Londin.*)

21. *Ch. Hiaticula*. Rostro a basi ultra medium, orbitis pedibusque lacte ac saturate aurantiis, hoc apice nigro; fascia frontis, superciliarum parte postica, mento, gula, torque collum totum ambiente, alarum tectricibus inferioribus et toto corpore subtus cum crisso candidis, nisi fascia latiuscula collum infimum annulariter cingente, vitta sincipitis lata et altera a frontis parte antica stricta, sensim latiore infra oculos ad aures ducta nigerrimis; vertice et occipite, dorso toto, uropygio, scapularibus alarumque tectricibus fusco-cinereis; tectricibus majoribus albo-terminatis; remigibus nigris, scapo medio ex parte albo, primariis intus albedo-limbatis, secundariis extus medio macula oblonga alba; rectrice utrinque extima tota alba nisi intus medio litura parva cinerea, secunda alba, intus macula magna nigricante, tertia quarta et quinta a basi usque ad medium cinereis, inde nigricantibus, albo-terminatis, duabus intermediis totis dorso concoloribus, versus apicem obscurioribus. *Mas adult. ptilos. aestiv. et hiemal.*

Le pluvier à collier. Buff. pl. enl. n. 920. *Charadrius Hiaticula Lath., Gmel.* (sed exclusis tabula *Buffoniana* 921 ad speciem sequentem pertinente et varietatibus β et γ). *Meyer et Wolf Vög. Deutschl. Heft* 15. t. 6. *Temm., Wils. Amer. Ornith.* 7. t. 59. f. 3.

Foem. adult. Mari similis fas-

cia sincipitis angustiore, pectoris nigricante.

Meyer et Wolf l. c. t. 6.

Juv. hornot. Rectrice utrinque extima tota alba; rectricibus caeteris remigibusque omnibus eadem pictura ac adulti; fascia sincipitis nigra nulla; fronte alba; stria a frontis lateribus infra oculos ad aures ducta lata, fascia colli infimi, toto capite supra et omnibus corporis partibus superioribus fusciscenti-cinerascentibus, plumis subtiliter dilutius marginatis.

Meyer l. c. t. 6.

Irides obscure fuscae. Longitudo totalis $7\frac{3}{4}''$, tarsi $11''$, rostri a rictu $7''$, alae $4\frac{3}{4}''$, caudae fere $2\frac{1}{2}''$. Habitat solitarius aut per familias in maritimis *Europae* imprimis *Hollandiae, Franciae et Italiae*, in *Germania* ad pœudum et fluviorum littora, porro in *Islandia, America septentrionali et in Nubia*; nidificat in littoribus in arena ova 3-5 sordide flavido-alba, punctis majoribus et minoribus maculisque obscure fuscis conspersa pariens; non timidissimus; victitat parvis insectis.

Nota. Varietas β *Lathamii* ad speciem sequentem pertinet, varietas γ autem (*Char. Hiatic. var. β Gmel.*) speciem distinctam format. (?)

22. *Ch. minor*. Antecedente paulo minor; rostro toto nigro; pedibus flavis; remigibus fuliginosis, scapo primae albo, caeterarum fusco; fascia frontis, mento, gula, torque nuchae alarum tectricibus inferioribus et toto corpore subtus candidissimis nisi fascia pectorali, cum apicibus suis ad nuchae latera ducta, fascia sincipitis larga, ab oculorum margine supremo ad alterum ducta, et stria a rostri basi suprema ad oculos et ultra eos ducta nigerrimis; oculis superius albo-marginatis; vertice, occipite, dorso toto, scapularibus alarumque tectricibus

omnibus fusco-cinereis; retri-
cibus utrinque 2 extimis totis
albis nisi intus medio fasciola
nigricante, sequentibus 3 cine-
reis fascia versus apicem nigri-
cante, large albo-terminata, 2 in-
termediis totis cinereis, nigri-
canti-terminatis. *Mas adult. pti-
los. aestiv. et hiemal.*

Le petit pluvier à collier.
Buff. pl. enl. n. 921. — *Cha-
radrius curonicus.* *Beseke.*
Schrift. der Berl. naturf. Ges.
7. p. 464. *Gmel., Lath. Char-
adrius fluviatilis, Bechst.*
Charadrius minor Meyer et
Wolf. Taschenb. der deutsch.
Vögelk. 2. S. 324. *Vög. Deutschl.*
1. Heft 15. t. 5. f. 1. *Naum.*
*Vög. t. 15. f. 19. Temm., Cha-
radrius alexandrinus Gmel.*

Var. ♂. (*Ch. erythropus*). *Cha-
radrius philippinus Lath.*

Foem. adult. Frontis et sin-
cipitis fascia minus larga, sin-
cipitis minus distincta.

Meyer et Wolf l. c. f. 2.

Juv. hornot. Remigum retri-
cumque pictura eadem ac adul-
ti; rostro nigro; mandibula sub-
tus basi dilute flava; fascia sin-
cipitis et in loris nigra frontis-
que taenia alba deficientibus, his-
ce partibus et toto corpore su-
pra cinerascens, plumis om-
nibus subtilissime rufescenti-
marginatis; facie rufescenti-la-
vata; corpore subtus a mento
usque ad crissi finem albo, nisi
annulo colli infimi cinereo-nig-
ricante.

Charadrius Hiaticula Var. β.
Lath.

Orbitae laete flavae; irides ob-
scure fuscae. Longitudo totalis
6½", rostri solius a rectu 6¼",
tarsi 10", alae 4" 4", caudae
2" 4". Habitat in *Europa*, im-
primis in *Gallia meridionali*,
Italia, *Germania*, rarius in *Hol-
landia*, porro in *Nubia*, *Aegypt-*
o et in *insulis Philippinis*, po-
tius ad fluviorum et paludum
ripas quam ad littora maris; vi-
tae ratio reliqua eadem quae *Ch.*
Hiaticulae; ponit ova 3-5 ob-
longa, illis *Hiaticulae* multo
minora, albida, punctis magnis

nigris maculisque indistinctis
cinereo-fuscis obsita.

Nota. *Charadrius philippi-
num Lathamii (Char. alex.*
var. ♂ *Gmelini)* huc perti-
nere, ejusdem icon a cl. *Son-
nerato* in tabula 46 operis
sui data satis docet; descrip-
tio illi autem adjecta manca
est.

23. *Ch. semipalmatus.* Digito
externo cum medio usque ad pha-
langem secundam, interno usque
ad primam palama connatis;
fronte, gula, colli postici fascia
et toto corpore subtus unicolori-
bus albis; capite rufescenti-ci-
nereo; vitta sincipitis larga et an-
nulo collum infimum totum am-
biente nigerrimis; loris et vitta
malari obscure fuscis; dorso ac
alarum tectricibus rufescenti-ci-
nereis; remigibus fusco-nigris,
5, 6, 7, 8 juxta scapum albis,
secundariis rufescenti-cinereis
apicibus albis; cauda nigro-fus-
ca versus apicem nigra rectrice
extima albâ, 2, 3 et 4 apice albis.

Charadrius semipalmatus
Caup. Isis 12. 1825. p. 1375. t.
14. (cap. et pes.)

Rostrum aurantium, dextro et
mixa nigrum. Magnitudo *Cha-
radrii minoris*; habitus potius
(secundum descriptionem) *Hi-
aticulae*. Habitat, ut dicitur, in
America septentrionali.

Nota. A dom. *Caup* secundum
specimen in Museo Darmstad-
tensi asservatum descriptus, a
me nondum observatus, at de-
scriptio exhibet speciem sane
distinctam.

24. *Ch. Okenii.* Fronte, regio-
ne rostrum inter et oculos, alis
corporeque subtus a menti in-
itio usque ad crissi finem unicoloribus candidis, exceptis vitta
curvata ad pectoris latera et
striola superior inter oculos maculiformi nigris; alarum tectri-
cibus mediis et majoribus large
albo-terminatis; occipite, dor-
so et caeteris partibus superioribus pallidissime fuscis, non-
nihil ad cinereo-album inclinanti-
bus; remigibus pallide fuscis,

secundariis intus, primariis extus albis, apice fuscis; cauda subaequali subtus media parte alba, versus apicem fusca, rectrice extrema pure alba, sequente alba, macula singula, nigra notata; orbitis stricte flavis. *Adult. ptilos. aestiv.*

Charadrius Hiaticula Wils.
l. c. t. 5. p. 30. t. 37. f. 3.

Adult. ptilos. autumnal. Partibus corporis superioribus multo obscurioribus.

Rostro a basi ad medium rubicundo-flavum, inde nigrum; pedes rubicundo-flavi unguibus nigris; irides fusco-nigrae. Magnitudo *Ch. Hiaticulae*. Habitat per totam aestatem frequens ad maritimam *Americae septentrionalis*, mense Julio in fovea arenae ova 3-4 pariens, pro avis mole magna, obscure argillacea, punctulis numerosis purpurino-rubicundis conspersa; alis subexpansis et voce gridula in arena celerrime currit; hieme appropinquante in regiones australes migrat.

Nota. Vidi hanc speciem distinctissimam in collectione pulchra amici mei dom. *Boilleaud*, inspectoris generalis politiac in rebus navalibus in *Portu Gratiae*. Cl. *Temminck* eam false ad *Charadrium Hiaticulam*, striola in loris nigra praeditum, trahit. (*Man. d'Ornith.* 2. p. 541.)

25. *Ch. pusillus.* Corpore supra cinereo-fusco, subtus albo, pectore fascia transversa partibus superioribus concolore; rectricibus intermediis cinereo-fuscis, apicem versus fascia saturatiore. (*Horsf.*) *Adult.*

Charadrius pusillus Horsf.
Transact. of the Lin. Society
13. p. 187. n. 4.

Juv. Corporis partibus superioribus *Hiaticulae*; loris tectricibusque aurium fuscis; fronte, genis striaque superciliari rufescenti-albidis; collo fascia duplice, suprema candida, infima fusco-cinerea; alulae spuriae plumis et tectricibus remigum

primarium albo-terminatis; rectricibus duabus intermediis ante apicem fascia obsolete nigra, apice ipso albis, caeteris albis, versus apicem macula magna, nigra notatis.

Longitudo totalis 7", caudae solius 2" 2/3, alae ex proportionem longissimae 4", rostri gracilis a fronte 7", myxae 2 1/2", altitudo et latitudo 1 1/2", femorum 5 1/2"; rectrices intermediae laterales ad 2" superant. Habitat in insula *Java*. (*Mus. Moñac.*)

26. *Ch. Wilsonii.* Rostro valido, toto nigro; loris albis stria ad oculos ducta nigra; orbitis strictissime albo-plumulosis; fronte alba postice striola nigra marginata; superciliis, toto collo et corpore subtus unicoloribus candidis, nisi illis postice sordidioribus et fascia colli antici infimi nigra; plumis aurium obscuris postice nec non occipite ad latera rufescenti-lavatis; capitis supremi parte caetera, dorso, scapularibus alarumque tectricibus sordide olivascentibus nonnihil ad griseum inclinantibus; remigibus primariis fusciscenti-nigris, scapo albo; tectricibus alarum mediis et secundariis apice albis; rectricibus nigricantibus, exceptis duabus utrinque lateralibus albidis. *Mas adult.*

Charadrius Wilsonia Wils.
Americ. Ornith. 9. p. 77. t. 73.
f. 5. *Vieill. N. D.* 27. p. 42.

Foemina. Fascia frontali postica, collilla ac striola in loris pallide olivascentibus. (*Wils.*)

Juv. viril. anni. Fronte, superciliis, collo toto-, excepta fascia hoc inferius undique cingente largiuscula, fusciscenti-cinerea-, toto corpore subtus a fascia usque ad crissi finem alarumque tectricibus inferioribus albis; stria in loris vix conspicue cinerascenti-indicata; fascia frontis postica plumulis nigricantibus, albo-terminatis subindicata; sincipite, occipite et regione parotica (hac postice vix conspicue rufescenti-

CHARADRIUS.

lavata), dorso toto alarumque tectricibus superioribus omnibus fuscescenti-cinereis; rectricibus sex intermediis totis dorsi colore, sequente utrinque albidam, intus apicem versus cinereo-fuscescente, 2 utriusque extimis totis albis; alarum tectricibus majoribus et secundariis albo-limbatis; remigibus fusco-nigricantibus, scapo albo, intus parum albo-limbatis.

Charadr. crassirostris *Spi* & *Av. Brasil.* t. 94.

Alae caudae subaequalis apicem attingentes; pedes dilute incarnati; irides fusco-nigrae. Longitudo totalis $7\frac{1}{2}''$, rostri solius ab angulo oris $1\frac{1}{4}''$, tarsi $1''$, partis nudaee tibiae fere $6''$, caudae $1\frac{1}{4}''$, alae $4\frac{1}{2}''$, rostri altitudo ad basin $2\frac{1}{2}''$. Habitat rarus in *New-Jersey* Americae septentrionalis et in *Brasilia*. (*Mus. Paris.*, *Monac.*)

27. *Ch. Leucogaster*. Corpore supra sordide fusco; fronte, vitta supra ac infra oculos, remigibus primariis a basi ad medium usque, illarum scapo et toto corpore subtus candidis; rectricibus sex intermediis fuscis, tribus lateralibus utrinque albis, 1,1 immaculatis, 2,2 macula fusca intus ad apicem, 3,3 apice nigro, 4,4 apice albo.

Charadrius Leucogaster *Auctor*.

Pedes caerulescentes; scapulares remigum longitudinis. Longitudo totalis $6''$ (mens. angl.), rostri solius $1''$. Habitat.... (*Lath.*)

Nota. A *Lathamio* solo observatus et ad exemplum musei *Leveriani* descriptus.

Charadrius leucopolio subsimilis esse videtur.

28. *Ch. leucopolio*. Fronte ac sincipite, collo toto, capite ad latera et toto corpore subtus a menti initio usque ad crissi finem unicoloribus candidissimis; stria a rostro ad oculos et fascia non distincte marginata, larga pone sinciput cinereo-nigris; occipite, dorso toto ac ala-

rum tectricibus superioribus laete ac dilute griseis, fere canis, plumis omnibus limbo parum dilutiore; remigibus nigris, secundariis ex parte albis; alarum tectricibus minoribus albo-limbatis; rectrice quarta nigro-fusca, margine subtiliter albo, proxima ad basin albidam, tertia alba, ad apicem vexilli albi maculis rotundis nigro-fuscis, duabus utrinque extimis unicoloribus albis. *Adult.* (An ptilos. hymal.?)

Charadrius marginatus *Vieill.* *N. D. p.* 138.

Rostrum totum nigrum, pedes nigricantes. Longitudo totalis $7''$, caudae solius $1\frac{1}{4}''$, alae $4''$, rostri ab angulo oris $9''$, tarsi $1''$, digiti intermedii $9\frac{1}{2}''$. Habitat ad caput bonae spei. (*Mus. Paris.*)

Nota. Nomen specificum a cl. *Vieillot* datum* mutandum erat, cum avis haec nullam ptiloseos partem marginatam habeat.

29. *Ch. vociferus*. Cauda elongata, conico-acuta, pallide rufo-aurantia, apicem versus fascia larga, nigra, aurantio-terminata insigni, rectricibus lateralibus extus albis; fronte, regione ophthalmica, stria supra et ultra oculos deorsum ducta, collo toto et corpore subtus inferius a mento usque ad crissi finem candidis, nisi annulo collo infimum totum ambiente et fascia pectorali subsequente nigerrimis; frontis margine postico et vitta ab oris angulo deorsum ad aures ducta, ibi latiuscula et inde in occipite excurrente olivaceo-nigricantibus; vertice occipiteque olivaceofuscis; dorsi plumis scapularibus alarumque tectricibus minoribus olivaceofuscis, fuscescenti-flavo limbatis; remigibus primariis nigris; alula tectricibusque majoribus albo-terminatis; uropygio caudaeque tectricibus superioribus rufo-aurantiis. *Mas* et *Foem. adult.*

Catesb. *Carol.* 1. t. 71. *Charadrius vociferus* *Auctor*.

Wils. Americ. Ornith. 7. p. 73
t. 59. f. 6.

Juv. Pectoris fascia e maculis nigris composita; dorsi plumis ac alarum tectricibus minoribus rufescenti-marginatis; rectricibus binis intermediis griseofuscis, apice rufescentibus; rostro pedibusque coerulescentibus.

Pluvier à collier de St. Domingue. Buff. pl. enl. n. 286.

Charadrius torquatus (Var. β . *Ch. torquati*) *Auctor.* *Charadrius jamaicensis* *Auctor.*

Rostrum totum nigrum; orbitae scarlatino-rubrae; oculi magni iride fusco-nigra; pedes pallide fuscescenti-flavi; rectrices 2 intermediae caeteris ad 1¹/₂ longiores. Longitudo totalis 10¹/₂. Habitat in *America septentrionali* a *St. Domingo* ad *Canada* usque, frequens in *Virginia*, *Carolina*, *Luisiana* et *Jamaica*, per totum annum sedentarius; nidum struit in forma foveae ex ostreorum fragmentis sibi adpressissimis margine elevatum, in quo foemina ut plurimum ova 4 ponit, 1¹/₄ longa, fuscescenti-flavida, dense nigro-maculata; avis inquietissima, clamosissima, imprimis ab ovis adversarios avergens; ab incolis ob vocem suam *Kildir* nominatur. (*Mus. Paris., Berol.*)

Nota. *Charadrius jamaicensis* auctorum huc pertinere, icon hujus avis a *Sloane* data, caeteris pessimis melior attestet; avem illa juvenilem exhibet, sicut descriptio. Orbitas (eyelids), non irides, ut hoc *Gmelinus* habet, in ave aurantias esse ait *Sloane*.

30. *Ch. bitorquatus*. Fronte (pone haud nigro-marginata) cum vitta utrinque supra et ultra oculos ducta, in nucha connexa, alarum margine et tectricibus inferioribus corporeque toto subtus albis, exceptis annulo colli infimi et fascia pectorali subsequente nigerrimis, fas-

ciam medio albam, utrinque apice ad cervicis latera flexam includentibus; capite loris colloque ad latera albo-canescentibus; sincipite, vertice, occipite, collo postico, dorso, scapularibus, tectricibus alarum ac tergo fuscescenti-cinereis, nitore vix ullo virescente; remigibus primariis illarumque tectricibus nigris, limbo albo-terminatis; rectricibus duabus utrinque lateralibus totis albis, nisi intus macula rotundata nigricante, sequentibus tribus a basi ultra medium cinerascensibus, fascia sequente nigricante, largiuscule albo-terminata, 2 intermediis totis cinerascensibus; remigibus secundariis dorso concoloribus, albo-limbatis.

Charadrius tricollaris Vieill. N. D. 27. p. 147. Charadrius bitorquatus Lichtenst. Berl. Vög. Verz. S. 71. (Petit pluvier à double collier Temm. Catal. p. 262.)

Juv. Fasciis duabus pectoralibus minus saturate nigris, nonnihil ad fuscum inclinantibus, partibus superioribus minus laetis.

Charadrius indicus Auctor.

Rostrum a basi ad medium aurantium, inde nigrum; pedes aurantii; cauda subgradata, alas multo transcendens. Longitudo totalis 6¹/₂-7¹/₂, rostri solius ab oris angulo 3¹/₂, tarsi 1¹/₂, caudae 2¹/₂. Habitat frequens in *Africa meridionali*. (*Mus. Paris., Monac.*)

31. *Ch. trifasciatus*. Facie tota, gutture, pectore et rectricibus tribus lateralibus albis; fascia inter oculos, altera jugulum inter et pectus et tertia latiore inter pectus et abdomen nigerimis; vertice summo et cervice rufis; dorso griseo. *Adult.* *Charadrius bifasciatus Lichtenst. Berl. Vög. Verz. S. 71.*

Juv. Griseus, vertice concolore, subtus albus, fascia jugulari et pectorali griseis.

Longitudo 7¹/₂-8¹/₂, tarsi con-

CHARADRIUS.

stanter 15^{ll}. Habitat in *Brasilia*. *Lichtenst.* (*Mus. Berol.*)

32. *Ch. Albifrons*. Vertice, occipite et nucha ochraceo-rufescentibus; macula magna utrinque ad pectoris latera, altera angulosa in sincipite et stria stricta in loris, pone oculos latiore, dilutiore, nigri; fascia frontis largissima, superciliis, genis, torque nuchae, mento, collo antico et laterali, toto corpore subtus, alarum caudaeque tectricibus inferioribus candidis; dorso toto, scapularibus alarumque tectricibus minoribus dilute et pure cinereis; alarum tectricibus majoribus apice, remigibus secundariis ex parte extus albis; remigum scapo fusco, versus apicem fuscum albo; reetricibus utrinque 3 lateralibus totis candidis, sequente dilutissime cinerea, margine externo albedo, quatuor intermediis totis cinereis. *Mas adult.*

Charadrius cantianus. *Lath.* Suppl. — *Charadrius littoralis* *Béchst.* *Naturg. Deutschl.* 4. t. 23. f. 1. *Charadrius Albifrons* *Meyer* et *Wolf* *Taschenb.* — *Vög. Deutschl.* Heft 15. t. 4. — *Temm.*

Foem. adult. Sincipite loco maculae angulosae stria stricta nigra notato; frontis fascia alba angustiore; maculis ad pectoris latera, stria rostrum inter et oculos et pone ultimos ducta fusco-cinereis; capitis nuchaeque rufedine griseo-tincta.

Juv. hornot. Capite absque nigredine; fronte, superciliis et nuchae fascia parum albo-indicatis; macula utrinque ad pectoris latera dilute fusca; corporis partibus superioribus dilute fusco-cinereis.

Charadr. alexandrinus *Hasselq.* *Reise* S. 310. — *Char. albif.* *Meyer* et *Wolf* l. c. t. 4. (figura ea, quae falso sub nomine *foeminae*).

Rostrum pedesque nigri; irides fusco-nigrae. Longitudo totalis 6-6½^{ll}, rostri ab oris angulo 8^{ll}, tarsi 13^{ll}. Habitat in *Europa*, frequentissimus in *Hollandia*,

in *Anglia*, *Gallia meridionali* et *Germania* imprimis boreali, porro in *Aegypto*, *Nubia* et *Tartaria* in maritimis, rarissimus ad fluviorum et paludum littora; in fovea aut conchis aut arena exstructa ova 3-5 pariens, flavo-olivascens, punctis magnis et parvis irregularibus, fusconigricantibus notata.

Nota. Secundum cl. *Temminckium* ptilosis aestivalis aptilosi hyemali non diversa est.

— Cl. *Hasselquistii* descriptio hujus avis optima, primo a *Linnaeo* adjecta illi descriptione *Charadrii a Brunnichio* descripti, dein ab aliis auctoribus mutilata et hucusque a nullo eorum recognita erat. — *Charadrius alexandrinus Linnaei* et *Auctorum* (exclusis varietatibus), e descriptionibus diversis ortus, e systemate avium prorsus amovendus est.

35. *Ch. ruficapillus*. Fronte, sincipite, capite et collo ad latera et toto corpore subtus a mento usque ad crissi finem candidissimis; stria ab oris angulo ad oculos, et altera transversa pone frontem nigri; occipite et toto collo postico rufis; dorso toto, alarum tectricibus et reetricibus quatuor mediis pure cinereis, reetricibus caeteris lateralibus albis; tectricibus alarum majoribus apice et remigibus secundariis ex parte albis; remigibus nigri. *Mas adult.*

Charadrius marginatus *Geoffr.* in *Mus. Paris.* *Charadrius ruficapillus* *Temm.* pl. col. t. 47. f. 2.

Rostrum totum nigrum; pedes fusciscentes. Longitudo 5^{ll} 6^{ll}. Habitat in *Nova Hollandia*. (*Mus. Lugd., Paris.*)

34. *Ch. Azarae*. Fronte, facie, stria stricta supra oculos et parum pone illos deorsum ducta ac toto corpore subtus a menti initio usque ad crissi finem unicoloribus albis, nisi stria ab oris angulo ad oculos ducta, regione parotica, macula sincipi-

tis larga fasciaque colli antici infimi nigris; fascia pone sin-
cipitis maculam supra occipitis
collique latera ad colli fasciam
ducta rufa; occipite, dorso, sca-
pularibus alarumque tectricibus
cinereis, occipite et collo pos-
tico quasi subrufescenti-pulve-
rulentis; remigibus fuscescen-
tibus, apice obscuriore; scapo
alho, intus vix dilu-
tioribus, secundariis vix albedo-
terminatis; reetricibus 3 extimis
totis albis, sequente cinerea,
apice extimo albo, quatuor in-
termediis totis dorso concolo-
ribus; alarum tectricibus infe-
rioribus anticis albis, posticis
cinereis. *Mas et Foem. adult.*

Mbatuitui à collier noir Az.
n. 392. *Charadrius collaris Vi-*
eill. N. D. 27. p. 136. *Chara-*
drius Azarae Temm. pl. col.
n. 184. — *Lichtenst. l. c.*

Juv. Adulto similis macula
aurium dilutiore, dorsi plumis
ac scapularibus subrufescenti-
limbatis.

Rostrum totum nigrum, excep-
ta mandibula subtus basi flavi-
da; pedes albido-flavidi. Lon-
gitududo totalis $5\frac{3}{4}$ - $5\frac{1}{2}$ '' , rostri ab
osis angulo $7\frac{1}{2}$ '' , tarsi fere 1'' ,
caudae fere 2'' , alae $3\frac{3}{4}$ '' . Ha-
bitat in *Paraguayae* et *Brasilia*
ad fluviorum et paludum littora,
in sicca quoque terra, solitarius
aut per familias, etiam noctiva-
gus. (*Mus. Paris., Mōnac.*)

γ. *Ch. ptilosi varia* *).

35. *Ch. obscurus.* Fronte, gula
et collo antico albidis; collo
striis pallidis et obscuris, ad
latera lineolis transversis vario-
loso; remigibus caudaque nig-
ris; toto corpore supra nigri-
cante; collo infimo, pectore et
caeteris partibus posticis obs-
cure flavo-ochraceis, rubicundo-
lavatis.

Charadrius obscurus Forst.
Icon. inedit. t. 122. *Lath.,*
Gmel.

Scolopace Gallinagine ma-
jor; rostrum nigrum; pedes coe-
rulescentes, unguibus nigris.

Habitat in *Nova Seelandia*, ubi
ab incolis *Hapoho-ēra* nomina-
tur. (*Forst., Lath.*)

36. *Ch. Xanthocheilus.* Corpore
supra fusco, pluma quavis au-
reo-flavo-marginata, subtus al-
bo, nisi pectore obscure fuscen-
cente; remigibus fuscis, scapo
versus apicem albo, secunda-
riis primariorum longitudinis,
omnibus caudam superantibus;
cauda fusca, reetricibus in utro-
que latere dilutius maculatis.

Charadrius fulvus var. β.
Lath., Gmel.

Longitudo 8'' (mens. angl.) ro-
stri solius 1'' , pedum et caudae
2'' . Rostrum obscure fuscum;
pedes flavicantes. Habitat....

Nota. Avis a cl. *Lathamio*
solo ad exemplum musei *Lever-*
eriani descripta, *Charadrio*
pluviali, ptilosi hyemali praed-
dito, et *Ch. fulvo* similis esse
videtur.

37. *Ch. fulvus.* Capite supra,
dorso ac uropygio nigris, plumis
fulvo-flavo marginatis; fronte
ac gutture albo-adumbratis; pec-
tore fulvo, nigro-maculato, par-
tibus caeteris inferioribus obs-
cure albis, nigro-maculatis;
alarum tectricibus minoribus et
mediis nigris, fulvo-maculatis;
majoribus fusco-nigricantibus,
albo-terminatis, unde alarum
fascia; remigibus fusco-nigri-
cantibus, scapo albo; reetrici-
bus illis concoloribus, fasciis
albicantibus.

Charadrius fulvus. Forst.
Icon. inedit. t. 124. *Lath.,*
Gmel. (absque Var. β.)

Vanello minor, $12\frac{1}{2}$ '' l. (mens.
angl.). Rostrum nigrum; pedes
coerulei, unguibus nigris, obtu-
sis; irides coerulescenti-nigri-
cantes. Habitat ad littora et in
paludosis insulae *O-Tahiti*.

Nota. A cl. *Forsteris* in insu-
la supra dicta detectus et a
Lathamio ad exemplum ab
iisdem datum descriptus. Me
nec hanc speciem nec adjectam
ii varietatem in natura
vidisse fateor, utriusque au-

*) *Charadrius Auctor.*

tem vestimenta et magnitudo diversa earum separationem absque haesitatione permittunt.

38. *Ch. Morinellus*. Vertice et occipite cinereo-nigricantibus; vitta utrinque supra oculos largiuscula occiput cingente, vix rufulo-tincta, fascia pectorali angusta antice nigro-marginata, scapo remigis primae, ventre crissoque candidis; pectore toto ferruginescenti-cinereo; regione scrobiculari nigra; facie tota alba, fusco-conspersa; collo toto unicolore griseo-fusco; dorso, tergo, scapularibus alarumque tectricibus omnibus cinereo-nigricantibus, virescentilavatis, pluma quavis rufo-limbata; reetricibus dorso concoloribus, extima margine externo et cum sequentibus apice albo, intermediis unicoloribus; remigibus totis fusco-nigricantibus, scapo fusco. *Mas adult. ptilos. hyemal.*

Mas adult. ptilos. aestiv. Facie ac superciliis pure albis, vertice et occipite nigricantibus; nucha collique lateribus cinereis; pectoris fascia alba, superne fusco-marginata; pectore lateribusque laetissime rufis; regione scrobiculari saturate nigra; abdomine albo-rufescente; dorsi alarumque plumis saturate rufo-limbatis.

Le Guignard Buff. pl. enl. n. 832. *Charadrius Morinellus Gmel.* cum var. γ . *Lath.* absque var. β . *Charadrius tataricus* et *Ch. sibiricus Auctor.* *Naum.* Vög. t. 12. f. 16.

Foem. Macula regionis scrobicularis parum conspicua aut plumis albis varia; pectoris lateralis rufedine saepius cinereotincta.

Juv. Magis cinereo-tinctus; capite supra rufescente, maculis longitudinalibus vario; dorsi alarumque plumis minus laete rufo-limbatis; reetricibus dilute rufo-terminatis.

Charadr. Morinellus Gmel. *Lath.* Var. β . *Naum.* l. c. t. 17.

Rostrum nigrum; pedes flavido-grisei, virescenti-tincti; irides fuscae. Longitudo totalis $9\frac{1}{4}''$, rostri ab oris angulo $\frac{3}{4}''$, tarsi $1''\ 2\frac{1}{2}'''$, digiti intermedii fere $10'''$, caudae $2\frac{1}{4}''$. Habitat in *Siberia* et ad lacus salso desertorum *Tatariae* australium, gregarius migrans in *Europa*, locis desertis campestribus et paludosis, in *Anglia*, *Francia* et *Germania*, rarissimus in *Hollandia*, frequens in *Italia meridionali* et in *Hispania*; stupidus; viciat insectis ac vermicibus; nidificat in *Russiae* provinciis septentrionalibus.

39. *Ch. jugularis*. Forma *Morinelli*, ii similis; corpore inferne a medio pectore usque ad caudam, fronte, superciliis, capitis lateribus guttureque albis; jugulo pectoreque ex parte ferrugineis, jugulo fascia transversa nigra terminato; remigibus nigris, scapo albo, in 2-5 fusco, mediis albo-terminatis; capite supra, dorso toto alarumque tectricibus griseo-fuscis, ad cinereum vergentibus; cauda subrotundata, fusco-nigricante ad latera albida, apice nigeriore, reetricibus intermediis acutiusculis. *Mas adult. ptilos. vernal.*

Charadrius asiaticus Pall. Reise 2. p. 715. n. 32. *Lath.*, *Gmel.*

Foem. ptilos. vernal. Jugulo dorso concolore; remigibus mediis non albo-terminatis; partibus caeteris maris.

Rostrum pedesque uti *Hiaticulae*. Longitudo totalis $8''$, rostri $9'''$, caudae $2\frac{2}{3}''$, femorum $1''\ 9'''$, tarsi $1''\ 7'''$, digiti intermedii $10'''$. Habitat rarior et solitarius ad lacus salso deserti *tatarici* australioris et (sec. cl. *Horsfield*) in insula *Java*. *Pall.*, *Lichtenst.* (*Mus. Berol.*)

40. *Ch. gularis*. Fronte ad rostrum alba, inde nigra; gula abdomineque niveis; vitta ad rostrum orta nigra, sensim latiore gulam totam annulariter cin-

gente; parte colli caetera juguloque ferrugineis; pectore obsoletiore; dorso cinereo-fuscescente.

Charadrius mongolus *Palas* Reise 3. p. 700. n. 29. *Lath., Gmel.*

Forma et magnitudo *Morinelli*. Habitat solitarius non infrequens circa lacus salso versus *Mongoliae* fines. (*Pall.*)

41. *Ch. pluvialis*. Alarum tectricibus inferioribus candidissimis, marginalibus fuscescenti-tinctis; reetricibus intus unicoloribus fuscescentibus, margine externo albo serrato-maculatis; uropygio caudaeque tectricibus superioribus fuscescenti-cinereis, albido punctulato-fasciolatis; capitis supremi, colli postici, pectoris lateralis et dorsi plumis scapularibusque nigris maculis subrotundis aut marginalibus, parvis, aureo-flavis; capite ad latera, collo antico, pectore medio, ventre toto abdomineque nigerrimis; frontis fascia supra oculos, occipitis, colli, pectoris ventrisque latera ducta crissoque albis, tectricibus alarum superioribus majoribus et mediis cinerascensibus, parum albido-variolosis, majoribus albido-terminatis; mento albido; remigibus fuliginosis, intus parum dilutioribus, scapo fusco, nisi ante apicem parum albo. *Mas et Foem. adult. ptilos. aestiv.*

Edw. t. 140. Charadrius apricarius Gmel., Lath., Ch. pluvialis Naum. l. c. t. 11. f. 15.

Mas et Foem. adult. ptilos. hyemal. Partibus corporis superioribus antecedentis, nisi uropygio caudaeque tectricibus superioribus dorso concoloribus; reetricibus duabus intermediis fuliginosis, fasciis numerosis, rectis, caeteris intus fuliginosis, extus flavo dentato-fasciolatis, extrema utrinque intus quoque versus apicem fascioli nonnullis albidis; fronte, capite et collo ad latera albidis, fuscescenti-variolosis; gula et corpore subtus inferius a pectore to-

to grisescente, dilutius variolosis.

Le Pluvier doré. Buff. pl. enl. n. 904. Charadrius pluvialis Gmel., Lath. cum variet.

β et γ . *Wils. Amer. Orn. 7. t. 59. f. 5.* (sed non t. 57. f. 4 a cl. *Temminckio* false hic citata, *Charadrium hypomelanum* exhibens). *Charadrius auratus Meyer et Wolf. Naum. Vög. t. 10. f. 14. Charadrius virginicus Bechst.*

Av. ptilos. aestiv. induens aut eam mutans. Corpore subtus et collo antico nigris, plumis intermixtis albis.

Juv. hornot. Corporis partibus superioribus nigro-cinereis, maculis cinereo-flavidis.

Rostrum totum nigrum; pedes obscure fusco-nigricantes; irides obscure fuscae. Longitudo totalis 10 $\frac{1}{4}$ " - 10 $\frac{3}{4}$ " rostri a fronte 10 $\frac{1}{2}$ ", tarsi 1 $\frac{1}{2}$ " 6 $\frac{1}{2}$ ", digiti intermedii, excepto ungue, 11 $\frac{1}{2}$ ", caudae 2 $\frac{3}{4}$ ", alae 6 $\frac{1}{2}$ ". Habitat in *Europa* ad *Siberiam* et in *America septentrionali* ad sinum *Hudsonis* usque, porro in insulis oceani pacifici et indici, in *Europa* migrans, gregarius, frequens in *Hollandia*, *Gallia meridionali* et in plurimis *Germaniae* regionibus, hyeme in *Sardinia* frequentissimus, in pratis et locis humidis; nidificat in regionibus borealibus ovapariens 3-4 peracuminata, viridivolascentia, nigro-maculata; victitat insectis, eorum larvis vermibusque; avis timida carne sapidissima.

Nota. Specimina exotica ab illis *Europae* nullo modo distincta sed solummodo parum minor sunt.

42. *Ch. marmoratus*. Alarum tectricibus inferioribus omnibus pure cinereis; reetricibus omnibus totis cinereo-fuscescentibus, fascioliis obscurioribus integris, numerosis, angulis medio antrorsum versis; uropygio caudaeque tectricibus superioribus, dorsi plumis, pilei totius ac scapularibus fusconigricantibus, pluma quavis mar-

gine flavo aut flavido-limbata; remigibus fuliginosis, intus parum dilutioribus, scapo a basi ad medium albo, inde fusco; fronte et vitta supra oculos, aures, colli- pectoris ventrisque latera ducta alba; capite ad latera, mento, collo toto antico, pectore ventresque nigris; crisso albo, plumis nonnullis fusco-fasciolatis. *Mas et Foem. adult.*

Charadrius marmoratus Temink in litt.

Avis biennis. Adulto simillimus, corporis partibus inferioribus nigris plumis intermixtis albis.

Le Mbatuitui à poitrine marbré. Azar. n. 390. (*Descript. opt.*)

Av. hornot. Rectricibus unicoloribus cinerascenti-fuscescentibus, nisi margine apicali subtiliter albo, et rectricibus nonnullis intermediis margine laterali subtilissime albo denticulato-maculatis; dorso medio fusco-nigro, fere unicolore aut (aetate seriore) plumis nonnullis aureo-flavo marginatis; plumis uropygii caudaeque tectricibus superioribus nigris, flavo-conspersis; scapularibus vix ma-

culatis; capite et collo ad latera corporeque subtus a menti initio usque ad crissi finem sordidissime albis, collo antico vix conspicue obscuris varioloso; scaporum albedine minus extensa; gula, fronte et vitta superciliari subconspicue ad albidum inclinantibus.

Le Mbatuitui à poitrine rayée Azar. l. c. n. 389. *Charadrius pectoralis Vieill.* N. D. 27. p. 145.

Rostrum nigrum; pedes nigricanti-plumbei. Longitudo totalis 9 $\frac{1}{2}$ '' , rostri solius a fronte 11'' , tarsi 11 $\frac{6}{10}$ '' , caudae 21 $\frac{7}{10}$ '' , alae 6 $\frac{1}{2}$ '' , digiti intermedii excepto ungue 11'' . Habitat frequens et gregarius in *Paraguayae, Brasiliae et Guianae* campis humidis. (*Mus. Monac.*)

Nota. *Charadrius pluvialis* quidem simillimus at eo minor. Distinguitur facillime alarum tectricibus inferioribus omni tempore cinereis, rectricum pictura alia ac dorsi maculis minus numerosis et minus distinctis. Adsitne, ad modum speciei antecedentis, differentia quoad ptiloseos pecturam hyemalis et aestivae?

B. *Ch. Pedibus tetradactylis.*

a. *Ch. 4-dactyli alis non spinosis**).

43. *Ch. hypomelas.* Digito postico minimo, subunguiculato; plumis subaxillaribus longis, subsubulatis, regione oculos inter et rostrum, gula, collo antice et ad latera, pectore medio ventre lateribusque unicoloribus nigerrimis; fronte, vitta larga supra oculos, colli, pectoris ventrisque latera ducta, alarum tectricibus inferioribus, femoribus et abdomine pure albis; nucha fusco-, nigro alboque varia; occipite, dorso, scapularibus alarumque tectricibus superioribus saturate nigris, pluma quavis large albo-terminata,

scapularibus praeterea tectricibusque majoribus maculis magnis, albis; crissi plumis oblique nigro-fasciatis; rectricibus intermediis albo-nigroque fasciatis, lateralibus fere totis albis, fasciolis largius distantibus, extima tota alba nisi fasciolis duabus apicalibus, obsoletis, fuscescentibus; remigibus fuliginoso-nigris, primariis intus a basi ultra medium, secundariis medio extus et intus, omnibus scapo ex parte albis. *Mas et Foem. adult. ptilos. aestiv.*

Le Vanneau suisse Buff. pl. enl. n. 853. (fig. opt.) *Tringa helvetica Gmel., Lath. Charadrius hypomelas Pall.* Reise 3. p. 699. n. 28. *Vanellus Melanogaster Bechst.* Naturgesch. Deutschl. 4. p. 356. *Meyer Vög. Deutschl.* 2. Hft. 22. *Naum.*

*) *Tringa Lath., Gmel. Vanellus Briss.* et auctorum recentiorum.

Vög. Nachtr. t. 62. f. 117. Temm.
Charadrius apricarius Wils.
 Amer. Ornith. 7. t. 57. f. 4.

Mas et Foem. adult. ptilos.
 hyemal. Fronte, superciliis, ca-
 pite ad latera, collo postico ac
 laterali, pectore ventrisque la-
 teribus albis; striolis longitu-
 dinalibus numerosis cinerascen-
 tibus, pectoris latioribus; gula,
 ventre medio, abdomine, femo-
 ribus, crisso, caudae tectrici-
 bus superioribus alarumque in-
 ferioribus pure albis; plumis
 longis subaxillaribus nigerrimis;
 plumis totius pilei, dorsi, uro-
 pygii, scapularibus alarumque
 tectricibus minoribus obscure
 fuliginosis; maculis parvis, nu-
 merosis, nonnihil e virescente ad
 flavum inclinantibus, subrotun-
 datis aut subangulosis consper-
 sis; remigibus rectricibusque
 speciei antecedentis, nisi rectri-
 cibus apicem versus subrufes-
 centi-tinctis, et lateralibus intus
 totis albis, extus fasciis nume-
 rosas, pallide fuscescentibus.

Le Vanneau varié Buff. pl. enl. n. 923. *Tringa varia* Linn.
 Gmel. (var. β. T. *Squatarolae*)
Tringa Squatarola Lath. Var.
 β. — Naum. 1. c. t. 8. f. 17.

Adult. ptilos. aestiv. induens
 aut mutans. Corpore subtus a
 mento albo usque ad crissum al-
 bum plumis albis nigrisque var-
 rio; frontis, superciliarum col-
 lique lateralis taenia alba sub-
 conspicua; macula atrium nig-
 ricante; regione rostrum inter
 et oculos colloque laterali albis,
 fuliginoso-nigro variolosis; par-
 tibus superioribus adulti ptilo-
 si aestiva induti.

Juv. hornot. Partibus corpo-
 ris superioribus plūs minusve
 picturae adulti ptilosi hyemali
 induti, dilute griseis, albido-va-
 riis; remigibus parum albido-
 terminatis; frontis, supercilio-
 rum, pectoris laterumque ma-
 culis majoribus, pallidioribus;
 rectricum fasciis griseis.

Vanneau gris. Buff. pl. enl. n. 854. *Tringa Squatarola*
 Gmel., Lath. (absque var. β.)
 Meyer Vög. Deutschl. 2. Hft.

22. *Tringa subtridactyla* Ha-
 selq. Reise p. 397. (Descriptio
 optima nec a Linnæo nec ab
 aliis autoribus citata.)

Rostrum totum nigrum, basi
 vix ad olivaceum inclinans; pe-
 des obscure plumbei aut nigri-
 canti-grisei; irides obscure fus-
 cae. Longitudo totalis 11¼", ro-
 stri ab oris angulo 13", tarsi 11"
 7", digiti intermedii excepto un-
 gue 1". Habitat per paria ad flu-
 viorum ostia in *Egypto*, aut per
 familias (5-6) in *America sep-
 tentrionali* a sinu Hudsonis ad
 Louisianae usque, in *Europa*,
 in *Sibiria*, *Russia*, frequens in
 subalpinis pedemontanis, in *Gal-
 lia meridionali*, in *Hollandia*
 ejusque insulis nec non in *Ang-
 lia* frequens ad maritima, rarior
 ad fluviorum littora *Germaniae*,
Helvetiae imprimis, *Austriacae*
 et *Bavariae*, nidificat in regio-
 nibus circuli arctici et in *Asiae*
 confinibus, rarior in insulis *Hol-
 landiae* borealibus, ova 4 dilu-
 tissime olivacea, nigro-macula-
 ta pariens.

Nota. Ad avem juvenilem hu-
 jus speciei pertinet sine du-
 bio Gmelini et Lathamii
Charadrius naevius, a *Bese-
 kio* modo manco descriptus.
 (Schrift. der Berl. naturf. Ges.
 7. S. 464.) — Praesentia digiti
 postici minimi et plumis lon-
 gis nigris subaxillaribus, om-
 ni tempore praesentibus, haec
 species a *Charadrio pluvia-
 li*, cui hyemis tempore si-
 millimus est, facillime distin-
 guitur. — Secundum cl. *Hors-
 field* haec avis in *Java* quo-
 que reperitur. (Transact. of the
 Linn. Soc. 13. p. 186.)

44. *Ch. modestus*. Cinereo-fus-
 cus; gula et ventre albis; fron-
 te, superciliis et colli lateribus
 griseis; pectore núbilo; plumis
 tibialibus et caudae tectricibus
 inferioribus cinereo-rufescenti-
 bus; remigibus, uropygio rectri-
 cibusque intermediis fuscis, ha-
 rum extrema tota alba, secunda
 litura media fusca, tertia et
 quarta apice albis.

CHARADRIUS.

Charadrius modestus. Lichtenst. Berl. Vög. Verz. S. 71.

Statura *Ch. Morinelli*; pedes tetradactyli. Longitudo $9\frac{1}{2}''$, tarsi $16''$. Habitat in *Brasilia*. (*Mus. Paris., Berol.*)

45. *Ch. Heptuschka*. Cinereo-griseus; vertice, occipite, stria a naribus per et ultra oculos ducta, epigastrio remigibusque primariis nigris; regione pone epigastrium inter femora castaneo-fusca; remigibus secundariis, fronte, vitta superciliari nucham ambiente, gula, uropygio crissoque albis; cauda rotundata rectricibus candidis, duabus extimis unicoloribus, caeteris fascia apicali nigra. *Mas adult.*

Tringa Heptuschka. Lepech. Tageb. d. russ. Reis. 1. p. 229.

Foem. adult. Coloribus dilutionibus, imprimis corporis inferioris; verticis plumis nigris, fusco-mixtis.

Tringa fasciata Gmel. Reise 2. p. 194. t. 26. (*fig. pessim.*) *Lath., Gmel.*

Juv. Vertice fusco, albedo-variegato; gula albida.

Charadrius gregarius Pall. Reise 1. p. 456. n. 9. — *Lath., Gmel.*

Forma *Vanelli*; rostrum pedesque tetradactyli nigri. Longitudo $12''$. Habitat in *Europa*, gregarius in *Siberiae* pratis humilibus, in *Astracania*, *Tataria*, *Nubia* et frequens in campestribus ad fluvios *Volga*, *Ural* et *Samara*, ubi ab incolis *Dikeja Pikuliza* aut *Pischik* (*vanellus ferus*) nominatur. (*Mus. Berol.*)

Nota. *Tringa fasciata* huc pertinet; descriptio hujus avis a *Gmelino* completa data, a *Lathamio* autem mutilata reddita est.

46. *Ch. leucurus*. Cauda tota, uropygio, corpore subtus inferius ab epigastrio usque ad crissi finem alarumque tectricibus inferioribus candidis, unicoloribus; pectore et epigastrio ex parte nonnihil ad coeruleo-griseum inclinantibus; remigibus primariis et fascia lata ante apicem

album tectricum mediarum, dorso concolorum, nigris; remigibus secundariis albis, tribus primis apice nigris, ultimis extus versus basin griseis, margine nigro-fuscis, apice albis; dorso, capite colloque obscure rubro-cinereis, nisi gula capitisque lateribus dilutissimis, dorso saturatiore nonnihil ad nitorem purpurinum inclinate et pectore ad latera pallide ferrugineo-flavido lavatis. *Adult.*

Descript. de l'Egypte. Ois. t. 6. f. 2. (*fig. opt.*) *Charadrius leucurus Lichtenst.*, in *Eversmann's Reise nach Buchara*. S. 137.

Rostrum nigricans; pedes laete viridi-flavi, graciles. Longitudo totalis $10''$, rostri $1\frac{1}{4}''$, caudae aequalis $3''$, tarsi $2\frac{1}{7}''$, digiti intermedii $1\frac{1}{4}''$. Habitat in *Egypto*, *Nubia* et *Tataria*. (*Mus. Paris., Berol.*)

47. *Ch. Vanellus*. Occipitis plumis longissimis, strictissimis, singulis, sursum arcuatis, cristam subpendulam formantibus, fronte, toto pileo, mento, collo antico et pectore supremo nigerrimis; collo supremo ad latera et corpore subtus inferius a pectore usque ad crissum candidis; crisso caudaeque tectricibus superioribus lateralibus rufis; superciliis et regione ophthalmica albis parum nigricantibus; collo postico albo-fuscescente; dorso toto scapularibusque aeneo-virescentibus, scapularibus ex parte violaceo-purpurinis; alarum tectricibus superioribus omnibus nigricanti-viridibus, nitore metallico, inferioribus internis albis, externis nigris; rectrice utrinque extima tota alba, nisi iutus medio litura marginali nigricante, caeteris a basi ad medium albis, inde nigris, subtiliter albidotermiatis; remigibus primariis totis nigris, 2 primis griseo-albido termiatis, secundariis basin versus albis; pedibus rubro-fuscis. *Mas adult. ptilos. hyemal.*

Mas adult. ptilos. vernal. A

ptilosi hyemali nisi nitore in dorso et alis dilutiore pectoreque saturatus nigro vix diversa; pedibus dilute rubicundis.

Le Vanneau Buff. pl. enl. n. 142. *Tringa Vanellus Lath., Gmel. Vanellus cristatus Bechst., Meyer, Temm., Naum.* Vög. Deutschl. t. 14. f. 18.

Foem. adult. Mari simillima, ab eo gutture pectoreque minus saturate nigris vix distinguenda.

Juv. hornot. Adulto similis, crista brevior; regione infra oculos nigricante; gula et collo antico albo aut albo et fuscocinereo variis; plumis corporis superioris et pectoris nigri flavo-ochraceo limbatis.

Stor. degl. uc. 5. t. 479. *Vanellus Briss.* Ornith. p. 94. 5. t. 8. f. 1. *Charadrius Gavia Lichtenst.* Catal. p. 70.

Pullus. Gula, collo antico et corpore subtus sordide albis; pectore nigro; capite supra et nucha sordide rufo-fuscescentibus maculis numerosis nigris, in forma striae positis; corpore supra, alis uropygioque sordide et dilute rufescenti-fuscescentibus, maculis numerosis nigris striolisque transversis obsoletis.

Varietates. α. Pure albus. (*Sepp.* Nederl. Vog. 4. t. p. 371).

β. Albo-flavidus coloribus ordinariis perlucentibus. γ. Ptilosi plumis intermixtis albis varia.

Rostrum nigricans; irides obscure fuscae. Longitudo totalis 13-13½", rostri solius a fronte 1", tarsi 1½", alae 8¾", caudae fere 4½". Habitat gregarius per totam Europam, in Nubia et in Aegypto in pratis humidis et paludosis et ad lacuum fluviorumque littora, in gramine sicco terrae instrato ova 3-4 pariens sordide olivacea maculis magnis parvisque nigris obsita, versus apicem obtusiorum congestis, ex quibus incubante et multiplici astu adversarios avertente foemina, post tres septimanas prodeunt pulli; caro sapida et ova inter delicias mensae; cla-

mat clara voce distinctissime *Kihwitt*; victitat vermibus, limacibus et insectis parvis; migrat hyeme appropinquante in Aegyptum (?)

Nota. Speciem hanc *Cantschatkam, Persiam*, quoque et *Sinam* (?) inhabitare dicitur. — *Charadrius Gavia Lichtensteinii* avis est hornotina avis adultae ptilosi se indens. Specimina nonnulla initio Aprilis et regionibus australioribus redeuntia a me occisa ptiloseos mutationem nondum peregerant, et talem picturam, qualem *Lichtensteinii Ch. Gavia* exhibet, praebuerunt. Ex quoque affirmatione a clis. *Temminck* et *Boie* mihi facta, *Gaviae* exemplum a *Lichtensteinio* ad museum Leidense missum examinantibus, haec a *Vanello* non distinguenda est.

β. *Ch. 4-dactyli alis calcaratis**)

48. *Ch. Lampronotus.* Occipite plumis pluribus elongatis, strictissimis, pendulis, nigris; fronte, postice stricte albido-marginata, stria a mento in collo antico medio ad pectus ducta, lateraliter stricte albo-marginata, pectore, epigastrio remigibusque totis nigerrimis, nonnihil chalybeo-micantibus; alarum tectricibus inferioribus et corpore subtus inferius ab epigastrio usque ad crissi finem unicoloribus albis; cauda a basi ad medium alba, inde nigra, subtiliter albo-terminata; pileo, capitis lateribus, collo laterali et postico cinerascensibus; uropygio cinereo-fusco, nitente; dorso toto, scapularibus cinerascensibus viridibus, aeneo-nitentibus, scapularibus nitore nonnullo intermixto aureo-purpuripo; alarum tectricibus minoribus obscure viridibus, ex parte violaceo-nitidis, majoribus internis canescentibus, ex-

*) *Tringa Lath.* — *Parra Gmel., Vanellus Briss.* et auctorum recentiorum.

CHARADRIUS.

ternis albis; alis spina magna, acuta, albida armatis. *Mas et Foem. adult. (ptilos, aestiv.)*

Teruteru. Azar. n. 386.

Avis adult. tempestate pluviarum (?). Gula nigra, collo toto griseo-albido; occipite fusco; partibus caeteris ut avi ptilosi aestiva praeditae.

Vanneau armé de Caj. Buff. pl. enl. n. 836. Parra cajennensis Linn., Gmel. Tringa cajannensis Lath.

Juv. Alarum spina brevior, obtusior; crista plumis nonnullis longiusculis indicata; sinu capite albido; fronte nigra, albo-variolosa; collo antico albo nisi taenia a mento ad pectus usque ducta intermedia pectoreque nigris; collo postico ac laterali occipiteque dilutioribus; partibus caeteris adulti.

Pullus. Gula et collo antico albis, postico, laterali et nucha fuscis albido variis; occipite circulo parvo nigro; cervice, capite et corpore supra nigricantibus, confuse rufo-variolosis, scapularibus alarumque tectricibus radiolis rufis; partibus caeteris adulti, minus saturatis.

Rostrum ultra medium rubrum, inde nigrum; pedes obscure sanguineo-rubri, digitis plumbeo-tinctis; irides scarlatino-rubrae; forma undique *Ch. Vanelli*. Longitudo totalis 13-13½", rostri solius a fronte 1¼", tarsi 3", digiti intermedii, excepto ungue, 14". Habitat in *Paraguayae, Brasiliae, Cajennae* terris planis, per paria, rarior gregatim volans, voce sonora, acri, noctu quoque audientia, viatores et venatores sequens; corporis motus *Vanelli*; nidificat ab Octobri ad Decembrem, in nido e plantarum fibris composito aut in terra ipsa ova 4 et ultra pariens, dilute olivacea, nigro-marmorea; pullos suos, alis ad pedes demissis, aut iisdem expansis saltus ad hostem faciens, et horribili modo clamans acriter defendit; caro sapidissima; victitat insectis; facillime mansuefaciendus. (*Mus. Paris., Monac.*)

49. *Ch. atrogularis.* Membrana nuda, longitudinali, subelevata superius ante oculos, rubro-flava; fronte, vertice, occipite, collo postico et toto antico ad pectus usque nec non remigibus nigerrimis; vitta utrinque ab oculorum cantho postico versus colli pectorisque latera ducta, pectore, toto corpore inferiore et vitta alarum obliqua in tectricum majorum apice albis; dorso, scapularibus alarumque tectricibus minoribus fuscis cinereis, nitore purpureo imprimis in alis; cauda alba fascia subintermedia nigra, exceptis tectricibus duabus intermediis aequo modo pictis sed griseo-purpurino terminatis. *Adult.*

Vanneau armé des Indes. Buff. pl. enl. n. 807. Parra goensis Gmel., Tringa goensis Lath.

Pedes flavii; orbitae rostrumque rubra, hoc apice nigrum; spinula alarum compressiuscula, caesia. Statura *Ch. Vanelli* sed pedibus multo longioribus. Habitat in *Bengala, Tranquebaria.* (*Mus. Paris.*)

50. *Ch. gallinaceus.* Rostro citreo-flavo basi vix et apice supra sub-fuscescente; membrana magna loris affixa ad oculos usque protensa inferius acuminata, pendula, superior rotundata, elevata, flava; capite supra toto et occipite, vitta collum totum posticum et laterale ex parte obtegente utrinque ad pectoris latera ducta nigerrimis; genis, collo laterali ac antico, pectore et toto corpore subtus cum crisso, alarum tectricibus inferioribus et caudae superioribus candidis; dorso toto alisque extus totis pure cinereis, exceptis tectricibus majoribus potius griseis; cauda alba fascia apicali largissima nigra, albo-terminata; remigibus totis nigris. *Adult.*

Vanellus gallinaceus Temm. in *Mus. Paris.*

Pedes sanguineo-rubri; *Vanellus* robustior, ejusdem forma,

Longitudo totalis $14\frac{3}{4}''$, rostri a fronte $1'' 2\frac{1}{4}'''$, tarsi $2\frac{3}{4}''$; spina alarum valida ac acuta, flava, apice fusca; hallux parvus. Habitat in insula Timor. (Mus. Paris., Lugd.)

Nota. Vieillothanc speciem distinctissimam pro varietate *Ch. atrogularis* copiose describit. (N. D. 35. p. 208.)

51. *Ch. lobatus*. Membrana ad capitis latera, oculos ambiente, acuminata, pendula, flava; pileo et occipite nigris; collo et toto corpore subtus albis, nisi pectoris lateribus nigris; dorso alisque extus olivaceo-ferrugineis; remigibus caudaeque apice nigris, hac albo-terminata.

Tringa lobata Lath. Suppl.

Rostrum pallidum; spina alarum valida, flava; irides flavae; pedes nigri, ad genua et supra illa rosei. Longitudo $19''$ (mens. angl.) Habitat in Nova Hollandia. (Lath.) An descriptio accurata?

52. *Ch. Callaeas*. Membrana rostrum inter et oculum luteo-aurea, supra oculum ducta et deorsum acuminata dependente; pileo toto et occipite nigerrimis; collo supra, dorso, uropygio, scapularibus, alarum caudaeque tectricibus superioribus unicoloribus griseo-fuscis; capite ad latera, gula, collo toto, antico, pectore, ventre, lateribus, femoribus, crisso, alarum tectricibus inferioribus sicut et superioribus majoribus albis, nonnihil in fulvum vergentibus; remigibus nigris, tribus primis saturate griseo-fusco terminatis, ultimis in exortu griseis; ala notha griseo-fusca; cauda alba, parum fulvescenti-lavata, fascia apicali larga, nigra, subtilissime albo-fulvescente terminata; spina alarum acutissima, flava.

Vanellus ludovicianus armatus. Briss. Ornith. 5. p. 114. t. 8. f. 2. *Vanneau armé de la Louisiane* Buff. pl. enl. n. 835.

Parra ludoviciana Lath. absque var. β .

Forma *Ch. spinosi*, gracilior; rostrum aurantium; pedes saturate rubri unguibus nigricantibus. Longitudo totalis $11\frac{1}{2}''$, rostri ab angulo oris $1'' 2\frac{1}{2}'''$, caudae $3'' 9'''$, tarsi $2'' 9'''$, digiti intermedii cum ungue $1'' 2'''$. Habitat in Ludovicia (??). Briss.

53. *Ch. albicapillus*. Membrana utrinque loris affixa gracili, lutea, parum ultra frontem elevata deorsum pendula et in acumen desinente; fronte et siu-cipite albis; mento et gula nigerrimis; cauda alba, fascia apicali nigra, lata, albo-terminata; capite, colli parte superiore, dorso, uropygio, scapularibus alarumque tectricibus superioribus minoribus omnibus griseo-fuscis; parte colli inferiore, pectore, ventre supremo lateribusque eodem colore imbutis, multo autem dilutiore; ventre imo, caudae tectricibus inferioribus et superioribus, alarum majoribus et remigibus dorso finitimis albidis; remigibus nigris, intus basin versus albidis; alis spina acuta, nigra armatis. *Adult. (?)*

Vanneau armé du Sénégal. Buff. pl. enl. n. 362. (fig. mediocr.) *Parra senegala* Lin n., Gmel. *Tringa senegala* Lath.

Juv. (?) Adulto simillimus, genis, collo laterali et antico infimo in fundo albo longitudinaliter nigricanti-striolatis, partibus corporis superioribus dilute fusciscenti-cinerascentibus, tectricibus mediis margine externo, femoribus crissoque albis.

Vanellus albicapillus Vieill. N. D. 35. p. 205.

Rostrum pedesque flavido-virides, hoc supra versus apicem nigrum, illi supra genua aurantio-tincti. Forma *Ch. Lampronoti*, eo multo gracilior. Longitudo totalis $22''$, rostri solius ab angulo oris $17'''$, tarsi $37'''$, caudae $3'' 2'''$, digiti medii cum ungue $1'' 2\frac{1}{2}'''$; alae acutae, cau-

CHARADRIUS.

dam transcendentes. Habitat in *Senegambia*; vitae ratio eadem quae *Ch. Vanelli*. (*Mus. Paris.*)

Nota. Distinxi recte avem *adultam* ab *juvenili*? Ultimo dictam vidi in Museo Parisiensi, ab adulto (?) nisi notis indicatis nullo modo distinguendam: ut nil dicam de specie propria.

54. *Ch. macropterus*. Griseofuscus; alis longis, acutis, caudam multo transcendentibus; capite et collo supremo, ventre et abdomine unicoloribus nigris; colli parte caetera antica, pectore alisque extus saturate cinereis; membrana flava loris affixa divaricata, parte inferiore pendula, magna, acuminata, altera ad frontis latera elevata, trigona; alarum tectricibus inferioribus, crisso et cauda albis, hac fascia subapicali nigra; alis spina magna, acutissima, nigra armatis. *Adult.*

Vanellus macropterus Cuv. in *Mus. Paris.* *Vanellus tricolor* Horsf. *Transact. of the Linn. Soc.* 13. p. 186.

Pedes tetradactyli alti, graciles, virescentes; rostrum nigrum, basi flavum. Longitudo $1\frac{1}{2}$ ''; forma *Ch. spinosi*, eo gracilior. Habitat in *Java* insula ab incolis *Terek* nominatus. (*Mus. Paris.*)

55. *Ch. Brissonii*. Membrana utrinque rostrum inter et oculum lutea, supra oculum ducta et acuminata deorsum dependente; capite, collo supra, dorso, uropygio, alarum tectricibus minoribus, remigibus dorso proximis, scapularibus caudaeque tectricibus superioribus dilute fulvis; gula, collo antico, pectore, toto corpore subtus ad crissi finem usque ac alarum tectricibus inferioribus ex dilutissimo fulvo ad roseum nonnihil inclinantibus; remigibus primariis fulvo-fuscescentibus, intus maxima parte dilutioribus, dorso vicinioribus longis, acutis et remigum primariarum extremitates fere pertingentibus; reatricibus duabus intermediis

dilute fulvis, lateralibus extus concoloribus, intus dilutissime fulvis, ad roseum vergentibus; alis spina acutissima, longa, flava armatis.

Vanellus dominicensis armatus *Brisson*. 5. p. 118. n. 8. *Pararadominica* *Gmel.* *Tringa ludoviciana* var. β . *Lath.*

Rostrum, pedes unguesque flavi. Longitudo totalis 11 '' , rostri ab oris angulo 1 '' 2 ''' , caudae 2 '' 6 ''' , tibiae partis nudae 1 '' 9 ''' , tarsi 3 '' , digiti intermedii, cum ungue, 1 '' 2 ''' , postici 1 '' 1 ''' , spinae ulnae 3 '' 1 ''' . Habitat in insula *St. Dominico* (??) *Brisson*.

Nota. Avem hanc a cl. *Brissonio* secundum exemplum naturale descriptam in nullo museo zoologico observavi. Nonne *Asiae* aut *Africae* incolae?

Observationes.

I. *Species dubiae a me non visae.*

1. *Charadrius magnirostris* *Latham*. *Suppl.* — (*Oedienemus magnirostris* *Shaw* *Gen. Zool.*) Rostro nigro, valido, lato, *Todi* illi simili; partibus corporis superioribus coerulescenti-griscis, nigro-striolatis, subtus pallide cinereis aequo modo striatis; fronte, vertice ac regione parotica maculis minutis nigricantibus; remigibus nigris macula alba notatis; pedibus obscure coeruleis. *Nova Hollandia.*

Cl. *Illiger* secundum hanc descriptionem ex hac ave genus *Barhini* constituit, quod autem sine avis autopsia, a cl. *Lathamio* sine ullo dubio secundum picturam descriptae, haud adoptarem.

2. *Charadrius griseus* *Lath.* *Suppl.* — Corpore supra pallide fusco, subtus albo; pileo nigro; remigibus nigris, albo-maculatis; cauda et rostro obscuris; pedibus coerulescentibus; iridibus avellaneo-fuscis. *Nova Hollandia.*

3. *Charadrius fuscus* *Lath.* *Suppl.* — Corpore supra fusco-nebuloso, subtus fuscescenti-al-

CHARADRIUS.

bo, subvariegato; cauda nigra maculis albis; rostro nigro; pedibus plumbeis; iridibus flavis. Habitus *Ch. pluvialis*. Nova Hollandia.

4. *Charadrius Hiaticula Lathamii*, varietas sub littera γ descripta (*Gmelini* var. β). Griseo-cinereus; fronte collarique albis; cauda ultima medietate nigra, apice ferruginea; rostro nigro; pedibus pallidis. Longitudo $6\frac{1}{2}$ " (mens. angl.). Habitat, sec. *Lath.*, in maris pacifici insula *Owhyhee*, in *Cajenna* et in *sinu Hudsonis*.

5. *Charadrius heteroclitus Lichtenst.* Rer. nat. catal. I. 1793. p. 33. n. 309. *Meyer* Zool. Annual. 1. p. 157. *Der sonderbare Regenpfeifer Bechst.* in *Latham*. Uebersetz. Pedibus flavis, tridactylis, digito uno reliquis duobus anticis subaequali retro-verso (?); rostro recto, acuminato, obtusiusculo, obscuro, apice nigro; naribus linearibus; corpore supra fusco, subtus albo; remigibus nigris, scapis fuscis versus apicem aureis; rectricibus extimis albis,

intermediis nigris. Longitudo totalis 8", rostri $\frac{3}{4}$ ", pedum $2\frac{1}{2}$ ". *Guinea*. Dicit el. *Lichtenstein* genus peculiare ex hac ave sub denominatione *Pi-pi* formari posse.

6. *Tringa Erythropus Scopoli* a *Lathamio* et *Gmelino* inter *Vanellos* recepta, secundum meam est sententiam *Totanus fuscus Leisleri* et *Temminckii* (*Scolop. curonic.*, *S. cantabrigens.*, *S. Totan.*, *S. fusc.*, *S. atra Lathamii* et *Gmelini*) sed *Scopoli* descriptio hujus avis imperfecta iudicium absolutum non concedit.

II. Species ad genera diversa pertinentes.

1. *Charadrius Himantopus*. Vide genus *Himantopus*.
2. *Charadrius Melanocephalus*, *Ch. africanus*, *Ch. alexandrinus* var. β . *Lath.* (*Ch. alexandr. aegypt.* β . *Gmel.*) Vide genus *Cursor*.
3. *Charadrius rubidus*, *Ch. Calidris* et *Tringa Calidris*. Vide genus *Calidris*.

79

G E N U S C U R S O R . *

R O S T R U M capite brevius aut ejusdem longitudinis, mediocre, durum, rectiusculum aut subarcuatum, acutum, tomis integrum, subaequale, basi depressiusculum, versus apicem convexiusculum, culmine subcarinatum.

N A R E S subbasales, laterales, ovato-acuminatae, subamplicae, patulae, superius acie emergente marginatae.

L I N G U A basi plana, apicem versus canalis speciem formans, apice obtuso parum emarginata et paullulum lacera**).

F A C I E S plumis obsita.

P E D E S grallarii, elongati aut mediocres, cursorii, acrodactylis scutulati, tridactyli: digiti omnes antici, breves aut mediocres, internus trium minimus totus liber, externus cum intermedio membrana basali strictissima conjunctus; ungues parvi, acuminati.

A L A E mediocres, tectricibus majoribus longis.

C A U D A mediocris, aequalis e rectricibus 12 rectis, apice obtusis composita.

P T I L O S I S et corporis forma universalis eadem quae *Charadriorum*, haec gracilior.

*) *Cursorius* Lath., Meyer et Wolf, Temm. *Charadrius* Gmel. *Tachydromus* Illig., Vieill.

**) Nescio si haec linguae forma *Cursoris charadrioidis*, aliis hujus generis speciebus propria est; auctores *cursorum* linguam acutam nominant. — Nomen genericum adjectivum *cursorii* aptius cum denominatione substantiva *Cursoris* permutatur: nomine *Tachydromi* autem jamjam Sauriorum genus quoddam designatum est.

1. *C. isabellinus*. Rufo-isabellinus, subtus parum dilutior; gula et abdomine albidis; vertice rufo; alarum tectricibus cinerascenti-limbatis; strigis hinc in fundo albo utrinque pone oculos ad nucham ductis nigris; reetricibus omnibus, exceptis 2 intermediis, dorso concoloribus apicem versus macula nigra albo-terminata; remigibus nigris. *Adult.*

Le Courvite Buff. pl. enl. n. 795. *Cursorius europaeus Lath.* (absq. var. β). *Charadrius gallicus Gmel.* *Cursorius isabellinus Mey. et Wolf.* *Temm. Tachydromus europaeus Vieill.*

Juv. hornot. Partibus corporis superioribus rufo-flavescentibus, inferioribus paullulum dilutioribus, strigis supra rarioribus obscuris, imprimis in scapularibus et alarum tectricibus vermiculatis; pileo ferrugineofusco maculis minutis nigricantibus; remigibus 4 primoribus apice subtilissime rufis; strigis utrinque pone oculos fusciscenti-indicatis.

Curs. europ. Lath. var. β .

Rostrum totum nigrum, subarcuatum; pedes flavescetes. Longitudo circiter 9". Habitat in Africa occidentali et septentrionali, imprimis frequens in Abyssinia, rarissimus ad venticius in Europa meridionali (Francia, Anglia, Germania.)

Nota. *Cursorius isabellinus Horsfieldi* (Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 187.) e Java, secundum cl. *Temminckium* est species nova e genere *Charadrii*.

2. *C. fraenatus*. Vittae in loribus per oculos ad occiput ducta nigra; fronte, pileo albo marginato, collo antico pectoreque castaneorufis; gula, abdomine, crisso caudaeque tectricibus superioribus albis; ventre nigro; collo

postico, dorso, alarum tectricibus omnibus, scapularibus caudaeque subcinerascenti-fuscis; reetricibus albo-terminatis, lateralibus macula ante apicem nigra notatis. *Adult.*

Courvite de la cote de Coromandel Buff. pl. enl. n. 892. (fig. bona). *Charadrius coromandelicus Gmel.* *Cursorius asiaticus Lath.* *Tachydromus asiaticus Vieill.*

Rostrum subarcuatum nigrum; pedes albo-flavidi. Longitudo 8", rostri 12", tarsi 2". Habitat per totam fere Indiae insulam. (*Mus. Berol.*)

3. *C. Temminckii*. Specie antecedente parum minor, ab ea distinctus: loribus albis, pectore albo-isabellino, fascia abdominali castanea, ventre medio usque ad crissum nigro, crisso fusciscente, remigibus secundariis macula cuneata alba terminatis, reetricibus intermediis ante apicem macula atra notatis, apice non albis.

Cursorius senegalensis Lichtenst. Berl. Vög. Verz. p. 72. *Cursorius Temminckii Swains. Zool. Illustr. n. 21. t. 106.*

Rostrum ac tarsis quam in praecedente breviores, debiliores, illis caeterum similes. Longitudo totalis 7 3/4", rostri 10", tarsi 1 1/2 8". Habitat in Africa a Senegambia usque ad Sieram Leonam. (*Mus. Paris., Berol.*)

4. *C. bicinctus*. Colli infimi fascia duplici nigra antica multo strictiore, utrinque ad dorsum ducta; capite supra fusco, rufescenti-vario; collo et nucha isabellinis, striis longitudinalibus fuscis signatis; dorso, alis reetricibusque griseo-fuscis, plumis omnibus large dilute rufomarginatis; remigibus secundariis lacte rufis, primariis nigricantibus; uropygio albo; ventre et partibus posticis albidorufescentibus. (*Juv.?*)

CURSOR.

Tachydromus collaris Vieill. N. D. 8. p. 293. *Cursorius bicinctus* Temm. Man. d'Ornith. 2. p. 515.

Rostrum breve, nigrum; pedes longissimi, flavo-aurantii, digito interno brevissimo. Longitudo totalis 10^{1/2}. Habitat in *Africa meridionali* locis sterilibus, celerrime currens. (*Mus. Lugd.*)

5. *C. chalconotus*. Cinereus, terrae umbriae colore lavatus; remigibus nigris macula metallice violacea, nitide viridi-marginata terminatis; fronte, regione ante et supra oculos alborufescentibus; capite supra fusco-rufescente; loris et taenia infra oculos ad aures usque ducta dilute castaneis; macula ad occipitis latera castaneo-rubicunda; taenia pone oris angulum alba, larga, gulam occupante, maculis parvis nigris marginata; fascia pectoris stricta nigra; cauda fusco-nigricante, basi et apice alba.

Cursorius chalconotus Temmink. Pl. col. n. 298.

Rostrum nigrum forma fere ea quae *Glareolarum*, pedes rubicundi. Longitudo 10^{1/2}. Habitat in *Senegambia*. (*Collect. dom. Laugier de Chartr. Paris.*)

Nota. Descriptio haec a cl. *Temminckio* data cum icone avis adjecta non undique congruit, nam haec praeter pedes flavos et rostrum flavum apice nigrum exhibet regionem paroticam et vittam malarem fuscescentes, pileum et totius corporis partem superiorem griseo-isabellina, ejusdem autem partem inferiorem albam. Avem a *Vieillotio* pro *Charadrii coronati* (N. D. 27. p. 138.) varietate habitam ab illo ad exemplar naturale descriptam huc pertinere suspicor. Hujusce avis ptiloseos picturam, quoque remigum maculam metallice cyaneam *Temminckii* icon indicata prorsus exhibet, sed hanc sic nominatam *Charadrii coronati* varietatem calcare parvo, acutissimo ad alas praeditam

esse, pedes et rostrum rubros, hoc apice nigrum, caudam fusco-rufam, basi et apice albam, collum anticum griseum, pectus (fascia nigra ornatum) supremum griseo-album, et corpus subtus album habere dicit cl. *Vieillot*. Patriam cum *Cursore chalconotus* communem, staturam autem ad 1^{1/2} pollicem minorem habet. De calcare ad *Cursoris chalconotus* alas in *Temminckii* de eo data descriptione nihil dicitur et in pictura talis non adest. Lateatne in una utriusque descriptionis error descriptivus? Hucusque nullam harum avium in natura comparandi occasionem habui, quam ob rem alios invito ornithologos diversitatem aut ambaram identitatem percontari.

6. *C. charadrioides*. Fronte et toto pileo, occipitis corollula densa, brevi, collo postico, dorso, ejusdem plumis infimis longis, strictis, stria a naribus per oculos ultra aures ad nucham ducta latiuscula fasciaque largiuscula collum anticum infimum ambiente nigerrimis, nonnihil ad viride inclinantibus; taenia larga a naribus supra oculos versus nucham ducta, genis, gula, humerorum margine, alarum tectricibus superioribus majoribus et inferioribus candidis; pectore, collo infimo laterali, abdomine crissoque pallide isabellinis, ventre albedo-tincto; scapularibus et tectricibus alarum minoribus laete canis; remigibus primariis albis, basi et apice nigris, secundariis albis, apice large nigris; rectricibus supra canis, omnibus albo-terminatis, laterilibus intus macula nigra notatis. *Adult.*

Charadrius aegyptius Hasselquist Reise 8v. S. 311. (Descript. opt.) *Linn. Syst. Nat.* 1. p. 254. *Vieill* N. D. *Charadrius alexandrinus* var. β . *Lath. Ch. alexandr. aegypt.* var. β . *Gmel. Charadrius africanus* *Lath.* (Suppl.) *Pluvianus Chlorocephalus* *Vieill.*

CURSOR.

N. D. 27. p. 130. Descript. de l'Egypte t. 6. f. 4. (fig. opt.)

Juv. Superciliorum vitta ac collo antico rufescenti-tinctis; colli infimi fascia maculis obsoletis, nigricantibus indicata; caetera ptiloseos pictura ut adulto, minus nitida; corollula occipitali vix ulla.

Le Pluvian du Sénégal. Buff. pl. enl. n. 918. (fig. mediocr.)
Charadrius Melanocephalus Lath., Gmel. Pluvianus Melanocephalus Vieill. l. c.
Shaw Gen. Zool.

Rostrum capite brevius, versus apicem parum compressum, culmine compressum, rectiusculum, dextro subinclinatum, acutum, tomis subintractum, basi superius depressum, durum, totum nigrum; pedes mediocres, coerulei; cauda aequalis; alulae vestigium calcaris; irides atro-fuscae. Longitudo totalis 7¹¹ 9¹¹¹, tarsi 1¹¹ 5¹¹¹. Habitat in *Senegambia*, *Nubia* et in *Aegypto* per paria, rarius 7-8. post *Nili* inundationes ad ejus-

dem littora arenosa aut locis arenosis planis, nunquam in paludosis degens; evolans voce tenui, gridula clamat; non timidus; victitat insectis; quoad formam corporis *charadrios* inter et *cursores*. (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. Haec species format transitum clarum *cursorum* ad *charadrios*, attamen ad illos quam ad hosce viciniorem; pedum formam ac picturam respiciens prope ad *charadrios* sectionis primae, quoad rostri formam autem et imprimis narium ad *cursores* accedit, sed nullo modo characteres generici proprii ad ex ea genus distinctum constituendum sufficientiunt. Fere omnes species hujus generis secundum rostri formam inter se discrepant. Cl. *Hasselquist* commemorat squamam solubilem laevem supra nares in hac specie positam, quam in nulla ejusdem exuvia observavi, quae forsitan autem avis viva praedita est.

83

GENUS MANORHINA.*

ROSTRUM (ejus habitus universalis prorsus *Pastoris cristatelli*) capite paullo brevius, subgracile, rectum, compressum, paullo altius quam latum, acutum, duriusculum; maxilla quam mandibula paullulum longior, a medio ad apicem subtiliter deorsum inclinatam, culmine subobsoleto, compressiusculo laevis, mesorhinio compressa, subcultrata, paratonis convexiusculis integra, laevis, tomis rectissimis, haec mandibulae subincludentibus integra, apice extimo subtiliter uni-emarginata; mandibula recta, acuta, laevis, gnathidiis a basi usque ad angulum mentalem aequalis altitudinis plana, apice recto, acutissimo integra; angulus mentalis acutiusculus, angustus, plumosus; myxa dimidiam partem longitudinis mandibulae occupans planiusculo-rotundata, laevis; vibrissae et ciliae nullae.

NARES subbasales longitudinaliter maxillae dimidiam partem occupantes, sublineares, in fovea parum impressa, membrana subcornea expleta sitae, apice antico quam basi paullo latiores.

LINGUA....

PEDES ambulatorii, tetradactyli, validiusculi; tarsus digito medio longior scutulatus; planta caligata; acrodactyla squamulis margine prominulis subasperata; digitus intermedius hallucis magni longitudine cum externo basi paullo coadunatus, internus totus liber omnium brevissimus; ungues arcuati, acuti, compressi, hallucis omnium validissimus, validus.

ALAE mediocres, acutiusculae, caudae basin excedentes; alulae pennae elongatae, latae, acuminatae; remix prima quam sexta brevior, tertia omnium longissima.

CAUDA alarum longitudine, recta, plana, reetricibus 12.

PTILOSI. Plumae trunci capitisque discretae, et imprimis reetricum remigumque structura *Philedonis*; macula pone oculos calva; plumulae lororum breves, subantrorsum versae, frontis usque ad narium basin protensae.

*) *Vieillot* Nouv. Dict. d'hist. nat. 19. p. 236. — *Gracula Lath.* Suppl.

M A N O R H I N A.

1. *M. Melanocephalus*. Vertice nigro; fronte, loris, mento ac gula sericeo-albidis, gula subtilissime griseo-lavata; macula pone oculos calva, triquetra, flava; genis ac regione parotica argenteo-ardesiaticis, stria obscuriore, fere nigra circumdatis; plumis occipitis, colli postici, lateralis, pectoris epigastriique griseis, ex albo squamuloso-undulatis, dorsi pallide ardesiaticis, subtilissime olivascanti-lavatis, limbo apicali albedo, tergi, uropygii, caudae alarumque tectricibus superioribus omnibus nec non remigibus dorso proximis et primariarum limbo externo cinereis; remigibus secundariis extus laete olivaceis; alulae peninis nigricantibus; rectricibus cinereis, largiuscule albo-terminatis; abdomine ac crisso albis.

Adult.

Gracula melanocephala Latham. Suppl. p. 28. n. 3. *Shaw* Gen. Zool. *Philemon Melanocephal. Vieill.* N. D. (*Philedon cucullatus Lichtenst.* in Mus. Berol.)

Rostrum citreo-flavum; pedes fuscescentes; cauda apice subrotundata; ungues corneo-fusci. Longitudo totalis circiter 8½'', tarsi 1'' 2''', alae 5'' 3'''. Habi-

tat in *Nova-Hollandia*. (*Mus. Paris., collect. dom. Sturm.*)

2. *M. viridis*. Regione ante oculos aureo-flava, supra ac subtus linea nigra marginata, inferiore versus menti latera extensa; corpore inferiore a menti initio usque ad crissi finem olivascanti-virescente, nonnihil in flavidum vergentē; capitis parte reliqua, trunco toto superiore, alis ac cauda olivaceo-virescentibus, unicoloribus, tectricibus alarum superioribus remigibusque intus paullo ad colorem fuliginosum vergentibus; macula pone oculos parva calva. *Mas adult.*

Manorhina viridis Vieill. N. D. 19. p. 236. (*Philedon eupogon Illig.* in Mus. Berol.)

Foem. Mari similis, exceptis loris non flavis et vitta malari nigra deficiente; ptilosi tota sordidius olivascanti-viridi, unicolore. *Vieill.*

Rostrum pedesque sulphureo-flavi; ungues incarnato-albidi apice fusci; cauda apice subrotundata. Longitudo totalis 5'' 9''', rostri a fronte 6''', ab oris angulo 8'''. Habitat in *Nova-Hollandia*. (*Mus. Paris., collect. dom. Sturm.*)

GENUS PASTOR.*

ROSTRUM capitis longitudine, eo vix longius, his validiusculum illis mediocre, subgracile, plus minusve conicum, compressum, durum, acutum, paratonis maxillae convexiusculum, glabrum, mandibulae versus basin planum, culmine maxillae aut obsoletum, rotundatum, aut convexo-cultratum, plus minusve subarcuatum, apice subdeflexum et utrinque submarginatum, tomis subintractis versus maxillae et mandibulae basin subflexuoso-curvatis integerrimum, acutum; maxilla recta, apice recta acuta; vibrissae nullae.

NARES subbasales, laterales, in fovea subovata, rostri materiae corneae impressa sitae, obovatae, patulae, superius acie subemergente, plumulis tecta marginatae.

LINGUA subplana, mediocris, apice submarginata et ciliata.

PEDES ambulatorii, robusti, congrui; acrotarsi scutulati; digitus anticus externus et internus aequalis longitudinis, externus cum medio quam tarsus brevior, internus totus liber, posticus validus hypodactylo basali latiusculo; aerodactyli scutulati; ungues compressi, majusculi, arcuati, posticus anticis longior.

ALAE mediocres remige prima minutissima, remiges 2 et 3 omnium longissimae, secundariae multisquam illae parum breviores, latiusculae.

CAUDA mediocris, plana, recta, aequalis aut gradatorotundata, rarissime apice emarginata, reatricibus 12 apice aequalibus aut obtusissime acuminatis.

PTILOSIS. Plumae totius dorsi ac abdominis sublaxae, his capite, illis collo quoque strictae, lineares, aliis hisce partibus breves; alae aut cauda plurimis, multis ambae, nonnullis tota ptilosis plus minusve chalybeo aut aeneo-nitentes; retrices pogoniis subaequalibus; caput plurimis crista e plumis strictis, longis composita aut appendicibus membranaceis vel plumarum longissimarum rhachibus ornata; regio ophthalmica his plumosa, illis calva.

*) *Témminck* Man. d'Ornith. 1. p. 55. *Merula Aldrov., Koch Baier. Zool. Coracias - Gracula - Paradisea - Sturnus - Oriolus - Upupa - Turdus Gmel., Lath., Shaw. Acridotheres - Dilophus - Coracia - Pyrrhocorax Vieill. - Corvus - Sturnus - Quiscalca et Gracula Daud.*

α. Pastores graculi-formes rostro validiore.

1. *P. calvus*. Capite toto supra calvo, rubro, excepta verticis stria intermedia, longitudinali, e plumulis formata; hac, occipitis circulo, regione pone nares plumosa, mento, toto collo antico, pectore, ventre, alis, cauda et dorso unicoloribus nigerrimis; ventre, collo postico, tergo ac uropygio cinereo-canis, nitore argenteo; macula scapulari alba. *Adult.*

Buff. Hist. nat. des Ois. 4. p. 136. (specimen a cl. *Sonnevatio* allatum.)

Rostrum pedesque toti nigri, illud mediocre a medio usque ad aduncum apicem inclinatum, maxillae apice submarginatum, basi latiusculum, apicem versus compressiusculum, culmine convexum; mandibula recta, acuta; nares a basi remotae, rotundae, in rostri materia cornea et in fovea parva sitae, patulae; ungues acuti, curvati, compressi; alae breves, remige minutissima. Longitudo totalis $12\frac{1}{4}''$, rostri solius a fronte $1\frac{1}{2}''$, caudae gradatae $4\frac{1}{3}''$. (*Mus. Paris.*)

(*Foem. aut Juv.*)? Capitis pictura et structura caedem quae antecedentis; capitis lateribus calvis incarnatis; stria verticis plumosa, collo supra, dorso, uropygio, scapularibus caudaeque tectricibus superioribus splendidissime cinereo-argenteis; gutture, colli parte inferiore pectoreque fusco-nigricantibus; ventre caudaeque tectricibus inferioribus fusco-griseis; alarum tectricibus remigibusque fusco-nigricantibus, reetricibus ejusdem coloris, saturatioribus; rostro pedibusque fuscis, (flavis secundum *Buffon*).

Le Merle Chauve des Philippines *Bris.* 2. p. 280. n. 36. *Buff.* pl. enl. n. 200. *Gracula*

calva *Gmel.*, *Lath. Acridotheres calvus* *Vicill.*

Longitudo totalis $10''$, rostri solius ab angulo oris $13''$, caudae $3\frac{1}{2}''$, tarsi $1\frac{1}{3}''$. (*Bris.*)

Habitat in *Philippinis insulis*; avis voracissima, fructibus victitans; nidificat in excavatis palmae coccoferae caudicibus; hospitatur in domibus.

Nota. Difficillime est disceptandum si haec avis *Graculae* aut *Pastoris* generi adnumerari debet, utriusque characteres simul exhibens, attamen transitum *Graculorum* ad *Pastores* optimum formans in horum fronte sit. — Sententiae auctorum respectu hujus speciei sexus aut aetatis differentiae inter se dissentiunt. Quod ad me attinet conjunxi, provisorie, eorum *Graculam calvam* cum meo Pastore hic descripto, quamquam magnitudine et plumarum pictura prorsus diverso, nam interdum color rostri ac pedum imprimis inter *pastores* secundum aetatem aut sexum variare videtur, quae autem aberratio hoc respectu nondum explorata est. — Variat *pastor sturninus* pedibus nigris et flavidis, et inter *Graculae religiosae* specimina majora et multo minoria, caeterum neutiquam diversa, observantur etc.

2. *P. musicus*. Nigerrimus, nitidus, alis absque speculo; rostro valido, inclinato, pedibus, membrana nuda, oculos includente, supra ocs cleyata et ibidem sinuato-emarginata; infra in lobulum, utrinque versus occipitis latera in paleam margine subtrotundatam, verticalem exeunte.

Pastor musicus *Temm.* *Man. d'Ornith.* 1. Analyse p. 55. *Maintenat religieux* *Nouv. Dict.* 19. tab. G. 4. f. 1.

Magnitudo *Graculae religiosae*.

sae. Habitat in insulis Java et Sumatra. (Mus. Paris.)

3. *P. setifer*. Capite cristato utrinque ad latera oculos inter et aurem plumarum rhachibus trinis longissimis, retrorsum versis nigris, apicem versus rufescentibus, extima utrinque eorum fere tota rufa; capitis crista e plumis strictis, mollibus composita, densa, ampla, utrinque ad latera rufo-marginata, et toto corpore unicoloribus splendide nigris, alis et cauda nonnihil ad viride inclinantibus.

Le Sierin Levaill. Ois. d'Afr. 2. p. 92. t. 82. *Corvus crinitus Daud.* *Corvus sexsetaceus Shaw* Gen. Zool. *Pyrhocorax setifer Cuv.* Regn. an. *Pyrhocorax crinitus Vieill.* N. D. 6. p. 568.

Rostrum validiusculum, rostro corvi *Pyrhocoracos* subsimile, eo autem acutius, citreo-flavum, culmine aurantium; nares plumulis antrorsum versis obsitae; cauda mediocris, quadrata (rectricibus 10 secundum *c. Levaillantium*); pedes unguesque nigri. Magnitudo *Pyrhocoracos*; longitudo hachis brevissimae ad capitis latera 7". Habitat in India. (Mus. Lugd.)

Nota. Hucusque unicum tantum exemplar, in museo Leidensi asservatum, notum est, quod autem examinandi non occasio mihi fuit: attamen ejusdem descriptio figurae, quales eas cl. *Levaillant* in opere suo praeclaro exhibet, in *pastoris* genus optime quadrant. Genus *Pyrhocoracos*, cui ab ornithologis adnumeratur, hinc soli non natura creavit. *Corvi Pyrhocoracos* vitae rationem ejusdemque corporis partes interiores qui observavit, nunquam ex eo aut e *Corva Graculo* genus peculiare constituet, nedum ut eorum rostri forma, scilicet secundum figuram universalem, narium praesertim, pedum et ptiloseos structura neutiquam a corvorum aliorum illis discrepent.

4. *P. Corythax*. Occipitis crista erecta, compressa, e plumis subangustis, subtriangulariter positis, vix subantrorsum flexis composita, capite, dorso, uropygio, alis et toto corpore sublus unicoloribus nigris, chalybeo-subniventibus; macula subquadrata utrinque infra oculos et alia maxima utrinque ad colli latera albis; remigibus unicoloribus rufescenti-fuscescentibus; plumis verticis et occipitis ad latera, truncato-abscissulis.

Rostrum validum, subarcuatum; pedes flavido-rufescentes. Magnitudo *pastoris tristis*. Habitat in insula Java. (Olim in museo Erlangensi.)

5. *P. tristis*. Regione infra et pone oculos calva, flavo-rubicunda; capite et collo totis nigris, occipitis plumis strictis, acutis; collo antico parum in schistaceum vergente; dorso toto, tergo, uropygio, pectore et epigastrio, tibiis alarumque tectricibus omnibus rosaceo-chocoladinis; alis subpurpurinonitentibus; abdomine ac crisso, remigibus nigris a medio ad basin usque alarumque margine candidis; rectricibus nigris, omnibus largiuscule albo-terminatis. *Mas* et *Foem. adult.*

Martin. Buff. pl. enl. n. 219. (fig. mediocr.) *Paradisea tristis Gmel.*, *Gracula tristis Lath.* — *Gracula gryllivora Daud.* — *Acridotheres tristis Vieill.*

Rostrum validiusculum citreo-flavum; pedes flavi; cauda rotundata. Longitudo totalis 10", caudae 3 1/2", rostri a fronte 8", tarsi 1 1/2 3/4". Habitat frequens in Bengala et in insulis Philippinis, omnivorus, vorax, oestris boum dorso infixis, gryllis, aliis insectis, his deficientibus fructibus et frumento victitans, bis in anno nidum in bifurcationibus palmarum struens, ova 4 pariens; junior facile circurandus, docilis, imitabundus, canorus, garricens; ab incolis in caveis nutritur. (Mus. Paris.)

PASTOR.

6. *P. fuscus*. Dorsio obscure fuliginoso-fusco, abdomine dilutiore; alarum speculo, crisso caudaeque nigrae apice albis; capite remigibusque nigris.

Pastor fuscus Temm. in lit.

Rostrum flavum. Habitus totus *pastoris tristis* eique similimus. Habitat in India. (*Mus. Groning.*)

7. *P. temporalis*. Genis nudis, rubris; capite toto usque ultra aures gulaque pure albis; collari nigro, lato, alio dorso proximo albo; pectore et abdomine albis; dorso, scapularibus alisque nigro-fuscis; alarum tectricibus omnibus apice albo-limbatis; cauda multo ultra medium nigra, inde alba.

Le Martin à joues rouges Temm. Catal. p. 205. *Pastor temporalis Temm.*

Rostrum albi culmen frontis plumas intrans; pedes validi, longi, laete flavi unguibus fuscis. Longitudo totalis 11", rostri 1½". Habitat in Bengala. (*Mus. Lugd.*)

β. *Pastores sturni-formes rostro graciliore.*

8. *P. pagodarum*. Fronte, vertice et ejusdem crista e plumis strictis, acuminatis, longis composita nigerrimis, violaceo reluctantibus; gula, genis, collo, pectore, plumis strictis, acuminatis obsitis et toto corpore subtus rufescentibus, unicoloribus, nisi tibijs crissoque albis; dorso, scapularibus, remigibus dorso proximis, alarum et caudae tectricibus superioribus reatricibusque duabus intermediis albo-terminatis rufescenti-griseis; remigibus extus nigricantibus, intus et apice dilutissime fuscis; alarum margine tectricibusque inferioribus albis; rectrice utrinque extrema fere tota alba nisi intus macula intermedia nigra, reatricis secundae nigredine magis infima et extus quoque subconspicua, reatrici-

bus sequentibus sensim minus albis. *Mas adult.*

Turdus pagodarum Gmel., Lath. — *Gracula pagodarum Daud., Shaw.* — *Acridotheres pagodarum Vieill.* — *Turdus Melanocephalus Vahl* Mem. de la Soc. de Copenh. 3. p. 2. t. 8. *Martin-Brame Levaill.* Ois. d'Aff. 2. p. 135. t. 95. f. 1.

Poem. adult. Rostro flavicante, basi nigro; corpore supra cinereo-griseo, subtus rufo-fuscescente; capitis colligae plumis strictis griseo-cinereis stria per mediam scapi longitudinem alba.

Turdus malabaricus Gmel. n. 51., *Lath.* n. 21. *Gracula malabarica Shaw, Acridotheres malabaricus Vieill.*

Rostrum gracilius, pedes unguibus laete flavi; irides fusco-rubicundae; cauda mediocris subrotundata. Longitudo totalis 7½". Habitat frequens in *Malabar* et *Coromandel*, potissimum circa turres templorum, in *China*, ubi ab incolis ob cantum suum in caveis nutritur, et in *Africa meridionali*, ibi, ut videtur, migratorius, gregarius. (*Mus. Paris.*)

9. *P. griseus*. Macula oculo, postice acuminata, nuda, auralia; capite supra genisque nigris; gula, collo, pectore, lateribus et toto corpore supra cum caudae tectricibus superioribus ferreo-griseis, nisi collo antico supremo subtiliter fulvo, nucha obscurius fusco lavatis; corpore subtus medio a pectore usque ad crissi finem et alarum tectricibus inferioribus rufescentibus; remigibus nigris, purpurino et viridinitentibus, primariis basi albis; alarum tectricibus majoribus et reatricibus nitide nigris, quatuor utrinque lateralibus macula rufescente terminatis; capite laevi, plumis supra strictis. *Mas adult.*

Turdus ginginianus Lath. (*Descriptio incompleta?*) *Le Martin gris de fer. Levaill.* l.c. p. 137. t. 95. f. 2.

Gracula grisea Daud., Shaw.
Acridotheres griseus et *Acridotheres ginginianus* Vieill.

Foem. Mari simillima, capitulis superioris, alarum caudaeque nigredine minus saturata, rostro pedibusque pallidioribus.

Rostrum gracilius laete aurantium; pedes unguesque citreo-flavi; irides saturate fusco-rubrae; cauda mediocris, aequalis; habitus *pastoris pagodarum*. Longitudo totalis $6\frac{3}{4}$ "'. Habitat gregarius in *Coromandel* et migratorius, ut videtur, in *Africa meridionali*.

Nota. Cl. *Sonnerat* qui primus hanc avem declaravit nominat ejusdem caput subcristatum, verisimile ob verticis plumas strictas, acuminatas, sed crista talis, qualem *Lathamii* indicatio, et secundum cum alii auctores exhibent, non adest; caetera avis descriptio a *Sonneratio* data egregie cum nostra convenit, tantum corporis inferioris medii color rufus in ea non tangitur.

10. *P. docilis*. Rostro subinclinato, subgracili pedibusque flavis, hisce unguibus pallide roseis; macula oculorum nuda, alba, rubro subincta; capitulis laevibus collique partibus superioribus albis, nonnihil in rubicundum vergentibus; ventre crissoque badiis; remigibus nigris, primariis 9 a basi ad medium albis; cauda nigra albo-terminata.

Coracias docilis Gmel. Reise 3. S. 378. t. 42. — Gmel., *Lath.*

Magnitudo circiter *Monedulae* sed gracilior; irides fusco-atrae. Habitat in *Asia australi*, *docilis*, imitabunda. (Gmel.)

Nota. Me hanc avem in natura nondum vidisse haud nego, eam autem ad hoc genus pertinere satis e *Gmelini* descriptione, dilucidius vero ex ii adjecta icone, quamquam male sculpta, patet. Secundum hanc iconem avis habitum *Pastoris pagodarum* et *Pastoris gri-*

sei, quibus subsimilis esse videtur, gerit.

11. *P. melanopterus*. Nitide candidus, alula spuria, remigibus rectricibusque metallice nigris, rectricibus apice albis; rostro pedibusque flavis.

Gracula melanoptera Daud. *Le Martin à ailes noires Vieill.* N. D. 19. p. 390. — *Pastor candidus* Temm. in lit. *Pastor tricolor* Horsf. l. c. p. 155.

Habitus totus *pastoris pagodarum*. Longitudo totalis $8\frac{1}{3}$ "', caudae $2\frac{1}{2}$ "' $10\frac{1}{2}$ "', alae $4\frac{1}{2}$ "' $10\frac{1}{2}$ "', rostri a fronte valde protensa $10\frac{1}{2}$ "', altitudo $3\frac{1}{2}$ "', tarsi $1\frac{1}{2}$ "' $3\frac{1}{2}$ "'. Habitat in insulis *Bandam* et *Java*, a Javanis *Jalak-awu* nominatus. (Mus. Lugd.)

12. *P. roseus*. Capite cristato, alarum tectricibus et collo totis nigerrimis, violaceo-nitentibus; capitis crista ampla, densa, e plumis subulatis, pendulis composita; dorso toto et tergo corporeque subtus inferioris a collo usque ad crissum laete roseis; alis et cauda totis nitide fusco-violaceis; tibiis crissoque nigris albedo-radiolatis; alarum tectricibus inferioribus nigris, margine albis. *Mas adult.*

Sturnus roseus Scop. Ann. 1. n. 191. *Le Merle couleur de rose Buff.* pl. enl. n. 251. *Turdus roseus* Gmel.; *Lath.*, Meyer et Wolf Vög. Deutschl. H. 7. Naum. Vög. Nachtr. t. 27. f. 55. *Le Roselin* Levaill. Ois. d'Afr. 2. p. 139. t. 96. *Pastor roseus* Temm., *Acridotheres roseus* Vieill. — *Merula rosea* Aldrov., Briss., Koch Baier. Zool.

Foem. adult. Cristae plumis brevioribus; dorso et corpore subtus pallide incarnatis.

Turdus Seleucis Gmel., *Turd. ros.* Mey. et Wolf l. c. Hft. 7.

Juv. anni. Capite absque crista; corporis partibus superioribus omnibus fusco-isabellinis; alis ac cauda fuscis, pennis omnibus albo-ac cinereo-limbatis; gula ac ventre medio al-

his; caeteris partibus inferioribus fusco-cinereis; rostro fusco, basi flavo; pedibus fuscis.

Rostrum gracilius; maxilla et mandibulae nigrae apice flavido-roseo; pedes flavidi; irides obscure fuscae. Longitudo totalis 8¹¹, rostri solius ab oris angulo 1¹¹ 1¹¹¹, caudae 3¹¹, tarsi 1¹¹ 2¹¹¹. Habitat gregarius in Asiae et Africae regionibus calidioribus et frigidioribus inde temporibus distinctis in Europae regiones meridionales et boreales migrans, tum in Hispania, Italia, Hungaria, rarior in Germania et Anglia; victitat insectis, praesertim locustis et gryllis seminibusque variis; saepe cum sturnorum gregibus commixtus et hominum dorso insidens oestrorum larvas extrahens; nidificat in arborum et aedificiorum antiquorum cavis ova sex pariens. (Mus. Paris., Monac., Erlang.)

13. *P. Upupa*. Capitis crista erecta, alta, compressa, semicirculari, e plumis strictis, flexilibus, singulis, subantorsum versis composita, capite, collo, toto corpore subtus usque ad cruris finem ac alula spuria ex parte unicoloribus albis; tibiis, dorso, uropygio, alis caudaque unicoloribus dilute fuscis et quasi pulverulentis; collo supra subgrisescente. *Adult.*

La huppé noir et blanche du cap de b. ésp. Buff. pl. enl. n. 697. (fig. false picta) *Upupa capensis* Lath., Gmel. *Upupa madagascariensis* Shaw. — *La huppé grise* Vieill. Ois. dorés p. 12. t. 3. (fig. opt.) *Le Merops huppé* Levaill. Prom. et Guép. p. 43. t. 18. *Coracia cristata* Vieill. N. D. 8. p. 3.

Rostrum gracilius, subarcuatum, longiusculum, acutum, pedes ac orbitae flava; ungues fusci; irides coerulescentes(?); lingua apice lacera. Longitudo 9³⁴ - 10¹¹, rostri 1¹¹ 8¹¹¹. Habitat gregarius in insula St. Francisco, Bourbon et in Madagascaria (a cl. Levaillantio

in Africa non observatus). Mus. Paris.

14. *P. Cristatella*, Frontis plumis ac totius pilei strictis, nigris, nonnullis primo dictae ascendentibus, cristam parvam formantibus; capite ad latera, collo postico, dorso, uropygio, caudae tectricibus superioribus, scapularibus et toto corpore subtus a mento usque ad crissum unicoloribus ac saturate ardesiacis; alarum tectricibus majoribus et remigibus dorso proximis fuliginosis, nitore nonnullo aeneo; remigibus primariis nigris, a basi fere usque ad medium crissoque albis; cauda breviuscula gradato-rotundata, nigra, reetricibus 2 intermediis parum, lateralibus large albo-terminatis; alarum tectricibus inferioribus fuliginoso-nigris. *Adult.*

Chinese Starling Edw. 1. t. 19. *Merle huppé de la Chine* Buff. pl. enl. n. 507. *Gracula Cristatella* Gmel., Lath. — *Quiscalia Cristatella* Daud. — *Acridotheres cristatellus* Vieill. — *Pastor griseus* Horsf. Transact. of the Lin. Soc. 13. p. 154.

Rostrum gracilius subaurantio-flavum, pedes citreo-flavi unguibus fusciscentibus, irides dilute fuscae (non aurantiae). Habitus *Sturni*. Longitudo totalis 8¹¹ 1¹¹, rostri rectiusculi solius ab oris angulo 1⁴ 1¹¹, tarsi 1⁵ 1¹¹ 1¹¹¹, caudae 2³ 1¹¹, alae 4¹¹ 7¹¹¹. Habitat frequentissimus in China et in insula Java, ibi ab incolis *Jallak sungu* nominatus, oryza, vermibus, insectis victitans, egregie loquax et sibilans. (Mus. Paris., Lugd., Monac.)

Nota. Magnum numerum exemplarium hujus speciei, et vivorum et mortuorum vidi, sed nullum discrimen inter ea observavi; nonnulla autem plumis frontalibus brevioribus praedita erant, quae foeminae credidi.

15. *P. turdiformis*. Alarum tectricibus omnibus, uropygio, rec-

tricipibus lateralibus et toto corpore subtus inferius a pectore usque ad crissi finem candidis; capite, collo, pectore ac dorso totis unicoloribus cinereo-caesiis; remigibus chalybeo-nigris, nonnihil ad viride inclinantibus; rectricibus duabus intermediis remigibus concoloribus, apice albis, sequentibus albis, basin versus nitide nigris. *Adult.*

Le Kink de la Chine Buff. pl. enl. n. 617. (fig. bona) *Oriolus sinensis Gmel.* (n. 50.), *Lath.* (n. 44.)

Rostrum gracilius, rectum, rubro-nigricans; pedes incarnati; cauda mediocris, rotundata; habitus *turdi saxatilis*. Longitudo totalis fere 7". Habitat in *China*.

16. *P. carunculatus*. Capite nudo, rufescente, caruncula nuda, membranacea, pendula, longissima, inferius acuminata utrinque ad menti latera, altera tali in fronte, transversim posita, subovata, et tertia in verticis medio altiore, rotundata, superius in medio emarginata, cum facie atris; remigibus caudaque tota nigris, in viride et purpureum vergentibus; caeteris corporis partibus unicoloribus griseo-rufescentibus, collo postico et dorso saturatoribus. *Mus adult.*

Tringa carunculata capensis Walch Naturf. 2. p. 9. t. 2. *Gracula carunculata Gmel.*, *Sturnus gallinaceus Lath.*, *Gracula gallinacea Daud.*, *Gracula larvata Shaw.* *Dilophus gallinaceus Vieill.* — *Le Porte-Lambeaux Levaill.* Ois. d'Afr. 2. p. 131. t. 93. f. 1. (fig. opt.)

Foem. adult. Mare paullulum minor, ejusdem picturae, sed minus nitidae; facie minus saturate nigra; paleis menti frontisque brevissimis, verticis illa vix conspicua.

Levaill. l. c. f. 2.

Juv. Rostrum fusco-flavido; pedibus fuscis; remigibus caudaque absque nitore; capite sine carunculis toto plumoso, remi-

gibus secundariis, scapularibus, alarum tectricibus, dorso, collo pectoreque griseo-fuscis; ventre, tibiis crissoque albidis.

Levaill. l. c. t. 94. f. 1.

Juv. hornot. varietas. Corpore toto albo, plumis hic et illic intermixtis griseo-fuscis.

Levaill. l. c. t. 94. f. 2.

Rostrum gracilius pedesque flavi; irides fuscae. Longitudo totalis 6 $\frac{3}{4}$ ". Habitat ad caput bonae spei et in terra Caffrorum pluviarum tempestate migratorius, gregarius, greges *bovis caffri* sequens, baccis, vermibus ac insectis victitans, timidissimus, in arboribus consociatus garrulus et clamorosus. (*Mus. Paris., Lugd.*)

17. *P. Jalla*. Fronte, vertice, nucha, collo ad latera et antice nigris, nonnihil in viride vergentibus; regione parotica, striola in loris, corpore subtus inferius a collo usque ad crissi finem, alarum tectricibus inferioribus, uropygio et vitta oblique longitudinali margine externo scapularium albis; dorso, tergo, alis et cauda unicoloribus fusco-nigrificantibus, alis et cauda parum micantibus; regione circa oculos et paulo supra aures nuda, flava. *Adult.*

Pastor Jalla Horsf. l. c. p. 155. n. 2. (ab hoc auctore false cum *Pastore Contra* commutatus.)

Rostrum sturninum pedesque flavi; ungues nigricantes. Longitudo totalis 9", caudae solius 2" 10", tarsi 1" 11", rostri ab oris angulo 1 $\frac{1}{4}$ "; rostri culmen, obsoletum; maxillae apex subemarginatus; cauda apice subrotundata. Habitat in insula *Java*, ab incolis *Jallak*, *Tjallak*, seu *Jallak uring* nominatus. (*Mus. Monac.*)

Nota. Haec species, speciei sequenti simillima, attamen ab ea orbitis et malis nudis etc. prorsus diversa est. Ejus rostri forma sicut *Sturni Contra* multum ad *Sturnos* spectat, attamen quam in illis magis compressum, acutius et maxil-

PASTOR.

lae apice *emarginatum* est. Plumae pilei ut in *Sturnis* subulatae, caeteraevero ptiloseos ut in *Pastoribus* occurrunt, molles scilicet et subsericeae.

18. *P. Contra*. Capite toto et collo nitide nigris in violaceum vergentibus; macula maxima utrinque ad capitis latera, oculos includente, postice in vitam occiput cingentem excurrente, loris et alarum tectricibus inferioribus albis; corpore inferius a pectore usque ad crissi finem caudaeque tectricibus superioribus albis; dorso ac uropygio, alis extus caudaeque fusca nigricantibus, nisi rectricibus lateralibus extus subtiliter albo-limbatis, et alarum tectricum superiorum majorum apicibus albis, vittam efficientibus. *Adult.*

The black and white indian Starling Edw. 4. t. 187. (fig. bona). *Sturnus Contra* Gmel. *Sturnus capensis* A Lath.

Juv. (an *Foem.*?) Capitis lateribus albis nonnihil ad rufulum inclinantibus; vitta occipitali alba nigro-variolosa, imperfecta; corpore subtus sordide albo.

Sturnus capitis bonae spei. *Brisson*. 2. p. 446. t. 41. f. 2. *Etourneau du cap de b. esp. Buff.* pl. enl. n. 285. (fig. mala). *Sturnus capensis* Gmel., Lath., *Vieill.*

Rostrum subarcuatum, subvalidum, flavum in aurantium vergens, acutissimum; pedes lutei (sec. *Edwardsium* rubicundo-fusci); capitis superioris plumae strictae. Longitudo totalis 8'', rostri ab oris angulo 1'' 4''', tarsi 1'' 3'''. Habitat in *Bengala* (et non in *Africa*) ab incolis *Contra* nominatus. (*Mus. Paris.*)

19. *P. ruficollis*: Mento, facie, totius capitis et colli postici plumis sericeis, immaculate albis, capitis supra sublaxis; collo ad latera ferrugineo; dorso toto obscure chalybeo-violaceo; humeris, remigibus secundariis et cauda obscure aeneo-viridi-

bus; macula in tectricibus minoribus magna, alba; stria extus in remigibus subobliqua cinerascens-alba; corpore toto inferiore, crisso, tibiis et ventre medio albis, primo dicto ad latera cano.

Habitus totus speciei sequentis, ea parum major; rostrum nigricans; pedes nigri. Habitat in insula *Manilla*. (*Mus. Paris.*)

Nota. Avis haec a sequente simillima macula colli laterali ferruginea et plumarum capitatis structura facile distinguitur.

20. *P. sturninus*. Capite et collo supra dilute plumbeo-cinereis, hoc ad latera, antice pectoreque albedo-grisescens; stria verticis intermedia ad occiput ducta, dorso caudaeque tectricibus superioribus nitide chalybeo-violaceis; ventre, abdomine, alarum margine tectricibusque inferioribus albis; stria alarum alba prope humeros obliqua, scapularibus, macula tectricum majorum remigumque 2 dorso proximarum, crisso mentoque subvinaceo-albidis; uropygio ac rectricis utrinque extimae margine externo sordide albis; remigum speculo intermedio ac remigum primariorum margine externo fusciscenti-griseis; remigibus intus a basi ad medium albidis, extus caeterum et rectricum nigricantium pogoniis externis, earum 2 intermediis totis aeneo-virescentibus; humeris nigricantibus; loribus albis. *Mas adult.*

Sturnus dauuricus *Pall.* Act. Stockh. 1778. 3. p. 198. t. 7. f. 1. (Descript. opt.) *Gmel.*, *Lath.* — *Gracula sturnina* *Auctor.*

Foem. adult. Capite et collo supra ochrascenti-griseis; dorso ac tergo fusciscenti-cinereis; stria verticis obscuriore plumis caeteris suboblecta; alis caudaeque nigris, sordide subpurpurino nitentibus.

Turdus Leucocephalus et *Sturnus sericeus* *Gmel.*, *Lath.* (*Brown.* Illustr. t. 21.)

PASTOR.

Mas juv. Mento, crisso apicibusque tectricum alarum albis; verticis macula caeteris plumis subocculata; dorso fusco-cinereco tincto hic et illic plumis intermixtis violaceis; partibus caeteris maris.

Merle dominiquain Buff. pl. enl. n. 627. f. 2. (*Descriptio*)

Turdus dominicanus Auctor.

Habitus *Sturni*; rostrum corneo-nigricans, subtus basi albidum; cauda emarginata rectricibus apice rotundato-subacuminatis; pedes his nigricantes, illis flavidis; irides fuscae; lingua nigricans, apice bifida, ciliata. Longitudo totalis 6 $\frac{1}{2}$ "', rostri a fronte 6"', tarsi 1"', caudae 2 $\frac{1}{2}$ "'. Habitat frequentissimus et gregarius in *Philippinis insulis*, in *China* et in *Dauriae* confinibus; nidificat in *Dauria*, in montium cavis, interdum infra tecta tuguriorum solitariorum, nidum e gramine et e pilis camelinis struens, maximum, ut pedis latitudinem in diametro habeat; parit ova 3 ferruginea virore turcoso tincta, nitidissima; aestate frequens inter scopulos ad ripas fluminum *Ono* et *Argun*, inter fruticem aut in agris planis reperi-

undus, vere plantarum diversarum geminis, foliis diversarum specierum ex allii genere ac insectis victitans; vox et volatus turdi. *Pallas.* (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. Haec species format eundem mirum transitum *pastorum* ad *Sturnos*, quem a *Crypsorhinis* ad *Picas* in *Crypsorhina Piapiac*-, a *Graculis* ad *Pastores* in *Gracula religiosa*-, a *Sturnis* ad *Cassicos* in *Sturno Pyrrhocephalo* etc. conspicimus. — Multa vidi exempla *Pastoris sturnini*, et omnia ea ex *insulis Philippinis* allata, cum *Pallasii* descriptione completissima optime conveniebant. Specimina daurica illis, solummodo parum minora (5" l.) sunt. Pedum color flavus aut nigricans, qui in diversis individuis observatur, non e sexu aut aetate avis sed potius ex anni tempestate oriri videtur, nam pedes flavos ac nigricantes alternatim et in adultis et in juvenibus vidi. In illis exemplis rostrum est interdum nigricans basi flavidum vel albidum, in his nigricans, rubro lavatum.

Observatio. Suspicio *turdum sinensem auctorum* a me nondum visum ad hoc genus pertinere, sed eum avem juvenilem aut foemininam exhibere. Hoc alii inquirent, qui hanc avem ad examen revocandi occasionem habent.

94
G E N U S S T U R N U S . *

R O S T R U M mediocre, rectum, porrectum, depressiusculum, culmine obsoleto, convexiusculo-plano; maxilla basi quam apice paulo latior, paratonis et culmine laevissima, tomis vix patentiusculis, rectissimis integerrima, mesorhinio compressiusculo, distincto, frontis plumas intrante, utrinque ad latera foveam impressam formante, apice recta, planiuscula, obtusa integerrima; mandibula gnathidiis validiuscula, lateraliter subimpressa, apice interdum subdeorsum inclinata, planiuscula, obtusa, tomis rectissimis integerrima; myxa culmine obsoleto; angulus mentalis angustus plumulosus.

N A R E S basales, laterales, patulae, in fovea sitae, rima latiuscula, longitudinali apertae, superne membrana fornicali, nuda semitectae.

L I N G U A cartilaginea, planiuscula, apice medio inciso ciliata.

P E D E S ambulatorii, mediocres, congrui: forma et positio digitorum tarsi que eadem quae *Pastorum*.

C A U D A et **A L A E**: forma earum eadem quae *Pastorum*.

P T I L O S I S. Structura plumarum fere eadem quae *pastorum*, plumae omnes duriores, minus sericeae, trunci, colli et capitis ut plurimum strictae et acuminatae.

*) *Linn., Briss., Lath., Cuv., Lacép., Dum., Illig., Temm., Wolf, Vieill., Brehm, Naum., Caccius Daud. — Creadion et Sturnella Vieill.*

1. *St. collaris*. Loris et corpore subtus a menti initio usque ad tibias lacte ranunculaceo-flavis, excepta fascia lata colli antici infimi formam ferri equini aemulante, cum apicibus strictioribus sursum ductis nigerrima; genis ac temporibus sordide albidis; plumis capitis et colli supra dorsique fuscescentibus, medio subrufis et nigricantibus, variis, illo vittis tribus longitudinalibus, albidis, harum intermedia in medio verticis a fronte ad occiput ducta, altera inferius nigricanti-marginata utrinque ad ultimo dicti latera; alarum tectricibus minoribus et mediis grisescenti-limbatis, majoribus et remigibus dorso proximis fuscescentibus nigricantifasciolatis; rectricibus utrinque quatuor lateralibus albis apice litura marginali nigricante, sequente extus, caeteris totis in fundo fuscescente nigro-fasciolatis; pectoris et totius corporis inferioris lateribus fuscescentibus longitudinaliter nigromaculatis. *Mas adult.*

Alauda magna Gmel., Wils.
Amer. Ornith. 3. p. 20. t. 19. f. 2. *Sturnus ludovicianus Lath.*
A. *Sturnella collaris Vieill.*
N.D. *Cacicus alaudarius Daud.*

Foem. adult. Mari similis, ptilosi minus nitida, fascia colli strictiore, minus nigra et extensa, griseo-tincta.

Etourneau de la Louisiane Buff. pl. enl. n. 256. *Sturnus ludovicianus Gmel., Lath.*

Juv. Fascia pectoris nigredine nonnulla indicata; partibus corporis inferioribus parum flavidis, superioribus magis in fuscum vergentibus.

Cauda subrotundata, mediocris, rectricibus substrictis, subacuminatis; maxilla fusca, recta, mandibula corneo-albida; pedes pallide incarnati; irides avellaneae. Longitudo totalis (specimenis ex *America septentrionali*) 9 $\frac{1}{2}$ " , rostri solius ab oris angulo

16" , tarsi 1 $\frac{1}{2}$ " , caudae 2" 9" . Habitat in *America septentrionali* a *Canada superiore* usque ad *Carolinam*, frequentissimus in *Florida* orientali, migratorius in regionibus borealibus, porro in *Guyana* et *Cajenna*, in pratis humidis, raro et non diu fruticum ramis supremis insidens, diversarum plantarum seminibus, vermibus et insectis victibus; cursus velox et volatus rapidus in morem perdicis; caudam motacillae ad instar motitata; vox maris et foeminae debilis; nidificat semel in anno, nidum inter frutices aut inter herbas in ipsa terra e gramine sicco struit ova 4, interdum 5 pariens, alba, lituris maculisque largis, in apice obtuso congestioribus rufescenti-fuscis conspersa. (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. Specimina e *Guiana* et *Cajenna* allata hisce ex *America septentrionali* multo minorum sunt ptilosinque illis saturatius tinctam habent; caeterum inter ea respectu colorum distributionis non minimum discrimen adest.

2. *St. militaris*. Striola a naribus ad oculos, mento, gula, collo antico intermedio, pectore, epigastrio ac alarum flexura saturate cinnabarino-rubris; regione tota parotica, colli pectorisque lateribus ac ventre nigris; capite supra nigro stria intermedia longitudinali cana; vitta supra oculos ad occipitis latera ducta et striola malari albis; plumis colli postici, dorsis, uropygii ac alarum tectricibus fusco-nigricantibus, large fuscescenti-limbatis; rectricibus totis fusco-nigricantibus, duabus intermediis cinerascentibus fasciolis obscure fuscis; laterum plumis cinerascenti-limbatis; remigibus fuscescentibus. *Mas adult.*

Etourneau des terres magellaniques Buff. pl. enl. n. 113,

STURNUS.

Sturnus militaris Gmelin.,
Lath. Troupiale à gorge ensanglantée Azar. n. 68.

Juv. Gula solummodo ventrisque macula rubris; striola a naribus ad oculos vix indicata; caeteris corporis partibus fusciscentibus, longitudinaliter fusco-striolatis.

Azar. l. c. n. 69.

Rostrum nigrum medio ad latera album; pedes fusci. Longitudo totalis $10\frac{1}{4}$ "', tarsi $1\frac{1}{4}$ ". Habitat gregarius in *Paraguay* et in *insulis Maluinis*. (Mus. Paris.)

Nota. Inter multa exempla hujus speciei a me examinata, unicum vidi in Museo Parisiensi asservatum gula ochracea praeditum, caeterum aliis speciminibus juvenilibus undique simillimum. Respectu sexuum differentiae notitiis careo. Exemplaria omnia adulta, triginta circiter quae vidi, talem ptilosin habebant qualem descripsi. — Species haec cum *Cassico militari* modo subsimili picto, minore et rostro valido, non sturnino instructo haud confundenda est.

5. *St. varius*. Capitis collique plumis angustis, acuminatis, violaceo-nitentibus, capitis supremi et colli postici macula minima dilute fusca, colli antici ejusdem magnitudinis alba terminatis, pectore sensim et caetero corpore subtus viridi-micantibus, plumis dorsi ac scapularium macula parva rufescente, apice albida, corporis inferioris macula alba terminatis; caudae tectricibus inferioribus nigris et superioribus viridibus rufescenti-marginatis; alarum tectricibus superioribus nigris, nonnihil in chalybeum vergentibus, limbo rufescente; remigibus nigricantibus, fasciola stricta obscuriore, subconspicua terminatis rectricibusque omnibus ejusdem coloris extus rufescenti-marginatis; rostro toto nigricante; pedibus castaneo-rufis.

Mas adult. ptilosi autumnali.

Foem. adult. ptilosi autumn-

nali. Mari simillima, maculis corporis superioris ac inferioris numerosioribus.

Etourneau Buff. pl. enl. n. 75.

Mas adult. ptilosi vernali. Rostro flavo; pedibus fusco-incarnatis; ptilosi universali nigricante nitide purpurino et viridi-aureo renitente, partibus corporis superioribus punctis minimis triangularibus albo-rufescentibus; crissi plumis albo-marginatis; capitis collique maculis evanidis.

Sturnus vulgaris Auct. r. Naum. Vög. t. 38. f. 84. Frisch Vög. t. 217. *Sturnus varius* Meyer und Wolf Vög. Deutschl. Heft 4. cum fig. maris.

Foem. adult. ptilosi vernali. Rostro minus flavo, partibus corporis inferioribus numerosius albo-punctatis.

Pullus et Juv. viril. et foem. hornot. Corpore toto unicolore cinereo-fusco, remigibus exceptis et rectricibus rufescenti-cinereo limbatis, gula alba, ventre albedo-lavato.

Meyer und Wolf l. c. cum fig.

Varietates. α. Corpore toto pure albo, pedibus et rostro albidis, oculorum iridibus roseis.

β. Corpore albo plumis albidolimbatis. γ. Corpore flavido-aut griseo-albo, et maculis nigricantibus et absque iis. δ.

Corpore vario, capite, collo, alis nigris, partibus caeteris albis.

ε. Collo annulo albo. ζ. Capite et collo albis, macula supra utrumque oculum nigra, abdomine alisque maculis coerulescentibus; remigibus et rectricibus ut aliis, exceptis harum extimis albis. η. Capite albo aut flavido; collo ejusdem coloris, partibus corporis caeteris ut aliis. θ. Corpore toto albo excepto capite nigro. ι. Corpore caesio, maculis albis variegato.

κ. Corpore toto unicolore isabellino flavo.

STURNUS.

Irides fuscae. Longitudo totalis $8\frac{1}{2}''$, caudae apice emarginatae $2''$ $10''$, alae $4\frac{3}{4}''$, rostri ab oris angulo $1''$. Habitat per omnem fere *Europam*, ad *Asiam* usque, hic et illic plus minusve frequens, nusquam frequentior quam in *Hollandiae* pratis, locis planis, humidis fruticibus obtectis aut juxta sylvas sitis, inter pecoris greges ambulans insectis, lumbricis, semiinibus, baccis etc. victitat, gregarius, garrulus, imitator, in cavis arborum aut rupium, in ruderibus, columbariis ex foliis aliisque siccis materiis nidum struens, aut nidum aliarum avium occupans et ova pariens $4-7$ grisea viridi-cinereo lavata; caro avis juvenilis sapidissima, adultae dura, sicca; auctumno gregatim migrat; teste cl. *Hasselquist* tempore hibernali ex *Europa* australiore in *Aegypto* advenit.

4. *P. unicolor*. Habitu toto speciei antecedentis corpore unicolore nigro, superiore parum ad purpurinum inclinante; rostro flavo, basi nigricante; pedibus fusco-flavicantibus. *Mas* et *Foem. adult.*

Sturnus unicolor *Marmora*, *Temm.* Man. d'Ornith. 1. p. 133. *Id. pl. col. t. 111.*

Juv. hornot. Griseo-fuscus, *hyeme* plumis apice maculis minutis albidis vere evanescentibus.

Forma rostri, pedum, plumarum et omnium pennarum eadem quae *Sturni varii*, plumae parum strictiores. Longitudo totalis $9\frac{3}{4}''$, rostri ab oris angulo $1''$ $1''$, tarsi $1''$ $\frac{1}{2}''$, alae $4\frac{3}{4}''$, caudae quadratae, subemarginatae $2''$ $7''$. Habitat in *Sardinia* et frequentissimus in *Aegypto*, saepius inter turbas *sturni varii*, non migratorius in rupium cavis nidificans, saepius tuguriorum tectis insidens; vitae ratio caeterum et propagatio eadem quae *sturni varii*. (*Mus. Lugd.*)

Nota. Necessè erit vitae rationem hujus avis magis adhuc

explorari, nam respectu suae ptiloseos structurae, rostri ac pedum formae ac totius corporis habitus cum specie antecedente undique convenit. Vix mihi tempero quin credam eam a praecedente specificè diversam esse. Hucusque solummodo 2 specimina adulta meo examini subijcere potui; avem juvenilem nondum vidi.

5. *St. virescens*. Capite supra, loris, vitta pone ab oculis ad aures ducta, in collo postico annulariter conflente mentoque nigris; vitta utrinque alia ad oculorum canthum posticum supremum orta, in occipite conflente, gula ex parte genisque albis; collo antico et toto corpore subtus unicoloribus canescentibus; dorso, alis caudaque supra virescenti-cinereis.

Etournequ verdâtre *Cuv.* in *Mus. Paris.*

Rostrum totum album; pedes flavidi; plumae subsericeo-molles; cauda quadrata, mediocris. Magnitudo circiter *Sturni varii*. Habitat in *terra van Diemen* et in *Nova-Hollandia*. (*Mus. Paris.*)

6. *St. carunculatus*. Palea carunculata utrinque ad mandibulae basin, mediocri, aurantia, pendula; corpore toto saturate nigro, exceptis dorso ac alarum tectricibus superioribus ferrugineis. *Mas adult.*

Sturnus carunculatus *Forst.* in lit. *Lath. Synops.* 3. t. 36. *Gmel. Creadion pharoides Vieill.* N. D. 8. p. 390.

Foem. Palea brevior; corpore toto unicolore ferrugineo-fusco.

Rostrum gracilius, subinclinatum, apice depressiusculo-acuto, nigrum, basin versus coeruleo-tinctum; pedes nigri; irides obscure avellanae; cauda mediocris reetricibus obtuse acuminatis. Longitudo $9''$. Habitat in *Nova Seelandia* australiore frequens, voce debili pipilans. (*Forst.*)

Nota. Avem hanc a me nondum visam auctoritati cl. *Tem-*

STURNUS.

mi n kii fisus inter *Sturnos* posui.

7. *St. Pyrrhocephalus*. Capite, collo, pectore supremo tibiisque laete ac saturate croceo-cinnabarinis; dorso, cauda, alis et caeteris corporis partibus nigerrimis, unicoloribus. *Adult.* *Troupiale noir à tête rouge.* *Az. ar. Voy. n. 73. Amblyramphus bicolor. Leach Zool. Misc. 1. p. 82. t. 36. (fig. medicocr.) Vieill. N. D. 1. p. 411. (Id. Troupiale rouge N. D. 34. p. 534.) — Sturnus Pyrrhocephalus Lichtenst. Berl. Vög. Verz. S. 18. Sturnella rubra Vieill. Encyclop. meth. p. 635. n. 4.*

Rostrum basi validum, totum nigrum; cauda apice subrotundata; pedes fusi hypodactylis perverruculoso-hispidis. Longitudo totalis $9\frac{3}{4}$ '' , rostri solius a fronte $13\frac{1}{4}$ '' , ejusdem latitudo apicalis $1\frac{1}{2}$ '' . Habitat rarior in Brasilia et Paraguay. (Mus. Paris. et hic, ni fallor, sub denominatione *Sonneratii Orioli rubri*.)

Nota. Est in limite haec species genus *Sturnus* inter et *Cassicus*, attamen affinior *Sturnis* respectu rostri generalis formae. Plumarum structura capitis collique mollior ac pictura de genere *Cassicus* movent. Falluntur qui signis his genus cum genere conjungentibus innisi, ex hac ave genus peculiare constituendum esse creduat. *Sonneratii Oriolus ruber* quem nondum vidi, peraffinis esse videtur, habet vero, teste claro hoc viro, dorsum quoque rubrum. *Sturni Pyrrhocephali* digiti inferne verruculoso-hispidi absque dubio peculiarrem ad vitae rationem, specierum illi aliarum spectant oppositam.

Species dubiae.

1. *Sturnus olivaceus* Gmel., Lath. Fusco-olivaceus, subtus

flavescens; vitta oculari coerulea; rostro pedibusque rubescentibus; cauda elongata. Habitat in China.

2. *Sturnus viridis* Gmel., Lath. Viridis, subtus coerulescens; sincipite gulaque cirratis albonigroque variis; macula sincipitis poneque oculos unica, scapulari, duplici, remigum rectricumque rhachi albis. Habitat in China.

Nota. Suspicio hasce duas aves ab *Osbekio* in itineris sui opere descriptas ad genus *Pastor* pertinere.

Observationes.

Species auctorum e *Sturni* genere sequentes ad genera distincta pertinent.

1. *Sturnus capensis* Gmel., Lath. et *Sturn. Contra.* Vide *Past. Contra.*
2. *Sturnus Cinclus* Gmel., Lath. Vide *Cincl. aquatic.*
3. *Sturnus moritanicus* et *Sturn. collaris* Gmel., Lath. Vide *Accent. alpin.*
4. *Sturnus dauuricus* et *Sturn. sericeus* Gmel., Lath. Vide *Past. sturnin.*
5. *Sturnus Loyca* Gmel., Lath. Vide *Cassic. militaris.*
6. *Sturnus mexicanus* est sine ullo dubio auctorum *Ampelis caryana*, sed non satis descripta. Tale specimen coeruleum nigrovarium in museo nostro adest.
7. *Sturnus obscurus* Gmel., *Sturn. junceti* Lath. Vide *Cassic. pecoris.*
8. *Sturnus gallinabeus* Lath. Vide *Past. carunculat.*
9. *Sturnus splendens* Daud. Vide *Lamprotorn. splend.*
10. *Sturnus ornatus* Daud. Vide *Lamprotorn. ornat.*
11. *Sturnus zeylonicus* Gmel. Vide *Turdus Ochrocephalus* Lath.

GENUS PARADISEA.*

ROSTRUM mediocre, capite vix longius, interdum eodem brevius, durum, illis validum his gracilius, cultratum, altius quam latum, a basi usque ad apicem magis magisque compressum, culmine compressissimo convexum; paratonis vix convexiusculis laevissimum, tomis rectis maxillae et mandibulae integrum, ad dextri latera non aut parum emarginatum; maxilla recta culmine a medio ad apicem subdeorsum flexum paululum inclinata; mandibula recta, apice acuta a culminis compressi basi subconspicue adscendens.

NARES basales, laterales, maxillae margini quam culmini propiores, foramine magno, ovali, aut ovali-elliptico apertae, superne membrana in illis capistri plumulis densissimis, brevissimis, velutino-tomentosis, nares non transcendentibus, in his plumulis parum longioribus, strictioribus, attamen dense positae, ad rostri medium usque protensis undique obsita semiclausae et infra capistri plumas latitantes.

LINGUA acuta, apice laciniata.

PEDES ambulatorii, robustissimi; tarsus digito intermedio longior; digiti antici laterales inaequales, internus cum intermedio usque ad articulum primum connatus, externus basi largiuscule connatus, posticus validus, antico intermedio vix major; acropodia scutulis longissimis; ungues subvalidi, compressi, arcuati.

ALAE longiusculae, amplae, remigibus apice obtusis.

CAUDA recta, mediocris, rectricibus aequalibus 12, apice rotundatis, exceptis 2 intermediis ut plurimum longissimis, absque pogoniis.

PTILOSI. Capistri gulaeque plumae strictae, breves, densae, aut holosericeo-tomentosae; paracerci plumae et longissimae, pendulae, fluitantes, pogoniis sericeis, laxis, et longae pogoniis densis, diversimode formatis; dorsi plumae sublaxae; facies plumosa.

*) *Linn., Gmel., Lath., Cuv., Lacép., Dum., Daud., Illig., Temm., Vieill.* — *Manucodiata Bris.* — *Cicinnurus Lophorhina-Parotica Vieill.*

P A R A D I S E A.

α. *Rostro validiore, capistri plumis velutino-tomentosis.*

1. *P. apoda.* Fronte, loris et collo antico supremo nitide atroviridibus, plumis brevissimis, densissime positis, tomentoso-velutinis; capitis plumis supra velutino-tomentosis, collipostici ac lateralis stramineo-flavis; collo antico infimo, pectore et toto corpore subtus, alis, cauda, dorso toto ac uropygio saturatissime unicoloribus castaneis, pectore lacte violaceo-tincto; paraceri infra-humeralis plumis longissimis, fluitantibus, numerosissimis, pogoniis medicribus sericeis, albidis, basin versus et plumis lateralibus flavidis, basi ipsa maculis nonnullis longitudinalibus, castaneis notatis, apicem sensim strictiorem versus ut plurimum in rhachin nudiusculam excurrentibus pallide vinaceo-tinctis, omnibus caudam magis quam 1' pedem transcendentibus; rectricum durarum intermediarum aequalium rhachibus extra pogonia basalia stricta in cirrum longissimum, deorsum curvatum, paraceri plumis longiorem, lateraliter subsetulosum exeuntibus. *Mas adult.*

Paradisea apoda Linn., Gmel., Lath. (except. var. β.) *Greater Bird of Paradise* Edw. t. 110. (Fig. medioer.) *Ois. de Parad. Buff.* pl. enl. n. 254. *Le grand Oiseau de Paradis Émeraude* Levaill. *Ois. de Parad.* 1. p. 9. t. 1. (fig. exactissima) *L'Émeraude Vieill.* *Ois. dorés* t. 1. *Paradisea major* Shaw.

Fœm. adult. Paracerco nullo; cauda aequali absque cirris ac totis alis saturate castaneis; vertice, occipite, toto collo postico ac laterali flavido-fuscescentibus; fronte, mento ac gula castaneo-fuscis; corpore subtus inferius a gula usque ad crissi finem unicolore albo.

Levaill. 1. c. p. 15. t. 2. (fig. exactissima).

Juv. viril. Fœminae adultae subsimilis, paraceri plumis plus minusve prodeuntibus et conspicuis, intermixtis aliis fuscis; gula castaneo-fusca plumis intermixtis atroviridibus.

Rostrum culmine et lateribus obscure plumbeum, apice flavicans; pedes fuscii. Longitudo a rostri apice usque ad finem rectricum lateraliū 12½'', rostri a fronte 1'' 5'', caudae 6½'', tarsi 2'', alae 7''. Habitat in *Novâ Guinea* et frequens in *insulis Archipelagi papuani*, ab incolis *Novae Guineae Burong-arū*, a *Sumatranis Burong-Dematta* nominata, gregaria, fructibus (imprimis *fici benjaminæ*), locustis aliisque insectis victitans, migratoria, duce proeunte et sturnorum in morem clamitans arboribus incidens; pellis ob paraceri plumas magnificas ac ornamenta capitis generis muliebris adhibitas jam dudum mercaturae in India materies pretiosa. Non raro greges *Paradisearum* inter *Novam Guineam* et *Aru* trans mare utram harum terrarum petentium conspiciuntur, at semper adverso vento. Si ventus dum volant magis tempestuosus exoritur, sursum altiores aëris regiones minusque ventis obnoxias petunt et sic remigium continuant. Inquilini homines cristarum loco has aves galeis affigunt, in bello et in simulacris certantimum. Non raro etiam *Paradiseae* exuvias vel saltim partem ejusdem ensibus alligant. Tempestate, qua *Subsolanus* flare solet, pennae praelongae eis excidunt, et tempestate, qua *Zephyrus* hasce perspirat regiones, per quatuor mensium spatium, testibus Aruanis, jam novae eis plumae succrevere. (*Forsk.*) (*Mus. Paris., Monac* etc.)

Nota. Avem adultam *Londini* vivam vidi; avis junior viri-

lis apice cirrorum rectricum et intermediarum pogonii vestigium gerit, ejus aetate seriore quod usu detriti videtur. Plumae paraceri flavidae in exuviis mox albescunt.

2. *P. minor. Paradiseae apodae* simillima, ab ea diversa: rectricum duarum intermediarum cirris multo brevioribus, paraceri medium vix attingentibus, paraceri plumis aequo modo longis saturate aureo-flavis, versus apicem sensim dilutioribus, basi maculis longitudinalibus castaneo-purpureis signatis, colli antici viredine inferius subbi-partito-terminata, capite et collo supra, dorso toto ac uropygio stramineo-flavis, alarum tectricibus superioribus fuscis, flavido-terminatis, collo antico infimo, pectore cauda et toto corpore subtus magis dilute fusco-castaneis. *Mas adult.*

Paradisea apoda Lin n., Gmel., Lath. Var. β . *Paradisea minor* Forst. Ind. Zool. 1. p. 34. Shaw, Vieill. Temm. *Paradisea papuana* Bechst. *Le petit Oiseau de Paradis Eméraude* Levaill. 1. c. t. 4. (fig. opt.) *Petit Oiseau de Paradis de l'île des Papous* Vieill. 1. c. t. 2. *Paradisea papuana* Bechst. in Lath. Uehers.

Foem. adult. Foeminae speciei antecedentis simillima, exceptis capite et collo supra, dorso, uropygio et alarum tectricibus superioribus totis flavo-stramineis.

Levaill. 1. c. t. 5. (fig. opt.) Vitae ratio, patria, rostri pedumque color *Paradiseae apodae*. Longitudo a rostri apice usque ad rectricum lateralium finem 10". (*Mus. Paris., Monac.* etc. In plurimis museis sub nomine foeminae speciei antecedentis spectanda.)

3. *P. rubra. Habitu Paradiseae apodae*; paraceri infra-humeralis plumis ejusdem structura, parum latioribus, apicem versus pogoniis laxis, brevioribus, uni-

coloribus subfuscescente sanguineo-rubris; capite toto gulaque atro-viridi nitentibus, plumis velutino-tomentosis, brevissimis, densis, occipitis parum longioribus, subfasciculari-congestis; colli parte caetera antica et postica, occipite, dorso supremo ac alarum tectricibus superioribus stramineo-flavis; dorso infimo, uropygio, alis, cauda et corpore subtus a collo infimo usque ad crissi finem saturate fusco-castaneis, partibus inferioribus parum dilutioribus; rachibus duabus caudae superne insertis longissimis, paraceri plumas multo transcendentes, per totam longitudinem aequalibus, flexuoso-pendentibus, angustis, inferius concavis, veluti ex elasmiae substantia compositis, nigris. *Adult.*

L'Oiseau de Paradis rouge. Levaill. 1. c. t. 6. (fig. opt.) *Vieill.* 1. c. t. 3. *Paradisea rubra* Vieill. N. D. Cuv. *Paradisea sanguinea* Shaw.

Pedes fuscescentes; rostrum corneo-griseum. Longitudo a rostri apice usque ad caudae finem 9", paraceri fere 12". Habitat in insulis *Papuanis*. (*Mus. Paris.* Alia individua descripto simillima in collectione domini *Fl. Prévost* Parisiorum vidi; avis in collectionibus adhuc rara.)

4. *P. magnifica.* Capite toto et gula flavo-fuscis, vertice paulo obscuriore; fasciculo nuchali e plumis densis, elongatis composito, supremis earum cervicis omnium minimis, hispidis quasi, dilute fuscis, macula parva nigra terminatis, subsequentibus longis, harum mediis flavo-stramineis, lateralibus dilutioribus, dorsum versus sericeo-albis; fasciculo minore e plumis fuscescentibus formato utrinque ad alarum insertionem; rectricibus duabus intermediis elongatis, filiformibus, introrsum curvatis, in uno latere pogonio strictissimo, viridibus, 9" longis; dorsi plumis longis, scapularibus et alarum tectricibus

minoribus nitide castaneis, uropygii et tota cauda quadrata sordide fuscis, in certa luce obscure viridi-relucentibus; alarum tectricibus majoribus flavo-rufescentibus; corpore toto subtus saturate viridi, excepta tænia longitudinali a mento ad pectus ducta, recta, e plumis nitide viridi-coeruleis, transversim marginatis composita; alis fulvescenti-flavis. *Adult.*

Sonnerat t. 98. *Le Magnifique Buff.* pl. enl. 631. *Levaill.* l. c. p. 36. t. 9. *Vieill.* l. c. t. 4. *Paradisea magnifica* et *Paradisea cirrata* *Auctor.*

Juvenis viril. Rectricibus filiformibus elongatis nullis; partibus corporis superioribus dilute fuscis; cauda terreo-fusca; fasciculi colli postici plumis longis tenerrime fusco-terminatis; hypochondriis in fundo albedo nigro-radiolatis; alis fusco-rufis; partibus caeteris adulti.

Levaill. l. c. p. 39. t. 10.

Rostrum fuscescens, basi flavidum; longitudo totalis 8". Habitat in *Nova Guinea*. (*Mus. Paris.*)

Nota. *Paradiseam cirratam Aldrovandii* huc pertinere ex ejusdem auctoris descriptione dilucidius quam ex ei adjecta icone monstrosissima patet.

β. *Rostro graciliore, compressiore, plumis frontis longioribus ad medium rostri usque protensis.*

5. *P. superba.* Fronte cristis duabus separatis, subelevatis, e plumis strictis, longiusculis compositis capitisque lateribus velutino-nigris viridi-purpurino nitentibus; verticis et colli infimi antici lateralis plumis alularum duarum distinctarum ad instar pendulis, nitidissime smaragdino-viridibus; nuchae plumis elongatis, latis, mantelli ad instar dorsum acuropygium tegentibus, caudae furcatae formam praebentibus, extimis apice extrorsum acinaci-formi flexis, sequentibus rectis, apice truncatis, in-

termediis brevioribus, obtusis, dorso toto, uropygio, cauda tota subrotundata omnibusque caeteris corporis partibus velutino-nigris, subpurpurino-relucentibus, collo antico violaceo-tincto. *Adult.*

Le Superbe Sonner. Voy. t. 96. *Buff.* pl. enl. n. 632. *Levaill.* l. c. p. 46. t. 14 et t. 15. *Vieill.* Ois. dorés t. 7. *Paradisea nigra* *Forst.* Ind. Zool. p. 34. *Shaw.* *Paradisea superba* *Lath., Gmel., Paradisea furcata* *Lath. Lophorhina superba* *Vieill.* N. D. 18. p. 185.

Rostrum gracilius nigrum 1 1/2". Longitudo totalis 8 1/2"-9 1/2". Habitat in regionibus borealibus *Novae Guineae*, imprimis in *Serghile*; inquilini exuvias hujus speciei ad modum aliarum *Paradisearum* in articulationibus arundinis *Bambos* in *Salawat* insulam deferunt, siccitas fumi ope in scipionibus, easque pro minoribus securibus et vilioribus pannis vendunt. Papuaeni eas appellant *Shagawa*, in Ternate et Tidore eas vocare solent *Soffu-Cocotu* (i. e. *paradisea nigra*). *Forster.* (*Mus. Paris.*)

Nota. Descriptio *paradiseae furcatae*, quae huc pertinet, ad exemplum mutilatum facta est. — Varietas *Paradiseae nigrae* minor a cl. *Forstero* descripta corpus supra totum nigrum, dorsum et pectus absque plumis elongatis habet. An foemina *Paradiseae superbae*?

6. *P. sexsetacea.* Capite utrinque ad latera plumarum rhachibus tribus longissimis, subsetiformibus, apice in discum parvum vexillatum excurrentibus; plumis hypochondriorum elongatis, latis, numerosis, pogoniis subtilibus, transparentibus, flexilibus, apice rotundato-truncatis, angustis, totis nigris; occipite crista transversa e plumis planis, latis, longiusculis, nigris, fascia nitidissime viridi terminatis composita obsito; sin-

-PARADISEA.

eipitis plumis breviusculis, albis; collo antico infimo macula ingente e plumarum rotundato-terminatarum, imbricatum positatarum, apicibus alternatim aureo-viridi, topazino-flavo, et violaceo nitentibus composita; alis, cauda et toto caetero corpore unicoloribus nigris, purpurino-nitentibus. *Mas adult.*

Le Sifilet de la Nouvelle Guinée Buff. pl. enl. n. 633. (fig. non satis accurat.) *Paradisea aurea Gmel.* *Paradisea sexsetacea Lath., Shaw.* *Le Sifilet Levaill.* l. c. p. 41. t. 12 et t. 13. (*figuræ optimæ*) *Vieill.* Ois. dorés t. 6. *Parotia sexsetacea Vieill.* N. D. 31. p. 160.

Rostrum gracilius, compressum pedesque nigri; cauda rotundato-gradata 4 1/2'' longa; irides flavæ (?). Magnitudo *Turturis*, 11'' longa. Habitat in *Nova Guinea*.

Nota. In collectiqne domini *Prévost* Parisiorum et Amstelodami multa vidi individua hujus speciei, omnia autem talem ptilosin, qualem descripsi et plurimas corporis partes mutilatas habebant.

7. *P. regia.* Parva; capite et collo totis, dorso, uropygio, alis et caudae tectricibus supra saturate coccineis, nitore nonnullo hyalino; striola superciliari parva velutino-nigra; collo infimo antico fascia latiuscula nitidissime viridi terminato; plumis utrinque pectus latera 20 longiusculis, pogoniis latiusculis, aequalibus, apice truncato fascia nitidissime viridi postice albedo-marginata terminatis, cinerascensibus; reetricibus 2 intermediis longissimis, filiformibus, apice in spiram pogoniis latiusculis praeditam, subtus cineream contortis; corpore inferius a pectore usque ad crissi finem pure albo. *Mas adult.*

The supposed King of the greater Birds of Paradise Edw. t. 111. *Le Manucode Buff.* pl.

enl. n. 496. *Levaill.* l. c. p. 26. t. 7. (*fig. opt.*) *Vieill.* Ois. dorés t. 5. *Paradisea regia Auct. or. Cinnurus regius Vieill.* N. D.

Juv. Paracercio nullo; capite, toto collo antico ad pectus usque, dorso, scapularibus, alis supra totis, uropygio et cauda sordide viridi-fuscis; corpore subtus griseo-rufescente, pluma quavis fuscescenti-marginata; rostro fusco. (*Levaill.*)

Cauda, exceptis reetricibus 2 intermediis, brevis 1 1/2'' longa; rostrum gracilius, compressiusculum, flavum, ab oris angulo 10'' longum; plumae capitis supra ad medium rostri usque protensae densae, longiusculae. Longitudo totalis 6 1/2'', reetricum 2 intermediarum 6'', paracerci plumarum fere 2''. Habitat in *Nova Guinea*, nunquam aliis paradisearum speciebus associata, sed solitaria per fruticeta volitans ubicunque baccas conspicuens, nec unquam proceras arbores insidet. Ab incolis *Aruanis* adaptatur galeis in imagine belli et ludis *Tohakalil*; incolae *Aruani* ejus nidum se nunquam vidisse testantur; verum suspicantur eam e *Nova Guinea* advenam esse ibidemque prolem educare, et ab *Aru* non recedere tempestate anni sicca, qua *Zephyrus* flat; capitur laqueis factis e *Gummatty*, vel etiam visco praeparato e *Succom* (*Artocarp. commun.*) *Aruanis Wowi-Wowi*, *Papuanis Sopoloo.* *Forst.* (*Mus. Paris., Monaco.* etc.)

Nota. Foemina, ex analogia ptiloseos aliarum specierum hujus generis, juvenili avi descriptae similis esse videtur. — Cl. *Levaillant* in operis sui egregii tabula octava varietatem avis juvenilis (an potius foeminæ?) depinxit, quam aucter hic de ornithologiae scientia meritissimus sic describit: Cauda aequali absque reetricibus intermediis elongatis supra, alis ex-

PARADISEA.

tus, toto capite et collo, dorso uropygioque fusciscenti-flavo aureis; fascia colli antici infimi viridi, paracerci plumarum minus longarum rufescente, rufescenti-terminata; corpore subtus albo. — De sexus differentia notitiis careo; multa et omnia specimina a me visa masculina fuerunt.

Observationes.

Aves sequentes ab auctoribus *Paradiseis* adnumeratae, ad genera distincta referendae sunt.

1. *Paradisea gularis* Lath., *Paradisea nigra* Gmel. (Vide *Lamprotorn. gular.*)

2. *Paradisea chalybea* Lath., *Paradisea viridis* Gmel. (Vide *Barit. chalyb.*)

3. *Paradisea aurea* Lath. (Vide *Oriol. aur. Gmel.*)

4. *Paradisea tristis* Gmel., *Grac. trist. Lath.* (Vide *Past. trist.*)

5. *Paradisea alba* Gmel., *Lath.*, *Paradisea nigricans* Vieill., *Shaw.* (*Le Nebuleux Levaill.* l. c. t. 16 et t. 17. ex parte artificiose compositus). Vide *Epi-machum album.*

6. *Paradisea leucoptera* Lath. (Vide *Lamprotorn. gular.*)

GENUS COLARIS.*

ROSTRUM curtum, durum, validum, altum sed basi latissima latius quam altum, laeve, versus culmen indistinctum convexo-rotundatum sensim compressiusculum, versus apicem compressum, grypanium, apice subito deorsum flexum ibique ad latera sinuatum; rictus latissimus; tomia maxillae versus basin admodum prosilientia at patentiuscula, acuta, integerrima; mandibula recta, tomis perintracta, maxilla brevior, et plus quam dimidia parte minus alta, apice subtruncata; furca perdilatata angulum mentalem obtusissimum formans; myxa brevis, trigona, culmine compressa.

NARES eadem quae *Coraciarum*; vibrissae minutae.

LINGUA cartilaginea, apice ciliata. (*Vieill.*)

PEDES iidem qui *Coraciarum*, respectu corporis molis breviores, debiliores, pelmate basali parum latiore.

CAUDA mediocris, recta, aequalis aut apice emarginata, rectricibus 10 subangustis.

ALAE longae, apice acutiusculae, subangustae, remige prima quam secunda et tertia omnium longissimae paullo brevior.

PTILOSIS. Pictura ptiloseos universalis eadem fere quae *Coraciarum*, minimum alarum caudaeque plumae quam in illis ejusdem structurae, molliores, imprimis capitis et colli, paullo latiores, frontis non rigidae.

*) *Cuv. Regn. an. 1. Temm. — Galgulus Briss. — Coracias Linn., Gmel., Lath. — Eurystomus Vieill.*

1. *C. violaceus*. Capite et collo supra, dorso, scapularibus/alarumque tectricibus superioribus minoribus laete et saturate ferrugineo-cinnamomeis, capite et collo imprimis laete violaceo-rufo-olivaceis, capite ad latera et toto corpore subtus in fundo cinnamomeo laetissime hyazinthino-violaceis; reetricibus totis turcoso-iridibus, exceptis intermediis duabus olivaceo-tinctis fascia apicali coerulea terminatis; alarum tectricibus majoribus superioribus ac remigibus indico-coeruleis; caudae tectricibus superioribus ac inferioribus, ventre infimo tibiisque turcoso-virescentibus. *Adult.*

Le Rolle de Madagascar Buff. pl. enl. n. 501. (*fig. medocr.*) *Coracias madagascariensis* *Auctor.* *Le grand Rolle violet Levaill.* l. c. p. 96. t. 34. *Eurystomus violaceus Vieill.* l. c. p. 426.

Juv. Rectricibus apice coerulescentibus, remigibus, scapularibus et alarum tectricibus apice rufo-tinctis.

Rostrum citreo-flavum; pedes rubicundo-fusci. Longitudo totalis 11 $\frac{1}{4}$ ". Habitat in Madagascaria. (*Mus. Paris.*)

2. *C. purpurascens*. Toto capite et collo supra, dorso, tergo, scapularibus, remigibus dorso proximis et tectricibus alarum superioribus minoribus saturate rufo-cinnamomeis, absque nitore violaceo; mento, gula, collo antico et laterali, toto corpore subtus, capite ad latera alarumque tectricibus inferioribus in fundo cinnamomeo purpurino-violaceo micantibus; alarum tectricibus superioribus majoribus remigibusque omnibus extus et intus ex parte indico-coeruleis, hisce nigricanti-terminatis; cauda indico-nigro terminata ejusque tectricibus superioribus ac inferioribus turcoso-coerulescentibus. *Adult.*

Coracias afra Lath. *Le petit Rolle violet Levaill.* l. c. p. 99. t. 35. *Eurystomus purpurascens* et *Euryst. rubescens Vieill.* N. D. p. 426 et 427.

Rostrum laete flavum, apice percompressum; pedes fusci. Longitudo totalis 9 $\frac{1}{2}$ ", rostri solius a fronte 9", caudae 3 $\frac{1}{2}$ ", alae 6", tarsi 6". Habitat frequens in Senegambia; cum specie praecedente majore non confundendus. (*Mus. Lugd., Paris., collect. mea.*)

Nota. Avis a cl. Vieillotio loco citato pro hujus speciei juvene descripta huc non pertinet. (*Vide Colar. virid.*)

3. *C. gularis*. Colari purpurascenti omnino simillimus, ab eo diversus: mento et gula cyaneis, caudae tectricibus superioribus saturate violaceis, cauda furcata et pedibus nigris.

Le petit Rolle violet à gorge bleue. Levaill. l. c. p. 152. t. 56. *Eurystomus gularis Vieill.* N. D. p. 426.

Rostrum flavido-incarnatum. Magnitudo Colareos violacei. Habitat in Africa (secund. cl. Vieill. in Australasia.) *Mus. Lugd., Paris.*

Nota. Cl. Levaillant hanc speciem pro mare Colareos purpurascens habet; huic sententiae caudae forma, colli color etc. repugnant.

4. *C. cyanicollis*. Capite toto et collo ad latera fuliginoso-nigricantibus; gula nitide et saturate cyanea; corpore subtus inferioris a gula usque ad crissi finem, dorso, tergo, caudae tectricibus superioribus, scapularibus, alarum tectricibus superioribus ac inferioribus omnibus sordide aeruginoso-iridibus, dorso nonnihil in olivaceum vergente; reetricibus supra totis nigris, lateralibus subtus pogonio interno saturate indico-coeruleis; remigibus supra

COLARIS.

nigris speculo intermedio albo, virescenti-lavato, subtus pogonio interno saturate indico-coeruleis. *Mas adult.*

Le Rollier des Indes Buff. pl. enl. n. 619. (*fig. mala.*) *Coracias orientalis Auct. Eurystomus fuscicapillus Vieill.* et *Eurystomus cyanicollis Vieill.* N. D. *Le Rollé à gorge bleue Levaill.* Ois. de Parad. 1. p. 103. t. 36. (*fig. opt.*)

Foem. adult. Mari similis absque gula coerulea.

Rostrum rubrum; pedes ochraceo-flavi; cauda aequalis, alae ejusdem apicem attingentes. Longitudo totalis 9 $\frac{1}{4}$ " , caudae solius 4" , rostri ab oris angulo 1 $\frac{1}{4}$ " , ejusdem latitudo ad basin 1" , altitudo ibidem 6" , tarsi 7" . Habitat in *India* et frequens in insulis *Sumatra* et *Java*, ab incolis primo dictae *Tiong-Bata* nominatus. (*Mus., Paris., Lugd., Monac.*)

5. *C. viridis.* Unicolor sordide viridis, plumis stria intermedia longitudinali angusta fuscescente, exceptis ventris crissique plumis coerulescentibus, stria intermedia ejusdem coloris notatis, rectricibus dilute coerulescentibus fascia nigro-coerulea terminatis, duabus intermediis nigricantibus, remigibus in-

dico-coeruleis apicem coeruleo-nigris. (*Juv.*)

Rostrum supra rubicundum, margine et subtus flavum; pedes fusi. Magnitudo circiter *Colareos purpurascens*. Habitat in *Senegambia*. (*Mus. Paris.*)

Nota. Specimina hujus avis a musei Parisiensis sibi simillima sunt, horum unum vero partes corporis inferiores omnes coerulescenti-mixtas habet. Cl. *Vieillot* hanc speciem distinctam pro aetatis varietate juvenili *Colareos purpurascens* (N. D. p. 427.) describit. — Non de hac sola specie sed de omnibus aliis *Colareos* genus formantibus respectu earum vitae rationis et aetatis sexusque diversitatis plurimarum notitiis caremus. Id igitur maxime optandum est ut naturae consulti iter in diversas terras suscipientes in colligendis rebus naturalibus ea omnia, quae ad eas melius cognoscendas ducerent, diligentius notarent. Verum enimvero non solum corpora naturalia colligere, sed imprimis animalium victum, mores, quin et avium migrationes omnemque vitae rationem pro viribus explorare et investigare iis curae ac cordi sit.

GENUS EURYLAIMUS.*

ROSTRUM capite brevius, subdevexum, validum, corneum, durum, multo latius quam altum, latissimum, tegulae subtriangularis formam praebens, basi fronte latius et maxime dilatatum, tomis maxillae integris, plus minusve sinuato-flexuosis parum inclinatis, patentiusculis, basi marginem perprosilientem, infra oculos usque protensum, acutum, verticalem, integrum formantibus; culmen obsolete carinatum, rotundatum, dertrum subito aduncum, brevissimum, emarginatum, strictum formans; rictus amplissimus; vibrissae singulae; mandibula depressissima, recta, maxillae tomis inclusa, tomis verticalibus, rectis, apice obsolete emarginatis, acumine brevissimo, obtuso terminata.

NARES a basi subdistantes, superae, substantiae ramphothecae corneae insertae, totae patulae, ovaes, interdum capistri plumis tectae; mesorhinium latum.

LINGUA

PEDES gressorii, mediocres, congrui; tarsus fere digiti intermedii longitudine; digiti compressi, internus externo brevior cum intermedio usque ad basin phalangis secundae, externus usque ad basin phalangis tertiae coadunatus; hallux validus digito medio paullo brevior; ungues compressi, mediocres.

CAUDA breviuscula, recta, rectricibus 12 apice rotundatis.

ALAE cauda breviores, breves, remige tertia omnium longissima.

PTILOSIS trunci eadem quae *Colaricos*, mollis.

*) *Horsfield* Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 170. *Raffles* eod. loco p. 296. *Temminck* Pl. col. Livrais. 22. — *Schinz* Thier. 4. p. 547. *Todus* *Lath.* — *Coracias* *Raffles* l. c. p. 303. (*Platyrrhynchus* *Viell.* N. D.)

1. *E. Corydon*. Regione circa oculos nuda ac rostro latissimo coccineis; crista capitis majuscula e plumis subsubulatis, longiusculis composita, alis, cauda et toto trunco unicoloribus nigris, absque nitore, exceptis mento et collo antico rufescentibus, speculo alarum parvo, et fascia caudae paulo ante ejusdem apicem subangusta, subobliqua albis scapularibusque aurantiis; reetricibus duabus intermediis unicoloribus nigris. *Adult.*

Coracias Sumatranus Raffles Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 303. *Eurylaimus Corydon Temm.* pl. col. t. 297. (*fig. opt.*)

Pedes fusco-nigricantes; cauda mediocris, rotundata; irides fuscae. Longitudo totalis 9 $\frac{1}{2}$ ". Habitat in insula *Sumatra*. (*Mus. Lugd., Paris.*)

2. *E. nasutus*. Capite, collo, pectore supremo, tibiis, cauda tota, alis extus totis, dorso ac tergo unicoloribus nigerrimis, dorso et capite virore nonnullo aeneo; plumis scapularibus acuminato-subulatis candidis; corpore subtus a pectore infimo usque ad crissi finem, uropygio, caudae tectricibus superioribus et arcu colli antici cum utroque apice usque ad aures ducto, e plumis rigidis, longiusculis, densis, strictissimis formato coccineis; alarum margine humerali aurantio, his subtus macula alba. *Adult.*

Todus nasutus Lath. Synops. 2. p. 664. t. 30. (*fig. inaccurata*)
Todus Macrorhynchus Gmel.
Platyrhynchus nasutus Vieill.
N. D. *Eurylaimus lemniscatus Raffles* 1. c. p. 296. *Eurylaimus nasutus Temm.* pl. col. t. 154. (*fig. opt.*)

Cauda mediocris, cuneata; rostrum nigro-coerulescens marginibus et apice flavum; irides virides; pedes coerulei. Longitudo totalis 8". Habitat in insulis

Sumatra et Java, ad littora fluviorum ac lacuum, insectis vermibusque victitans; nidum pendulum fruticum ramis supra aquam pendentibus affigit; a Sumatranis *Burong Palano* seu *Tampalano* nominatur. *Raffles.* (*Mus. Lugd., Paris.*)

3. *E. Horsfieldii*. Pilei plumis longiusculis, genis et occipite nigricantibus in purpurinum vergentibus, corpore subtus toto plus minusve pure purpurino-vinaceo, lateribus flavido tinctis; crisso pure flavo; cauda nigra, reetricibus, exceptis, duabus intermediis unicoloribus, parum ante apicem fascia latiuscula alba; dorso supremo fusco; alis et tergo totis nigris; maculis scapularium, tergi, caudae tectricum superiorum, margine alarum fasciaque in remigibus extus lata laete citreo-flavis. *Mas adult.*

Eurylaimus javanicus Horsf. Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 170. *Id.* Zoolog. Research. 2. cum fig. mediocr. *Eurylaimus Horsfieldii Temm.* pl. col. t. 130. (*fig. bona.*) *Cuv.* Thier. Uebers. von *Schinz* 4. S. 548.

Foemina (aut *Juv.*) Capite supra in fundo fuscescente, dorso et tergo fuscis alisque nigris maculis numerosis, longitudinalibus, flavis; mento, gula pectoreque cinereo-flavidis, corporis partibus caeteris inferioribus pectori concoloribus subpurpurino-tinctis; cauda et alarum speculo maris.

Temm. l. c. t. 131.

Rostrum purpurino-nigricans marginibus flavidis; tarsi basi plumis tecti; pedes fuscii. Longitudo totalis 6 $\frac{1}{2}$ " - 7 $\frac{1}{2}$ " 6 $\frac{1}{2}$ ". Habitat in insulis *Sumatra et Java* in sylvis densissimis ad fluviorum littora sitis et locis paludosis obsitis, insectis vermibusque victitans. (*Mus. Paris., Lugd., Londin.*)

Nota. Cl. *Temminck* observavit specimina virilia adulta, quae ad pectus speciem fasciae nigricantis habebant.

4. *E. cucullatus.* Capite toto, tibiis, alis, nucha et dorso nigerrimis; collari albo; regione thoracica et ventre laete dilute roseo-vinaceis; lateribus, abdomine, dorso medio, scapularibus, remigibus secundariis extus uropygioque laete flavis; cauda brevi, rotundata, rectrici-

bus nigris macula apicem versus rotunda, alba signatis.

Eurylaimus ochromelas *Raffles* l. c. p. 297. *Eurylaimus cucullatus* *Temm.* pl. col. t. 261. (*fig. opt.*)

Verticis plumae laxae, longiusculae; rostrum nigro-purpurinum, flavido-marmoratum; pedes rufescentes. Longitudo totalis 5'' 6''' . Habitat per familias parvas in insula *Sumatra*. (*Mus. Lugd.*)

GENUS CHIZAERHIS.*

ROSTRUM capite brevius, crassum, validum, durum, intumido-latum, versus apicem compressiusculum, basi vix altius quam latum et perconvexum, laeve, pergrypanium, culmine indistincto et latiusculo convexum; tomia maxillae a medio ad apicem subflexuosa, subdenticulata, patentiuscula; mandibula quam maxilla dimidia fere parte minus alta, recta, tomiis versus basin integris, medio sensim subarcuato-ascendentibus et apice emarginato deflexis, acutis, numerose undulato-denticulatis intracta, paratonis planiuscula; myxa brevis, compressa, ascendens; mesorhinium convexum, mediocre.

NARES a basi subremotae, culminis lateribus proximae, sursum spectantes, patulae, rimae-formes, ramphothecae immediate insculptae, lateraliter rostri substantia et indumento clausae.

LINGUA.....

ORBITAE et **FACIES** plumosae (minimum *Chizaerhin. variegat.*).

PEDES ambulatorii, validi, congrui, tarso digiti intermedii longitudinis, acrotarsiis et acrodactylis scutulati, opisotarsiis squamuloso-verruculosi, hypodactylis dense verruculosi; digiti omnes inaequales, posticus omnium minimus, mediocris, externus vix subversatilis cum intermedio palama usque ad apicem phalangis primae protensa-internus membrana basali conjunctus, antici omnes limbo ad latera stricto verruculoso; ungues subvalidi, fere scansorii, digiti intermedii omnium maximus, caeteri aequales.

CAUDA recta, longiuscula, aequalis, reatricibus latis, rectis, apice obtusis, 10.

ALAE mediocres, acutiusculae, caudae basin multo transcendentis.

PTILOSIS. Plumae dorsi, uropygii, tergi ac alarum tectrices omnes densae, obtuse acuminatae, corporis totius inferioris longiusculae, subangustae, fere densae, radiis versus apices decompositis, basi minus plumulosae et absque plumula accessoria.

*) *Χιζή* scissura, rima, *ὄρις* nasus; *Phasianus Lath.*, *Musophaea Temm.*, *Picill.*

CHIZAERHIS.

Nota. *Chizaerhis variegata* pluribus momentis et *Phimis* et *Spelectis* quidem peraffinis est, at ejusdem structura rostri et narium sicut ptiloseos, digitusque externus vix subversatilis ad ex ea genus peculiare constituendum causas sufficientes praebent. — Ob nomina generica a me rejecta, inepta, partim hybrida, partim ad speciei singulae notas tantum, neutiquam ad generi toti characteres proprios provocantia, quare insufficientia, nemo mihi succensebit.

Chizaerhis gigantea ulteriore examine indiget; eam nondum vidi. Forma narium nec ex *Levaillantii* et *Vieillotii* descriptionibus hujus avis colligenda est, nec mihi eadem satis icone a primo dicto data elucere videtur. Hanc magnificam avem huicce generi annumerans et *Levaillantium* ipsum, qui digitum avis externum vix versatilem indicat secutus, et rostri formae universali, quantum secundum iconem licuit, nixus sum.

1. *Ch. gigantea*. Capitis crista ad frontem incipiente e plumis densis, latiusculis composita, larga, plicatili nigra, coeruleo-terminata; genis, capite postice, collo toto usque ad pectus, alis extus et cauda magna parte supra tibiisque postice ex parte laetissime turcoso-coeruleis, unicoloribus; ventre, crisso ac tibiarium parte caetera rufo-cinnamomeis; pectore ac epigastrio pallide prasino-viridibus; remigibus primariis apice nigris; cauda largissime nigro-terminata; recticibus lateralibus basi et apice ejusdem coloris, subtus caeterum medio pallide flavis.

Le Touraco géant Levaill. Prom. et Guép. p. 36. t. 19. (fig. magnifica). *Musophaga gigantea Vieill.* N. D.

Cauda longa, largissima, apice rotundata; rostrum aurantium; pedes nigri, digito externo vix subversatili. Longitudo totalis 25". Habitat in *Africa australi*. (*Levaill.*)

Nota. Omnes avis hujus partes hic coeruleae nominatae, a cl. *Vieillotio* ex errore albae appellantur.

2. *Ch. variegata*. Rostro virescenti-flavo; capitis superioris plumis strictissimis, rigidissimis omnibus, mento, gula et toto collo antico obscure chocoladino-fuscis; crista nuchae e plumis longis strictissimis obscure fuscis, in utroque latere subtiliter albo-limbatis, acutis composita; dorsi supremi plumis alarumque tectricibus omnibus pallide caesiis scapo fusco in maculam lacrimi-formem ejus-

dem coloris exeunte; tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus cinerascentibus, plumarum scapo nigricante; corpore subtus inferius a collo usque ad crissi finem et alarum tectricibus inferioribus albis, pluma quavis stria intermedia longitudinali obscure fusca; remigibus omnibus nigris, intus speculo maximo albo; remigibus dorso proximis recticibusque omnibus nigris, nitore nonnullo chalybeo, hisce supra a basi ultra medium fusciscenti-cinerascente lavatis. *Mas adult.*

Phasianus africanus Lath. *Le Touraco musophage Levaill.* l. c. p. 37. t. 20. *Musophaga variegata Vieill.* N. D.

Foem. adult. Mari simillima ptilosi minus laeta, macula lacrimiformi alarum tectricum et dorsi plumarum paullo minore, dilutiore.

Juv. Foeminae adultae similis, ptiloseos pictura minus pura, alis caudaeque unicoloribus fuscis, nuchae crista vix conspicua absque plumarum margine albo, tomis non denticulatis, rostro pedibusque fuscis.]

Cauda aequalis; pedes nigricantes. Longitudo totalis 19 $\frac{1}{4}$ ", caudae solius 10", tarsi solius 1" 9", rostri a fronte 1" 3 $\frac{1}{2}$ ". Habitat frequentissima in *Senegambia*, *Musae* fructibus victimans. (*Mus. Paris., collect. mea* etc.)

Nota. Icon *Levaillantii* praeter nares accuratissima est. Descriptio ejusdem auctoris exhibet pedes flavos; tales inter multa specimina nondum observavi.

G E N U S P H I M U S.*

ROSTRUM habitu universali *Spelecti*, altum, validum, trigonum, antice compressum, basi crassum, *capistrum totum occupans*, grypanium, *maxillae basi supra sinciput elevato-continuata semidisciforme*, *convexo-rotundatum*.

NARES magnae, laterales et secundum maxillae longitudinem et altitudinem in ejusdem medio, longiusculo-ovatae, totae patulae.

LINGUA brevis, crassa, integerrima, psittacina (*Isert*.)

FACIES nuda.

PEDES iidem qui *Chizaerhinos*, digito externo vix versatili.

CAUDA, *alae, ptiloseos* structura eadem quae *Chizaerhinos*.

P H I M U S.

1. *Ph. violaceus*. Pileo et nucha plumulis subtilibus, perbrevis, elevatis obsitis, coccineis; vitta ab auribus versus oris angulum ducta candida; collo, pectore, alis et cauda supra ac toto trunco violaceis, hoc subtus ac alis nonnihil virescenti-nigro resplendentibus; cauda subtus nigra; loris et regione ophthalmica nudis, coccineis. *Adult.*

Musophaga violacea Isert Schrift. der Berl. Gesellsch. 9. S. 16. (Descriptio opt. cum figura pessim.) et *Auctor. Cuculus regius Shaw* Mus. Lev. t. 40. (fig. mala.) *Le Touracoviol-*

et ou T. masque Levaill. Prom. et Guép. p. 34. t. 18. (fig. opt.)

Rostrum basi flavissimum, apice coccineum; irides hepaticofuscae; rostri emarginatio apicalis omnium maxima; pedes nigri; cauda apice rotundata, larga, recta. Longitudo totalis 19'', digiti intermedii cum ungue 2'', rostri 1½'', narium 3'''. Habitat in *Senegambia* et in *Guinea*, fructibus *Musae paradisiacae* et *Musae sapientum* vicitans. (*Mus. Paris.*, dom. *Vigors* Londin.)

*) *Φιμος* fiscella, capistrum. *Musophaga Isert, Lath., Cuv., Lacép., Dumer., Illig., Vieill., Temm.*

Nota. Nutat hoc genus respectu-characterum ambiguum aequae inter *Spelecti* ac inter *Chizaerhinos* genera, utriusque characteres simul exhibens. Datum generis characterem omnibus id speciebus constituentibus accommodari posse lex naturae, ergo hic rei status genus proprium, postulat. Censeo attamen in hoc constituendo genere *solam* rostri prolongationem disciformem, forsan *Phimo violacco* tantum propriam, haud nimis graviter respiciant ornithologi. Praeditae sunt simili rostri forma species nonnullae e *Psarocolii* genere, aliae eadem privatae.

115

GENUS SPELECTOS.*

ROSTRUM capite brevius, parvum, percompressum, altum, angustum, basi paullo crassius, a basi ad apicem usque pergrypanium, dextro myxae apicem transcendens, acutiusculum, ibi ad latera sinuatum, tomis maxillaribus rectis serrato-emarginatum, patentiusculum, culmine indistincto obtuse cestri-formi compressum, paratonis planis laeve; gnathidia myxa non altiora, haec et tota mandibula recta, tomis subintractis, laevis, recta, maxilla triplo minus alta; myxa brevissima, compressa, angulose ascendens, acuta.

NARES magnae, ovato-rotundatae, totae patulae, et secundum longitudinem et altitudinem maxillae in eisdem medio, capistri plumis sericeis, antrorsum versis obtectae.

LINGUA cartilaginea, plana, acuta.

FACIES: lora plumosa; orbitae et oculorum canthus posticus nuda, orbitae papillosae.

PEDES iidem qui *Chizaerhinos*, excepto digito externo *versatili*.

CAUDA longiuscula, apice rotundata, reatricibus rectis, latis, apice rotundatis 10.

ALAE breviusculae, apice obtusae, inferius concavae, caudae basin vix transcendentes, remigibus secundariis latissimis, remige prima brevi.

PTILOSIS: plumae cristae, capitis totius et colli, dorsi supremi, tergi ac totius corporis inferioris laxae, sericeae, corpori subadpressae, basi plumulosa plumula accessoria infera, alarum caudaeque tectrices superiores majores scapularesque plumae densae, plus minusve politae.

*) *Σπελέκτος* *Hesych.* (Avis quaedam (picus) inter arborum ramos degens et in eorum cavis nidificans.) *Cuculus* *Linn.*, *Gmel.*, *Lath.* — *Corythair* *Illig.*, — *Turacus* *Cuv.*, *Turaco* *Lacép.*, *Dum.*, *Opaethus* *Vieill.*, — *Musophaga* *Temm.*

1. *Sp. Corythair.* Capitis crista alta, compressissima, e plumis sericeis composita margine albo terminata, circuli partem quartam describente, capite et collo toto, dorso supremo, pectore, epigastrio et alarum tectricibus minoribus lacte herbaeco-viridibus, unicoloribus, excepta stria infra oculos stricta sericeo-alba, ad aures ducta, alia ejusdem coloris ab oris angulo ad partem orbitarum anticam ducta, brevior, cum altera antice maculam nigram, quadratam includente; alarum tectricibus mediis et majoribus, remigibus secundariis et cauda supra nitidissime aeneo-viridibus; remigibus primariis, secundariis a medio ad apicem saturatissime purpurino-coccineis, primariis extus, omnibus margine apicali violascenti-nigris; ventre, crisso ac tergo nigricantibus. *Mas adult.*

Le Touraco de Guinée Buff. pl. enl. n. 601. *Le Touraco Loury Levaill.* Prom. et Guép. p. 29. t. 16. *Opaethus Persa Vieill.* N. D.

Foem. adult. Mare simillimo parum minor, ptilosi minus nitida.

Juv. Plumis omnibus minus puris; rostro fusco; crista rufo-terminata.

Rostrum flavo-aurantium; pedes nigri; irides rubro-fuscae; orbitae aurantiae. Longitudo totalis 17", caudae solius 8 $\frac{3}{4}$ ", tarsi 11 $\frac{8}{11}$ ", rostri ab oris angulo 11". Habitat frequentissimus ad *caput bonae spei* in sylvis fructibus victitans quos integros deglutit; caro sapidissima; nidificat in arborum cavis ova quatuor albo-coerulescentia ponens; vox profunda, rauca. (*Mus. Paris., Monac.*)

2. *Sp. Persa.* Speciei praecedenti simillimus, ab ea diversus: crista tota viridi, minus compres-

sa, semicirculari, scapularibus ex parte, remigibus secundariis extus tergo ac cauda supra saturate violaceis, absque nitore aeneo striolaque infra oculos alba, horizontali, superius paulo nigro-marginata. *Mas et Foem. adult.*

Touraco Edw. 1. t. 7. (*Touraco d'Abyssinie Buff.* descript. manca.) *Cuculus Persa Linn., Gmel., Lath.* (sed absque citata tabula Buffoniana 601.) *Le Touraco Buffon Levaill.* 1. c. p. 33. t. 17. *Opaethus africanus Shaw* Gen. Zool. *Opaethus Buffonii Vieill.* N. D.

Rostrum fuscum, culmine testaceo-rubrum; orbitae scarlatino-rubrae; irides saturate avelancae; pedes plumbeo-nigricantes. Specie praecedente vix minor. Longitudo tarsi 11 $\frac{8}{11}$ ", rostri ab oris angulo 11". Habitat in *Guinea.* (*Mus. Monac.*)

3. *Sp. Erythrolophos.* Capitis crista compressa, rotundata, rubra, plumis parvis ad collum supremum posticum usque protensis albo-terminatis; plumis narium, colli, dorsi, alarum tectricibus superioribus, remigibus secundariis, gula pectoreque laevissimis, nitide cupreis; ventre abdomineque viridicupreis, subobsolete viridicoerulescente renitentibus; remigibus extus laete rubris, intus rubicundis; capite ad latera albo; orbitis rubris.

Opaethus Erythrolophus Vieill. N. D. 34. p. 306. *Musophaga Paulina Temminck* pl. col. t. 23.

Rostrum flavo-aurantium; oculi magni, iride rubescente; cauda rotundata; pedes griseo-nigricantes. Magnitudo circiter columbae. Habitat in *Africae meridionalis* sylvis; mitis et vorax; victitat fructibus. (*Mus. d. de Laugier Paris.*)

GENUS EPIMACHUS.*

ROSTRUM elongatum, gracile, illis modice - his magis incurvum, durum, acutissimum, compressum, medio multo altius quam latum, basi subito incrassatum et trigonum, furcae largae angulo mentali acuto subinfractum, paratonis laevissimum, tomiiis per totam longitudinem sibi oppositis integrum, culmine cestri-formi plumulas frontis intrante compressum; *gnathidia valida*; maxilla et mandibula intus haud procul a basi usque ad apicem substantia cornea impletae, solidae, planae, laeves.

NARES fere in basi rostri, mediocres, laterales, tomiiis quam culmini propiores, horizontales, patulae, postice membrana plumulis tecta semiclausae; *riktus oris* usque infra oculos protensus.

LINGUA brevissima, subcartilaginea, triangularis, obtusa, integerrima.

PEDES ambulatorii, breviusculi, robusti, duriores; tarsus digiti intermedii longitudine; digitus externus cum intermedio usque ad apicem phalangis primae coadunatus, internus cum intermedio basi conjunctus, omnes robusti, scutulis acute terminatis et margine prominulis superne obtecti; *ungues scansorii*, validi, falculares, compressi, arcuati, acie utrinque ad latera emergente, acutissimi; *tarsus* plurimis semiplumosus.

CAUDA rectricibus 10—12, flexilibus, rhachibus angustis praeditae, apice plus minusve acuminato - rotundatae, illis longa, gradato-cuneata aut medioeris apice rotundata, his brevis, aequalis.

ALAE mediocres caudae basin parum aut vix transcendentis, remige prima brevi.

PTILOSIS. Cauda, alae, interdum totus truncus, minimum ex parte plumae paracerci nonnullis proprii aeneo-nitida; capitis et colli plumae plurimis breviusculae, crissi ventrisque laxae, sericeae; alarum tectrices densae, rotundatae; rectrices pogoniis fere aequalibus; ptiloseos pictura *foeminae* minoris ab ea maris diversa.

*) *Cuv. Regn. an. 1. Temm. — Præmerops Briss., Shaw. — Upupa et Paradisea Gmel., Lath., Illig. — Falcinellus Vieill. N. D.*

α. Cauda longa, gradato-cuneata.

1. *E. superbus*. Niger, nitore purpurino; pectore utrinque ad latera fasciculo-plumarum largissimarum, flabelli-formi erigendarum, alas superne totas adumbrantium, semi-circulari abscissarum, purpurino-nigrarum, harum brevioribus nitide violaceo-terminatis; fasciculo alio ad hypochondria e plumis longis, in latere interno absque pogonio falci-formibus, acuminatis, viridi-aureo fimbriatis et juxta scapum nitidissime violaceis, retroversis caudaeque basin adumbrantibus composito; cauda longissima, gradata, tota subpurpurino-nigra, reatricibus lateralibus pogoniis rigidis, cylindraceo-contortis, plumis frontis genarumque parvis, rotundatis, aeneo-viridibus, in certa luce plus minusve aureo coeruleoque nitentibus, colli postici longioribus, angustis nigro-velutinis, apice virescentibus, dorsi in fundo nigro-velutino viridi-coerulescente aureoque nitentibus, longiusculis, spatuli-formibus, uropygii longis, in caudae tectricibus nigro-violaceas decumbentibus, corporis totius subtus nigris, plus minusve violaceo-nigro, obscure viridi aut fuscescente relucentibus. *Mas adult.*

Upupa magna Gmel. Upupa superba Lath., Audeb. et Vieill. Prom. t. 8. (Fig. absq. alis et reetric. lateral.) Promerops superbus Shaw Gen. Zool. Falcinellus superbus Vieill. N. D. Le Promerops à large parure Levaill. Hist. des Prom. et des Guép. p. 26. t. 13. (Fig. optima.)

Foem. adult. Absque pectoris hypochondriorumque plumis elongatis; cauda brevior tota, (absque reatricibus lateralibus contortis, omnibus rectis) remigibusque omnibus, capite et collo supra, scapularibus, ter-

go, dorso alarumque tectricibus superioribus omnibus saturate rufo-cinnamomeis unicoloribus, cauda parum dilutiore; collo antico nigro; toto corpore subtus in fundo fusco sordide albo squamuloso-fasciolato; rostro fuscescente, pedibus fuscis.

Promerops de la Nouvelle Guinée Buff. pl. enl. n. 638. Upupa papuensis Lath. Le Promerops rayé Vieill. Ois. dorés t. 7. Levaill. l. c. t. 14. Promerops striatus Shaw Gen. Zool.

Juv. viril. Foeminae adultae simillimus at capitis pictura maris adulti, cauda paullo brevior, rostro nigro, pedibus nigro-fuscescentibus.

Upupa fusca Gmel. (excepta citata tabula Buffoniana) Levaill. l. c. p. 32. t. 15.

Rostrum arcuatum pedesque nigri; irides fusco-atrae. Longitudo totalis maris adulti cum cauda gradato-cuneata fere 3', reatricum intermediarum solarum fere 2', extimarum 6'', rostri solius ab oris angulo 3'' 4/4''; longitudo totalis foeminae 2 1/2'', caudae solius 12''. Habitat frequentissimus in *Nova-Guinea* et in pluribus *insulis Papuae*; frequens in collectionibus sed plurimum ad instar *paradisearum* mutilatus. (*Mus. Lugd., Paris.*)

2. *E. obscurus*. Capite, collo, pectore, dorso, alarum tectricibus superioribus uropygioque nigris obscure viridi-nitentibus; remigibus primariis nigris, apice fuscescentibus, sequentibus medio et apice albo fulvoque variis; corpore subtus a pectore usque ad crissum nigro, in certa luce fuscescente; cauda longissima, gradata, reatricibus omnibus acuminatis, nigro-virescentibus, in certa luce lineis transversis nigerrimis quasi radiatis. *Mas adultus.*

et collo supra, dorso, alarum tectricibus, remigibus ultimis, uropygio et cauda supra nitide nigro-chalybeis; corpore a mento usque ad crissum sericeo-nigro, in certa luce fusciscenti-relucente; rectricibus utrinque tribus lateralibus apicem versus macula alba, intermediis unicoloribus; remigibus primariis nigris, quavis macula alba oblonga, intermedia notata; macula basi remigum intermediarum ejusdem coloris. *Mas adult.*

Le Promerops Namaquois Levaill. l. c. p. 15. t. 5. *Falcinellus cyanomelas Vieill.* N. D. l. c. p. 165.

Foemina. Multo minor, rostro breviori et minus arcuato; fronte, genis, collo laterali, gula et toto corpore subtus dilute fuliginoso-fusciscentibus; caeteris corporis partibus superioribus, cauda alisque ut in mare, minus nitidis; remigibus fusciscentibus.

Juv. viril. et foemin. Foeminae adultae similis, exceptis rostro pedibusque fuscis, plumis corporis supra alarumque tectricibus nigris, subfusciscentibus.

Levaill. l. c. t. 6.

Pedes nigri; irides nigro-fuscae; rectrices utrinque tres laterales solae gradatae. *Epimacho Erythrorhyncho* paullo minor, 10'' 2''' longus. Longitudo caudae 4½''. Habitat per paria in *Africa meridionali*, in terra *Namaquorum* magnorum, se arboribus mortuis adhaerens insecta sub earum cortice investigat; timidus; hostem observans sexies aut septies repetit syllabam *co*; foemina parit quatuor ova; haec occisa mas arborum cacuminibus elevatissimis insidens per totum diem et noctu quoque voce altissima ac lamentabili clamat. (*Levaill.*)

Nota. Hanc speciem, ni fallor, in Museo Parisiensi observavi.

6. *E. coeruleus.* Capite et collo, dorso, uropygio, cauda supra alisque laete azureis, purpurino, et in certa luce virescenti-

turcoso renitentibus; corpore subtus ejusdem coloris, a pectore versus abdomen crissumque magis magisque dilutiore et in album vergente; alis caudaque subtus nigricantibus argentinogriseo micantibus; alarum tectricibus inferioribus dilute coeruleis. *Mas adult.*

Upupa indica Lath. Vieill. Ois. dorés t. 9. *Id. Falcinellus coeruleus* N. D. 28. p. 164. *Le Promerops azure Levaill.* l. c. p. 18. t. 7. *Falcinellus cyaneus Vieill.* N. D. 28. p. 163. *Promerops coeruleus Shaw* Gen. Zool.

Foemina adulta. Mari similis, hoc minor, coloribus minus nitidis - rostro breviori.

Habitus *Erythrorhynchi*; rostrum subarcuatum corneo-nigrum, subvalidum; pedes plumbei; irides fusco-aurantiae; rectrices tres utrinque laterales solae gradatae. Longitudo 13''. Habitat in *Africa meridionali*, in terra *Namaquorum* parvorum; victitat coleopteris. (*Levaill.*)

β. *Cauda mediocri, apice rotundata.*

7. *E. Lamprolophos.* Capitis cristata viridi-purpurascente nitente (capitis instar *Anat. Boschadis*) e plumis strictis, longiusculis, recumbentibus rigidisque composita; alis, cauda et toto corpore unicoloribus nitide nigricantiviridibus; genis, collo, pectore dorso, scapularibus, alarum caudaeque tectricibus in eodem fundo cristae coloris sed obscurioribus, corporis inferioris partibus caeteris obscurius viridimicantibus; remigibus rectricibusque extus obscure coeruleovirescentibus, subtus, aequae ac alarum tectricibus inferioribus, nitide marino-viridibus. *Mas adult.*

Le Promerup Levaill. l. c. p. 24. t. 11.

Foem. adult. Cristata, mare paulo minor, ei simillima, excepto corpore subtus inferius a pectore usque ad crissi finem ful-

vo-albido transversim nigricanti-fusco radiato.

Levaill. l. c. t. 12.

Rostrum arcuatum et pedes corneo-nigri; cauda larga, longiuscula, rotundata. Longitudo ultra 16". Habitat in *Africa meridionali.* (*Levaill.*)

8. *E. Sibilatrix.* Fronte, genis, gula, collo et toto corpore sub-
tus pure albis, maculis pone oris
angulum et ad hypochondria lon-
gitudinalibus, fusciscentibus;
collo postico et capite supra ex
parte, dorso, scapularibus, cau-
dae et alarum tectricibus supe-
rioribus, tergo uropygioque di-
lute fusco-olivascens; rectri-
cibus duabus intermediis dorso
concoloribus, lateralibus sub-
gradatis albis, fasciis strictis,
subnumerosis, fusco-nigris. *Mas*
adult.

*Le Promerops Siffleur Le-
vaill.* l. c. p. 22. t. 10. *Falci-
nellus Sibilator Vieill.* N. D.
28. p. 169.

Rostrum gracile parum incli-
natum, fusciscentibus; pedes flavi
unguibus fusciscentibus; irides
fusco-rubrae. Longitudo totalis
9". Habitat in *Africa meridionali*
in terra *Namaquorum*
magnorum, voce *Pyrrhulae* in-
star sed fortiore sibilans; ves-
citur insectis. (*Levaill.*)

Nota. Hanc speciem nondum
vidi. Icon citata pulcherrima
exhibet caput avis album, vit-
ta ad nares incipiente supra
oculos ad occiput ducta, oli-
vascente ornatum.

γ. *Cauda brevior, aequali.*

9. *E. albus.* Cauda brevi, quadra-
ta, nitide violacea, in certa lu-
ce lineis nigris transversis ra-
diata; fasciculo utrinque ad pec-
toris latera infra alas protenso
e plumis erigendis, latis, rha-
chi valida munitis, longis, col-
lo concoloribus, apice rotunda-
to-truncatis nitidissime et pure
viridi-smaragdinis composito;
fasciculo alio subsequente infra
alas e plumis longissimis albis,
subulatis, nutantibus, numero-

sis, pogoniis sublaxis munitis,
sericeis, caudae apicem trans-
cendentibus, ultimis senis utrin-
que in filum criniforme, longis-
simum, fuscum exeuntibus for-
mato; capitis, colli, dorsi pec-
torisque plumis velutino-nigris,
obscuris viridi- aut purpureo-vi-
olaceo nitentibus; ventre, ab-
domine, crisso alarumque tec-
triciis inferioribus secundum
aspectum nigro-purpureo aut
aureo-viridi nitentibus; alarum
tectricibus, scapularibus remi-
gibusque decem ultimis nitide
violaceo-purpurinis, remigibus
primariis nigris, extus violaceo-
limbatis. *Adult.*

Paradisea alba Auct. cum
var. β. (*Descriptio incomple-
ta.*) *Manucode à douze filets*
Vieill. Ois. dorés t. 13. (*fig.*
inaccurat.) *Paradisea violacea*
Bechst. in *Lath. Uebers.* *Pa-
radisea nigricans Shaw.* Gen.
Zool. *Paradisea candida For-
ster.* Ind. Zool. p. 35. *Le Pro-
merops multifil.* *Levaill.* l.
c. p. 38. t. 17. (*fig. optim.*) *Fal-
cinellus resplendescens Vi-
eill.* l. c. p. 165. (*Le Nebuleux*
Levaill. Ois. de Parad. 1. p.
51. t. 16. et t. 17. *fig. falsa.*)

Rostrum parum arcuatum pe-
desque nigri, hoc culmine ba-
sali frontem intrans; capistri
plumae usque ad nares proten-
sae. Longitudo totalis 9½". Ha-
bitat in *Nova-Guinea.* (*Mus.*
Paris.)

Nota. Ex sententia mea *Le-
vaillantii Oiseau de Pa-
radis nebuleux*, in operis sui
splendidissimi (T. 1. p. 51.) ta-
bulis 16 et 17 spectanda ad
specimen et ex hujusce avis
et ex *Epimachi fusci* cor-
poris partibus compositum
pictus est. Caput et trun-
cus, qualiter ea icones nomi-
natae exhibent, pertinent ad
foeminam *Epimachi fusci*, pe-
des vero, cauda, plumae lon-
gae pectorales nitide termina-
tae (in icone colli lateribus
insertae) et plumae longae al-
bae in cirros fili-formes exe-
untes ex hacce specie haustae

sunt. Ultimo dictas vir avem hanc artificiosam praeparans ex arbitrio dorso infimo implantavit. Quae ad alas attinent, suspicor eas foeminae *Epimachi superbi* proprias fuisse. Mirum est ornithologum sagacissimum, *Levaillant*, hujus adulterationis vestigia haudprehendisse!

10. *E. magnificus*. Cauda brevi, larga, quadrata, velutino-nigra, reatricibus duabus intermediis totis nitide metallice viridi-purpurinis; pectore utrinque ad latera fasciculo e plumis longis, erigendis, basi sericeis, sensim in rhaches fili-formes, longas, pogoniis raro-radiatis, brevissimis instructas, arcuato-flexas exeuntibus composito; gula et toto collo antico ad pectus usque plumis rigidiusculis, spatuli-formibus, imbricatim positis, metal-

lice coeruleo-viridi purpureoque relucetibus obsitis et fascia pectorali viridi-smaragdino, aureo- aut purpurino-nitente terminatis; plumis capitis supra, colli postici ac lateralis, dorsi, uropygii scapularibus, alis, ventre, tibiis crissoque in fundo velutino-nigro purpurino-nitentibus; remigibus utrinque duabus dorso proximis lunula apicali viridi-purpurina. *Adult.*

Le Promesfil. Levaill. l. c. p. 36. t. 13. (*fig. opt.*) *Falcinellus magnificus Vieill.* N. D. p. 167.

Rostrum arcuatum, subvalidum pedesque nigri; capistri plumae ad nares usque protensae. Longitudo parum ultra 12"; non rarus in collectionibus sed ut plurimum *Paradisearum* ad instar mutilatus; avis perpulchra. Habitat in *Nova-Guinea*. (*Mus. Lugd., Paris.*)

133

G E N U S U P U P A . *

ROSTRUM: forma universalis eadem quae *Epimachi*, modice incurvum, gracile; trigono-teretiusculum, medio parum altius quam latum, basin versus sensim validius; gnathidia gracilia; maxilla intus in substantia cornea solida sulco intermedio longitudinali subconspicuo; gonyx mandibulae duas tertias partes aequans, gnathidiis ea brevioribus, angulo mentali acutissimo; paratona mandibulae basin versus subsulcata.

NARES in basi rostri, laterales, intermediae, ovaes, patulae, frontis plumis obtectae.

LINGUA eadem quae *Epimachi*.

PEDES ambulatorii, mediocres, congrui, molliores; digitorum forma eadem quae *Epimachi*, tantum digitorum gracilium scutula superiora margine minus prominulo; tarsi toti nudi; *ungues parvi*, *parum arcuati*, compressi, posticus omnium longissimus, rectiusculus, longus, acutissimus, omnes subtus percanaliculati.

CAUDA mediocris, aequalis, reatricibus 10.

ALAE caudae medium attingentes remige prima brevi.

PTILOSIS absque nitore aeneo; plumae colli ac totius trunci sericeae, molles, longiusculae, pogoniis subtilissimis, fere totis plumuloso-radiatis; crista (minimum speciebus hucusque notis) verticis simplex aut disticha, erigenda, e plumis elongatis, aequalibus, densis sed teneris pogoniis praeditis composita; retricum apice obtusarum pogonium externum interno multo strictius; ptiloseos pictura foeminae ab ea maris non diversa.

*) *Linn., Briss., Gmel., Lath., Cuv., Dumer., Illig., Vieill., Temm.*

1. *U. Epops*. Capitis crista disticha, erigenda, e plumis longis, aequalibus, latiusculis, planis, apice obtusis, pallide cinnamomeis, macula nigra inferius albedo-marginata terminatis composita; capite et collo totis, dorso supremo pectoreque vinaceo - rufescentibus; cauda nigerrima fascia in medio largiuscula candida, subarcuata; remigibus primariis ac secundariis nigerrimis, omnibus fasciis subnumerosis, latiusculis, candidis, exceptis remigibus dorso proximis albo-rufescentibus, quarum ultima nigra taenia in medio longitudinali, subobliqua et alia pallidiore margine externo rufescentibus, aliis rufescenti-albis fasciis in forma maculae maximae nigris, grisescenti-terminatis; dorso fascia lata alternatim nigra et rufescenti-albida; abdomine albedo; crisso albo; tibiis albis lituris nonnullis longitudinalibus nigricantibus. *Mas adult.*

Edw. t. 345. *La Huppe Buff.* pl. enl. n. 52. *Levaill.* Promer. et Guép. t. 22. (fig. mediocr.) *Upupa Epops Auctor.* *Naum.* Vög. t. 38. f. 85.

Foem. adult. Mare simillimo parum minor, crista brevior.

Juv. hornot. et pullus. Adulto similis, ptilosi sordidiore, rostro rectiusculo cristaque brevioribus, mento albedo, hypochondriis crebrius longitudinaliter nigricanti-fusco striolatis, remigum fasciis minus pure albis; caudae fascia ut in adulto.

Rostrum nigricans versus basin incarnatum; irides dilute fuscae; pedes rubro-fusci. Longitudo totalis 11'', rostri solius ab oris angulo 2'' 4''', tarsi 11''', caudae aequalis 4''. Habitat migratoria et solitaria per totam fere *Europam* ad *Asiam* usque, frequentior vero est in regionibus meridionalibus, ex *Europa* auctumno in *Nubiam* et *Aegyptum* migrans, ibi in urbibus commu-

nis; nidum struit e foliis siccis, lichenibus et e musco compositum in arborum truncatarum, in rupium, murorum aut aedium cavis, ova 4-5 griseo-alba, sordide lavata ponens; degit imprimis juxta sylvarum humilium margines in pratis humidis et subfruticosis, ibi perdicum iustar ambulans et insecta exquirens; voce personora, non ingrata clamat *hu-pupp upp*; terrefacta cristam erigit; auctumno perpinguescit; volatus lentus, undans, non perdurans; caro sapidissima; fabulae de avis ejusdemque nidi foetore denique deleri debent.

Nota. Hanc speciem inter Chineses picturas observasse praetendat cl. *Latham*. Specimina *Epops* e *Senegambia* allata nondum vidi.

2. *U. minor*. *Epopi* simillima ab eo diversa: statura minore, cristae fascia nigra terminante absque albedine, capite, collo, dorso, alarum tectricibus superioribus minoribus et toto corpore subtus laete rufo-cinnamomeis, ventre tibiisque sensim pallidioribus et absque striis obscurioribus, crissi plumis ejusdem coloris albo-terminatis, caudae fascia alba larga, transversa ejusdem basi propiore, remigibus octo primariis totis nigris, sequentibus nigris ex parte a basi ad medium usque albis, tribus ultimis dorso proximis obscure fuscis, rufo-limbatis. *Mas et Foem. adult.*

La Huppe d'Afrique Vieill. Ois. dorés t. 2. N. D. 15. p. 422. (Descriptio opt.) *Upupa africana* *Bechst.* in *Lath.* Uebers. S. 172. *Lichtenst.* *Upupa minor* *Shaw* Gen. Zool. 8. p. 139.

Juv. hornot. Remigibus secundariis trifasciatis (primariis totis nigris).

Rostrum nigrum basi parum dilutius; pedes nigricantes. Longitudo totalis 10''. Habitat in

UPUPA.

Africa meridionali ad caput bonae spei, in terra *Caffrorum*, in *Senegambia* (?) et in *Congo* ac *Cacongo*; vitae ratio et vox eadem quae *Epopis*. Species sane distinctissima. (*Mus. Paris.*)

3. *U. Monolophos*. Capitis crista simplice, flabelli-formi-erigenda, rufo-aurantia, nigro-terminata; cauda alisque absque fasciis, his tectricibus superioribus fulvescenti-ferrugineo-marginatis, illa subgradato-rotundata, nigra; reetricibus ac remigibus extus tenerrime griseo-albo terminatis; capite, collo, pectore dorsoque aurantio-rufo; plumis ventris, abdominis, tibiatarum crissique albis, striola intermedia longitudinali fuscescente. *Mas adult.*

Le Promerops marcheurlargup. Levaill. Prom. et Guép. p. 56. t. 9. (ex errore sub nomine: *Promerops Promear* ♂).

Foemina. Mari simillima, crista minore.

Magnitudo et tota forma *Epopis*; rostrum basi griseum inde nigrum; pedes fusci; irides castaneo-fuscae. Habitat in *Africa meridionali* in districtu *Caffrorum*, in viis sylvaticis ab *elephantis* et a *bobus caffris* calcatis, e quorum stercore insecta eorumque larva investigat; timida; nidificat in cavis arborum, in ligno putrido ova quatuor pallide rufa punctulis nigro-fuscis conspersa pariens; clamat matutine per nonnullas horas distinctissime *cro-cro-cro* in terra autem ambulans voce concrepante *clac-clac-clac*. (*Levaill.*)

Observationes.

1. *Upupa Promerops Gmel.*, *Lath.*, *Upupa mexicana Gmel.*, *Lath.*. *Merops cafer Linn.*, *Gmel.* Vide *Nectarianiam longicaudatam*.

Nota. *Upupa mexicana* auctorum secundum figuram *Sebae* nam huc sane pertinet, *Sebae* autem descriptionem hujus avis (verisimile ad exemplum recentissime e spiritu vini, in quo asservabatur, sumtum, hae ex re nitidum, factam) undique deformavit.

2. *Upupa paradisea Gmel.*, *Lath.*, *Muscicapaparisidis Gmel.* var. β et δ , *Lath.* var. β et γ . — *Todus paradisaeus Gmel.* var. Vide *Muscicapam paradiseam*.

3. *Upupa capensis Gmel.*, *Lath.* Vide *Pastorem Upupam*.

4. *Upupa papuensis* et *Upupa superba Lath.*, *Merops fusca* et *Upupa magna Gmel.* Vide *Epi-machum superbum*.

5. *Upupa aurantia*. Descriptio et icon *Sebae* hic citatae aequo modo pessimae sunt; varietas *Upupae aurantiae* adjecta sicut illa ipsa speciem ex *Psarocolii* genere exhibere videntur, sed nimis obscure descriptae, ambae e foro ornithologico prorsus relegentur.

6. *Upupa olivacea Bechst.* in *Lath.* Uebers. (*Philed. olivac.*)

Nota. Quid *Upupa tota nigra* a *cls. Sonnini* et *Vieillot* indicata sed non descripta sit, nescio.

GENUS CRYPTORHINA.*

ROSTRUM mediocre, validum, crassum, durum, laevissimum, basi latiusculum, inde sensim subcompressum, tomis maxillaribus mandibularia tegentibus, integrum; maxilla quam mandibula dimidia fere parte altior, culmine compressiusculo-convexo, indistincto, continuo in apicem arcuatim deflexa, paratonis subintumida; mandibula rectiuscula, versus apicem subdeorsum inclinata, recta, culmine a basi subplana ad apicem convexa; vibrissae nonnullae parvae ad oris angulum.

NARES basales, laterales, pone ramphothecae basin in sulco verticali sitae, rotundae, patulae, capistri plumis brevibus, densis obtectae.

LINGUA subcartilaginea, apice detruncato, medio inciso, utrinque emarginato, margine ciliato. (*Forst.*)

PEDES ambulatorii, congrui, subrobusti; tarsus digito intermedio multo longior; acropodia scutulata; digiti mediocres, robusti; hallux digitorum internum aequans hypodactylo basali verruculoso, dilatato; digiti antici fissi, externus cum intermedio basi vix coadunatus; unguis posticus anticis validior, incurvus, digiti intermedii omnium longissimus, gracilior, subarcuatus, caeteri aequales.

CAUDA elongata, cuneata aut gradata, plana, rectricibus 10 -- 12.

ALAE apice obtusae, breviusculae.

PTILOSIS. Capistri plumae breves, subvelutinae aut strictae; plumae trunci superioris ac inferioris molles, subsericeae, totae laxae, at adpressiusculae; tectrices alarum densae.

*) *Crypsirina Vieill.* N. D. 33. p. 31. *Corvus Lath., Gmel.*
 — *Callaeas Forst., Lath., Illig.* — *Glaucopis Gmel., Temm.*
Phrenotrix Horsf. Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 162.

Nota. Nomina generica *Glaucopis* et *Callaeas* solummodo in *Cryptorhinam Callaeam* quadrantia fugienda sunt. Nomen generis characterem in omnibus ejusdem speciebus spectandum complecti natura ipsa postulat.

1. *C. Piapiac*. Capite, alis, cauda et toto corpore unicoloribus piceo-nigris, nitore sericeo relucens, cauda longa, cuneata, magis fuliginoso-fusciscente et ad purpureum inclinante, remigibus ejusdem coloris, parum obscurius terminatis. *Mus adult.*

Le Piapiac Levaill. Ois. d'Afr. 2. p. 14. t. 54. *Corvus afer Gmel.* — *Coracias nigra Lath.* *Pica nigra Vieill.* N. D.

Foemina. Mari adulto similis, parum eo minor.

Juv. Adulto similis, ptilosius minus nitida et in alis in fuscum vergente, cauda brevior.

La pie du Sénégal. Buff. pl. enl. n. 538. *Corvus senegalensis Auctor.*

Rostrum pedesque toti nigri; irides badiae; cauda quam in *Pica melanoleuca* parum longior sed strictior. Longitudo totalis 17'' 8''' , tarsi 7'''. Habitat in *Senegambia* et in terra *Namaquorum* Africae australis per turbas parvas, in arborum cacuminibus nidum in morum *Picae melanoleuca*e struens, undique ramulis spinosis clausum nisi foramine pro introitu idoneo praeditum; ponit ova 6-8 albo-coerulescentia maculis fuscis conspersa, in apice obtuso latoribus, numerosioribus; nomine *Piapiac* hujus avis vox exprimitur. (*Mus. Paris.*)

Nota. Speciem sequentem pro hujus sexus varietate vendidissent, nisi cl. *Levaillant* expresse diceret ptilosius inter sexus *Cryptorhinae Piapiac* nullo modo discrepare. — Haec caeterum avis cum sequente maxima gaudet affinitate cum *pica*, attamen respectu rostri ptilosiosque structurae *Cryptorhinae* quam *Picis* proprius est. — *Coraciam nigram Lathamii* huc pertinere, ejusdem auctoris

descriptio in *Synopsi* imprimis de narium forma data, satis docet.

2. *C. Poicilorhynchos*. Speciei praecedenti respectu corporis formae ptilosiosque picturae ac structurae simillima, excepto rostro flavo, subpellucido, apice tantum nigro.

Magnitudo speciei antecedentis; pedes nigri. Habitat in *Senegambia*. (*Mus. Paris.*)

3. *C. temnura*. Unicolor nigerima; rectricibus longis, gradatis, omnibus apice emarginato-truncatis pogoniisque ibi subextorsum flexis.

Glaucopsis temnura Temm. pl. col. n. 337.

Rostrum pedesque respectu corporis molis breviusculi, nigri; alae breves. Magnitudo circiter *C. leucopterae*, cauda longiore. Habitat in *India* (?)

4. *C. leucoptera*. Frontis plumulis suberectis, antrorsum versis, capite, cauda et toto corpore subtus et supra unicoloribus nigris, exceptis alis atris macula intermedia magna, tectricum majorum apicibus albis formata, notatis, remigibusque secundariis duabus anticis margine externo candidis. *Adult.*

Glaucopsis leucoptera Temm. pl. col. t. 265.

Rostrum pedesque nigri; orbitae nigrae; cauda cuneata. Longitudo totalis 14''. Habitat in insula *Sumatra*. (*Mus. Paris., Lugd.*)

5. *C. Callaeas*. Unicolor ardesiaco-cinerea, capistro nigro; palea utrinque ad mandibulae basin, margine rotundata, flava, macula basi coerulea notata; rostro pedibusque nigris; cauda cuneata.

Callaeas cinerea Forst. Icon. inedit. t. 52. (fig. opt.) Id. *Enchirid. Hist. nat. inserv.*

CRYPTORHINA.

p. 35. Mus. Lev. 1. p. 239. cum fig. mala. Lath. Synops. 1. t. 14. *Glaucopis cinerea Gmel.*

Irides flavae. Magnitudo *C. leucopterae*. Habitat in *Nova Seelandia* in terra ambulans, rarius arboribus insidens, baccis, insectis, aviculis quoque victitans; vox fistulans et profunde murmurans, haud ingrata; caro sapidissima. (*Forst.*)

Nota. Vidi in museo Hunteriano anatomico Londini 2 specimina hujus speciei in spiritu vini asservata et aliud exemplar in collectione dom. *Vigorsii* in eadem urbe. Avis in museis hucusque rarissima. Iridum et palearum colorem secundum iconem a cl. *Forstero*, filio, ab eo in *Nova-Seelandia* ipsa elaboratam descripsi.

6. *C. varians*. Plumulis frontis ac lororum subtomentosis, nigro-nitentibus; capite toto, alis, cauda supra et omnibus corporis partibus superioribus et in-

ferioribus olivascentibus, unicoloribus, sericeo-aeneo-, in certa luce subpurpurino-nitentibus; alarum tectricibus inferioribus, alis ac cauda subtus nigricantibus. *Mas et Foem. adult.*

Le Temia Levaii Ois. d'Afr. 2. p. 17. t. 56. *Corvus varians* Lath. Suppl. *Corvus Temia* Shaw Gen. Zool. *Crypsirina varians Vieill.* N. D. *Phrenotrix Temia Horsf.* Zool. Res. 1. c. f. Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 162. *Glaucopis varians Temm.*

Rostrum mediocre, laevissimum, nigerrimum; pedes nigri; cauda pergradata, reetricibus 2 intermediis aequalibus. Longitudo totalis 12 1/2'', caudae solius 7'', rostri ab oris angulo 1''. Habitat frequens in insulis *Java* et *Banda* locis nuperrime cultivatis tuguriis solitariis obsitis, in humo insecta requirens; fructibus quoque victitat; volatus lentus; *Checticut* seu *Benteat* Javanis. (*Mus. Paris., Lugd., Monac.*)

GENUS TANTALUS.*

ROSTRUM longissimum, validum, basi incrassatum et ambitu faciem occupans, rectum, versus apicem angustiore incurvum, laevigatum, extus tomis sibi oppositis intractis sulco profundo longitudinali munitum; maxilla basi quam mandibula multo validior, valida, superne rotundatum, ad latera planiuscula, dein per totam longitudinem teretiuscula, et magis magisque gracilis, laevissima, tomis versus basin rectis, dein usque ad apicem extimum arcuatim deflexum, lateraliter subprofunde emarginatum, obtusum perintractis, ab apice ad tertiam longitudinis partem sulcum marginalem, subobliquum, subobsoletum, relinquentibus acuta, integerrima; mandibula secundum maxillam flexa eadem basi multo minus valida, gnathidiis planiuscula, dein paratonis laevissimis, integerrimis per totam longitudinem convexa, tomis quam in maxilla minus intractis, verticalibus, a medio usque ad apicem margine externo sulcum perdistinctum formantibus integra, acuta, apice deorsum flexa; myxa culmine teres, longa; angulus mentalis mediocris, obtusus, membrana nuda, dilatabili expleta.

NARES basales, subdorsales, apertura lineari-elliptica seu subovata longitudinali patulae, perviae; mesorhinium laeve, rotundato-planum, latiusculum.

LINGUA brevissima triangularis in fauce.

PEDES grallarii, elongati, tetradactyli; tarsus digito intermedio multo longior; tibiae pars magna nuda; digiti inaequales mediocres, latere interno subloamini, externus cum intermedio membrana squamulosa a basi fere usque ad apicem phalangis primae ducta, intermedius cum interno tali parum brevior coadunatus; hallux cum ungue digito interno brevior, cum toto rhizonychio incumbens a pternae medio amotus; tarsotheca squamulis hexagonis, acrodactyla scutulis obsita; ungues falculari-tegulares, obtusi, mediocres, omnes aequales et integri.

CAUDA alis tecta, aequalis, reatricibus apice obtusis 12.

ALAE amplae, congruae; remiges 2 et 3 omnium longissimae.

PTILOSIS eadem quae *Ciconiae*.

*) Linn., Scop., Forst., Lath., Cuv., Dumer., Illig., Temm., Vieill. Ibis Briss., Vieill.

4. *T. Loculator*. Capite toto et collo ultra medium nudis, nigris, illius parte suprema ossea in albidum vergente, hoc squamulis membranaceis, transversim positis, solubilibus, albidis obsito; colli parte caetera, alarum tectricibus superioribus ac inferioribus omnibus, dorso, tergo, caudae tectricibus superioribus ac inferioribus, scapularibus et toto corpore subtus unicoloribus, pure albis; remigibus et cauda totis nigris, lacte in viride et in cupreo-purpureum vergentibus; tibiae parte nuda et tarsi parte maxima nigris, hujus parte infima digitisque lacte aurantio flavis; rostro nigricante, versus apicem in olivaceum culmine in castaneo-fuscum vergente. *Mas* et eodem minor *Foem.*

Tantalus Loculator. Mas Linn., Gmel., Lath. *La Caricaca de Caj. Buff.* pl. enl. n. 868. (*fig. respectu pedum ac rostri coloris vitiosa.*) *Cangu* Azar. n. 344. *Ibis Nandapoa Vieill.* N. D. 16. p. 21. Id. *Encycl. meth.* p. 1149. n. 16.

Juv. biennis. Capite, rostro pedibusque ut in adulto tinctis; collo plumis albidis, plus minusve numerosis et detritis obsito.

Tantalus Loculator Wils. Amer. Ornith. 8. p. 39. t. 66. f. 1. (*fig. bona.*)

Juv. hornot. Adulto multo minor; rostro brevior tota flavo; fronte impressiuscula, sinu capite, regione ante oculos mentoque nudis, in rufo-flavidum vergentibus (in exuviis); capitibus parte caetera et toto collo plumosis, sordide albo, occipite et nucha pallide fuliginoso-nigricante tinctis; caeteris ptiloseos partibus ut in adulto tinctis, exceptis remigibus nigris potius in aeneo-viride, cauda minus in purpureum vergentibus; tarsi digitisque totis rufis.

Tantalus plumicollis Spi x Av. Brasil. 2. t. 85. (*fig. bona.*)

Juv. hornot. ptilosin avis biennis induens. Rostro fusco-rubicundo plus minusve in flavidum vergente, basi obscuriore; capite anteriore nudo, nigro; tarsi nigricantibus, digitis ex parte, plus minusve conspicue, flavido-variegatis.

Jabiru-guacu Marcgr. (*Descript. opt.*) *Wood Pelican Catesb.* t. 81. (*fig. mala.*) *Tantalus Loculator Linn., Gmel., Lath.* (sed sola diagnosis et sic nominatae foeminae descriptio) et *Tant. Pillus Gmel., Lath.*

Irides albae. Longitudo totalis (maris adulti) 3' 5 1/2'', rostri solius ab oris angulo 7 3/4'', (juvenis 6 1/4''), a naribus 9'', myxae 5'' 5''', caudae constanter 7'', alae 18 1/2'', partis nudaae tibiae 5'', tarsi 7 1/2'', (juvenis 6 3/4'') digiti intermedii cum ungue 4 1/4'', postici 1'' 11'''; altitudo rostri ad basin fere 1 3/4'', latitudo 1'' 5'''. Habitat frequens solitaria aut per paria interdum gregibus numerosis in paludosis et inundatis argillosis *Cajennae, Guianae, Brasiliae, Paraguayae, Luisianae, Carolinae, Georgiae et Floridae*, stupida, gregatim arboribus insidens et collo reclinato rostrum incumbens; victitat piscibus amphibiisque aquaticis; rostrum humo argilloso aquoso ad anguillas ibi reperiundas capiendas semiclausum profunde immergit; altissime aeris regiones petit; nidificat in arboribus; *Brasiliensibus Jaburu-guagu et Nhandu-apoa.* (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. Plurima et multa hujus speciei specimina, collo interdum dorso alisque rufescenti-tincta vidi. Hunc vero colorem solum vitae ratio, terra argillosa scilicet, in qua nutritionem colligit avis, efficit. Pullam avem aetiam vidi.

Lathamii varietates subtiliteris β et γ exhibitas huc non ponendae sunt; spectat earum prima nempe ad *Ibin albicollem*, altera, ni fallor, ad *Tantalum Leucocephalum*. *Brissonii* descriptio sui *Numenii americani majoris* (Ornith. 5. p. 335.) ab auctoribus citata mihi suspectissima apparet; omni casu adjecta ii synonymia falsa est; citata enim *Marcgravii Caricaca prorsus* in *Ibin albicollem* laudata *Catesbyi* icon vero in *Loculatorem* juvenilem quadrat. *Brissonii* descriptio ipsa exhibet avem juvenilem *Loculatoris*, si excipias tergum et uropygium in ea nigra nominata, tali modo picta in *Ib. albicollis* conspicienda. Eiusdem auctoris descriptio *Ciconiae brasiliensis* (Ornith. 5. p. 371.) respectu ptiloseos picturae et citati *Jaburu-gucu Marcgravii* ad *Loculatorem* - rostri vero ad *Ciconiam Maguari* spectat.

Structura cutis capitis collique hujus avis fere ut in *Corvo frugilego* occurrit. *Loculatorem*, ut cl. *Latham* habet, *Novam-Hollandiam* quoque inhabitare non credam. Haec cl. *Dampieri* indicatio potius ad *Tantalum lacteum* seu *Leucocephalum* spectare videtur. —

2. *T. Leucocephalus*. Rostro ac facie nuda flavis; capitis parte caetera, collo, toto corpore subtus, excepta fascia pectorali nigra, dorso toto, tergo ac alarum tectricibus superioribus majoribus, in alis vittam latissimam longitudinalem efficientibus candidis; remigibus secundariis tergo proximis elongatis, caudae apicem paulo transcendentes laete roseo-tinctis; remigibus et cauda nigris; alarum tectricibus superioribus ejusdem coloris et plumis fasciae pectoralis albo-limbatis. *Mas adult.*

Tantalus Leucocephalus Forster, Ind. Zool. t. 10. (fig. bona) et *Autor*.

Juv. Ptiloseos albedine griseo-lavata, tectricibus alarum fasciaeque pectoralis plumis fusco-limbatis.

Magnitudo fere *Loculatoris*; pedes incarnati. Habitat in *Bengala*, imprimis frequens in regionibus flumini Ganges confinibus, quoque in insula *Ceylon*; tempestate anni pluvia ingruente plumas secundarias roseo-tinctas perdit; clangit rostro ut crotalistris *Ciconia*; Bengalensibus *Jaunghill*. (*Mus. Paris.*)

Nota. Ad hanc speciem, quae, ut mihi affirmatum est, *Braziliam* quoque inhabitat, pertinet, ni fallor, *Lathamii Loculatoris* sui varietas subtilera β exhibitae.

3. *T. rhodinopterus*. Rostro toto unicolore laete aurantio-flavo; mento et toto capite nudis, rubris; collo toto, dorso, tergo, uropygio caudae tectricibus superioribus et toto corpore subtus pure albis exceptis crissi plumis hypochondriisque subtilissime lilaceo-roseo lavatis; alarum tectricibus superioribus omnibus, inferioribus internis subtiliter roseo-lavatis, limbo apicali sericeo-albo, linea antecedente transversa, ut plurimum angulosa lilaceo-roseo marginata, tectricibus inferioribus mediis pognoniis diffractis saturatellilaceo-coccineis, macula magna sericeo alba, postice angulosa terminatis; scapularibus versus apicem subtiliter roseo-lavatis; remigibus saturate nigris, primariis in aeneo-viride, secundariis tectricibusque totis nigris in purpureo-vergentibus. *Mas et Foem. adult.*

Juv. bienn. Adulto similis exceptis alarum tectricibus et caeteris corporis partibus cum collo albis, rufescenti-lavatis, rostro flavo apice nigricante, pedibus digitisque griseis, tibiae parte nuda capiteque nudis; alarum tectricibus inferioribus ut in adulto.

Ibis candida Perrault, Hist. de l'Acad. T. 13. f. 13. p. 61. t. 13. (*Descript. opt.*) *Brisson*.

Av. 5. p. 349. *Tantalus Ibis* Linn. Syst. Nat. 12. p. 241. (excl. citata *Ard. Ibis* Hasselq.) Gmel., Lath. *Ibis blanc* Buff. pl. enl. n. 389. (fig. bona.)

Juv. hornot. Ptilosi tota sordide fusco-lavata. (Temm.)

Pedes rubri; cutis caput gulamque tegens subplicata; ungues fusci; nares lineares. Longitudo totalis 3' 2³/₄"', rostri ab oris angulo 7¹/₂"', a fronte 7¹/₄"', a naribus 6¹/₂"', myxae 4³/₄"', tarsi 6'' 7'''', partis nudae tibiae 4¹/₂"', digiti intermedii cum ungue 3³/₄"', hallucis 1'' 7¹/₂'''', alae 17³/₄"', caudae 7¹/₂"', altitudo rostri ad basin 1'' 5'''', latitudo 1'' 1''''. Habitat frequens in Senegambia, porro in Aegypto et Nubia; avis speciosa Aegyptiis hodiernis *Solleikel*, sed neutiquam *Ibis sacra* Aegyptiorum veterum. (Mus. Paris., Lugd., collect. mea.)

Nota. Citatae a Linnaeo et ab auctoribus Hasselquistii *Ardea Ibis* spectat ad *Ardeam russatam*.

4. *T. lacteus*. *Tantali rhodinopteri* habitu, ii simillimus, di-

versus ab eo: *alarum tectricibus superioribus ac inferioribus omnibus*, collo et caeteris corporis partibus unicoloribus candidis, exceptis remigibus caudaque nigris, in aeneo-viride vergentibus; rostro laete unicolore aurantio-flavo; tibiaram parte nuda, tarsis digitisque rubris; fronte, vertice, facie tota mentoque nudis, rubris, maculis nigricantibus variegatis. *Adult.*

Tantalus lacteus Temminck pl. col. t. 352. (fig. opt.)

Juv. Juveni speciei praecedentis similis, remigibus caudaque nigris absque nitore; pedibus griseo-nigricantibus.

Tantalus cinereus Raffl. Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 327.

Rostrum basi intumidum, cum capistro aequalis altitudinis et latitudinis; *nares ovatae*. Longitudo totalis 2' 10¹/₂"', rostri ab oris angulo 7'' 7'''', a naribus 7'' 3'''', myxae 5'' 3'''', tarsi 7'' 9'''', partis nudae tibiae 5'' 10'''', alae 1' 8¹/₄"', caudae 5'' 5'''', altitudo rostri ad basin 2'', latitudo 1¹/₂"'. Habitat in insulis Java et Sumatra. (Mus. Lugd., collectio mea.)

GENUS CICONIA.*

ROSTRUM longissimum, crassissimum aut crassum, validum, rectum, plus minusve elongato-conicum, acuminatum, acutum, compressum, multo altius quam latum, altum, gonyde plus minusve ascendens, culmine cultri-formi compressissimo modice deorsum inclinatum aut rectissimum, nonnullis fere subrecurvum, durissimum, absque ceromate basali; maxilla quam mandibula parum aut multo altior, illis paratonis plana, his per totam longitudinem plus minusve convexa, tomis rectis et laevis et incisula et irregulariter subdenticulato-emarginata, apice rectissimo compressissima, acutissima; mandibula ejusdem formae gonyde illis perascendente, angulum postice relinquente, aut modice sursum ducta; palatum medio acie longitudinali rectissima, acutissima, perprosiliante.

NARES a basi subremotae, immediate juxta culminis latera, longitudinales, lineares, latiusculae aut elongato-ovatae, toto patulae, perforatae, ramphothecae substantiae corneae immediate impressae.

LINGUA brevissima, angustissima, integerrima, versus apicem quam basi vix angustior, apice rotundata, in fauce collocata, membranacea, superius convexiuscula.

GULA in sacculum interdum totum collum in morem vesicae extensilis et orbitae, interdum facies sola aut caput totum et collum implumia.

PEDES grallarii, elongati, congrui, tetradactyli; digiti omnes membrana subloamatina, integra, crassa, squamulosa limbati, bicolligati, robusti; hallux digito medio multo minor, incumbens, a pternae medio amotus, basi digiti interni oppositus; tarsus digito medio triplo longior ac tibiae pars large nuda undique squamulis hexagonis, adpressis reticulati; suffrago verruculosa; hypodactyla verruculosa, acrodactyla phalangis primae squamulis hexagonis, sequentium scutulis transversis obsita; ungues obtusi, breves, subtegulares, rhizonychium vix transcendentem, medius acie integerrima.

CAUDA mediocris, aequalis, reatricibus latiusculis, rectis, apice obtusis, 12.

CICONIA.

ALAE amplae, congruae; remix prima quam secunda brevior, remiges 3 et 4 omnium longissimae.

PTILOSIS: Plumae trunci superioris densae, apice truncatae, nec scapularium nec uropygii lineares, uropygii lateralis interdum, aut crissi basi, saepius ibi totae sericeo-molles, nutantes, trunci inferioris latae, pogoniis versus apicem diffractis.

*) *Ardea* et *Mycteria* Linn., Gmel., Lath. — *Ciconia* Briss., Bechst., Cuv., Lacép., Dumer., Meyer, Illig., Vieill., Temm., Naum., Brehm.

A. *Rostro altissimo, maximo, gonyde perascente.*)*

α. *Collō et capite nudis.*

1. *C. Marabu.* Rostro sordide albido-flavo, unicolore; capite et collo totis nudis rarissime pilosis, incarnatis, capite maculis sordidis quasi consperso, collo antico infimo sacculo membranaceo pendulo, caeteris colli partibus concolore, raro - crinito; cervice et toto corpore subtus unicoloribus albis; caudā remigibusque ardesiacis; dorso toto et scapularibus ardesiacis, tectricibus mediis et majoribus longis, latis, deorsum spectantibus, rotundato - truncatis ejusdem coloris sed parum dilutioribus; crissi plumis elongatis, sericeis, mollibus, nutantibus albis, interdum in pallide canum vergentibus, raro fusco-tinctis. *Mas* (et *Foem.*) *adult.*

Ardea dubia Gmel. — *Ardea Argala* Lath. — *Ciconia Marabu* Temm. pl. col. t. 300. (*fig. et descriptio opt.*)

Juv. Ptilosi languide fusca, cinereo et nigricante lavata; collo capiteque nudis numerosius pilosis; nucha et occipite plumulosis.

Irides pure *albae*; pedes nigri (ut plurimum squalore griseo-albido obtecti et quasi petrefacti); *rostrum culmine a basi a medium modice curvatum, naribus ovatis.* Longitudo varians (secundum quam inhabitat terram avis), 5-6 pedes alta. Habitat frequentissima et gregaria per totam *Indiam*, ad ora fluviorum *regionis bengalensis*, porro in insulis *Java* et *Sumatra*; purgat terram a cadaveribus, quam ob rem a *Hindostanis* maxime venerata, lege pub-

lica munita, et iis eam occidere crimen, quare in urbibus *Indiae*, imprimis in omnibus viis *Calcuttae* abundans, et in domuum tectis conspicienda, sed, teste cl. *Dussumier*, tempestate, qua *Africus* flare solet, de his regionibus demigrans; avis omnivora ob formam corporis monstrosam et ob suam voracitatem extraordinariam, qua non solum cadavera, sed hominum quoque excrementa appetit, ossa deglutit et facile decoquet, insignis; tarda est et melancholica nihilo minus autem lacesita aut victitans tam animosa, ut vultures ipsi et canes, una cum ea promiscue habitantes, reverenter discedant, ictus sui horribilis rostri metuentes; caloris nimis magni impatiens gregatim matutine versus horam undecimam sursum altiores aëris regiones petit et ibi in gyros tam alte volat ut contemplantis oculis se subducat; tarsi totis incumbens requiescit, aut dum stat, habet situm erectum, caudam scilicet demittit ut ex parte pedes postice tegat, caput vero et ad pectus contorquet et in altum extollit; plumae crissi nutantes foeminarum ornamentis adaptatae ab incolis diligenter colliguntur et iis lucrosa ac vulgata mercaturae materies; a *Sumatranis* *Bangu Sula* seu *Burong - Kambing* seu *Burong Gaja* nominatur. (*Mus. Paris., Lugd.* Vivam avem vidi *Londini*, et alia talis in collectione animalium vivorum regis nostri clementissimi adest.)

Nota. Observandum est cl. *Latham* hanc speciem *Argala* nominasse; hoc a cl. *Temminckio* nomen immutatum ad errores evitandos adoptavi; *Temminckii Ciconia Argala* cl. *Lathamio* haud nota erat.

*) *Mycteria* Linn., Gmel., Lath., Vieill.

2. *C. Argala. Ciconiae Marabu* simillima, imprimis respectu capitis collique formae ac picturae, eadem paulo minor; corpore subtus inferius a collo usque ad crissum unicolore albo; crissi plumis ut in *ciconia Marabu*, plus minusve albis; alis et toto corpore supra saturatissime et obscure cinereo-virescentibus, unicoloribus, exceptis alarum tectricibus majoribus et remigibus secundariis paulo obscurioribus limbo subtili pure albo, (secundum avis aetatem plus minusve distincto); remigibus caudaque ardesiaco-nigricantibus. *Mas et Foem. adult.*

Ciconia Argala Temm. pl. col. t. 301. (*fig. opt.*) (sed non *Ardea Argala Lath.*)

Juv. Juven. Ciconiae Marabu subsimilis.

Rostrum ut in specie praecedente coloratum; maxilla et mandibula *culmine totae rectae; nares oblongae; irides fuscae;* avis juvenilis a juvene speciei praecedentis simili rostri et narium forma facile distinguenda est; habitus corporis idem qui in *Marabu*; crissi plumae aequo modo mercaturae materies. Habitat frequentissima in *Senegambia*, in *Aegypto* ad Nilum, rarior est ad *caput bonae spei*; capite deorsum spectante et ad pectus demisso lentissime et melancholice incedit, irritata aut solis radiis exposita vero mire totam colli cutem aëre implet et in morem vesicae sufflat; vox ex latrante grunniens, sonora. (*Mus. Paris., Lugd. Avem vivam Londini vidi.*)

3. *C. capillata.* Fronte et toto capite supra clypeo plano, nudo, osseo, flavido-albo obtectis, hoc ad latera, postice mentoque nudis coccineo-rubris; occipite et mento fasciculo parvo crinium, crisporum obsitis; collo toto nudo (in exuviis flavo), postice raro piloso; corpore subtus inferius a collo usque ad crissi finem unicolore albo, interdum (an in foemina?) subti-

lissime obscurius undulato; dorso toto, fascia utrinque versus pectoris latera ducta alisque extus in fundo nigricanti-virescente quasi canescenti-pulverulentis, pluma quavis numerose ac subtiliter obscurius undulata; alis extus medio maculis subobsoletis purpureis (in quavis ala circiter 12) per seriem longitudinalem digestis, parvis; remigibus secundariis extus et intus violaceo-virescentibus aeneo-nitentibus, quibus uropygio proximis subtiliter albo-marginatis; cauda unicolore aeneo-virescente; crissi plumis pure albis, elongatis, sericeis, mollibus, nutantibus. *Mas adult.*

Ciconia javanica Horsf. Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 188. *Ciconia capillata Temminck.* pl. col. t. 312. (*fig. bona.*)

Juv. Fasciculo plumarum criniformium occipitali magno; plumis corporis superioris magis in pallide viride et griseum vergentibus; partibus caeteris ut in ave adulta.

Rostrum flavum, apice rubrum, mandibula verticaliter subrugosa, pedes nigri; colli pars infima, absque sacculo, rubro-tincta. Longitudo totalis $4\frac{1}{4}$ "', rostri a fronte $10\frac{1}{4}$ "', tarsi $9\frac{3}{4}$ "', tibiae partis nudae $7\frac{1}{2}$ ". Habitat in insulis *Sumatra* et *Java*, certis anni temporibus frequens in paludosis, a Javanis *Bangu* nominata; crissi plumae longae, nutantes aequo modo pro foeminarum ornamentis adhiberi solent. (*Mus. Lugd., Paris.*)

-Nota. Cl. *Temminck* ponit *Ardeam dubiam* auctorum, sacculo membranaceo in colli parte infima praedita ad haec speciem, spectat ea autem ad *Ciconiam Marabu*. —

4. *C. Mycteria.* Rostro toto nigro; capite-hoc postice plumis nonnullis subvillosis albidis obsito - et collo totis nudis, nitide nigris, excepto annulo colli infimi lato raro-piloso et macula occipitali nitide rubris; col-

li cute laxa; alis, cauda et toto truncò unicoloribus albis, absque nitore. *Mas adult.*

Jabiru Marcgr. *Ciconia guianensis* *Briess.* 5. p. 373. (*descript. non completa*) *Mycteria americana* var. β . *Gmel.* *Le Jabiru de Caj.* *Buff.* pl. enl. n. 817. (*fig. bona.*) *Ciconia Mycteria Illig., Lichtenst., Temm. Myct. Americ. Vieill.* N. D. 16. p. 437. (*Descript. complet.*)

Foem. adult. Mari simillima, occipite absque macula rubra.

Juv. Occipite et collo postico supremo ex parte plumis subvillosis, nigricantibus et albidis obsitis absque macula; caeteris colli partibus ut in adulto; ptilosi totius avis sordide alba, pluma quavis, imprimis alarum tectricibus, largissime fuscescenti-griseo limbata.

Pedes nigri; irides fusco-nigrae. Longitudo totalis $4' 5-8''$, rostri $1'$, tarsi fere $1'$, partis nudae tibiae ultra $6''$; altitudo rostri ad basin $2\frac{3}{4}''$, colli infimi annuli rubri $4-4\frac{1}{2}''$. Habitat frequens in *America meridionali*, imprimis in *Brasilia*, *Guiana* et *Paraguay* solitaria aut per paria, locis inundatis, paludosis et ad aquas stagnatiles; timidissima; lente sed diu volat; nidificat in sylvis, in arborum ad aquas nascentium cacuminibus summis, mortuis nidum e ramulis largum struens in quo ova 2 parit; junior avis facile mansuefacienda; noctu arboribus insidet; ab incolis *Paraguayae Aiaiai*, *Guyanae Tujuju* nominatur; *Brasiliensibus* indifferenter *Jabiru* et *Maguari*. (*Mus. Paris., Monac., etc.*)

Nota. Quaero num avis biennis sane ptilosi roseo-tincta praedita sit? Hoc indicant auctores. Inter viginti circiter exemplaria, et juvenilia et adulta, quae examinandi occasionem habui, nullum tali modopictum vidi. *Pulla avis*, teste *Nosed*a, colli infimi annulo rubro per aliquot tempus privata est. — *Lathamii*

Mycteria americana, e compositis descriptionibus *Tant.* *Loculatoris* et hujus speciei orta, ex avium systemate prorsus relegenda est.

β . Capite colloque plumosis.

5. *C. ephippiorhyncha.* Rostro sanguineo-rubro versus basin fascia latissima, nigerrima, fascia basi rubro-flava; mandibula macula semicirculari inani, exterius tunica membranacea obducta, pellucida, caeteris fasciae basalis partibus concolore; clypeo frontali triangulari, membranaceo, laete flavo, ultra rostri basin et nares protenso, undique linea e plumulis nigris composita marginato; regione ophthalmica nudiuscula, flava; capite et collo totis nigris, nitore nonnullo virescente, versus collum infimum in chalybeum vergente; colli parte infima, corpore dein subtus usque ad crissi finem, remigibus omnibus, dorso, tergo ac alarum tectricibus marginalibus brachii unicoloribus candidis; scapularibus, cauda tota, ejusdem tectricibus superioribus, alarum inferioribus et superioribus caeteris nigris, nonnihil in virorem aeneum - tectricibus alae superioribus juxta brachii latera in nitorem viridi - purpureum vergentibus. *Mas et Foem. adult.*

Mycteria senegalensis *Transact. of the Linn. Soc.* 5. p. 32. t. 3. (*caput.*) *Lath. Suppl.* — *Vieill.* N. D. 16. t. 20. E. f. 3. *Ciconia ephippiorhyncha* *Temminck.* Pl. col. Livr. 64.

Juv. Corpore supra sordide cinerascienti-albo, nigro-mixto et undulato; pectore, ventre rectricumque basi albis.

Rostrum paullulum hians; pedes nigri suffraginis fascia digitisque laete aurantio-flavis; habitus *Ciconiae leucopterae*. Longitudo totalis $4' 10''$, rostri solius ab oris angulo $1'$, tarsi $11\frac{1}{2}''$, partis nudae tibiae $7\frac{1}{2}''$, caudae aequalis, apice subrotundatae $10''$, alae $23''$; altitudo rostri in medio $1\frac{3}{4}''$; latitudo cly-

pei frontalis ad basin 1¹¹ 8¹¹, ejusdem longitudo 2³/₄¹¹. Habitat in Senegambia et in Aegypto. (Mus. Paris., Lugd., collectio mea.)

6. *C. leucoptera*. Capite toto plumoso et collo maxima parte nigerrimis aeneo-viridi et cyanescenti-nitentibus; alarum tectricibus majoribus, dorso medio, remigibus secundariis caudaeque alba a medio ad apicem virescenti-nigris; tectricibus alarum posticis deorsum arcuatis; colli parte infima, remigibus, dorso et omnibus caeteris corporis partibus albis; pedibus et gula nudiuscula rubris; rostro toto nigro. *Adult.*

B. *Rostro minus alto, gonyde subascendente.*

7. *C. Maguari*. Regione ante et infra oculos large nuda, dense papillosa et gula nudiuscula lacvi rubris; reatricibus inaequalibus, in duplici serie positus, superincumbentibus media fere parte brevioribus quam inferiores albae, cum lateralibus utrinque quatuor extimis viridi-aeneo nigris; scapularibus, alula remigibusque omnibus totis nigris, nitore nonnullo violascenti-viridi; alarum tectricibus inferioribus, caudae et alarum superioribus omnibus, dorso, uropygio et omnibus caeteris corporis partibus albis; colli antici infimi plumis pendulis. *Mas et Foem. adult.*

Maguari *Mar egr. Ciconia americana* *Briss.* (descript. satis accurata) *Vieill.* N. D. 7. p. 112. *Ardea (Ciconia) Maguari* *Lath., Gmel. Le Baguari* *Azar.* n. 362. *Ciconia Maguari* *T e m m.* Man. d'Ornith. 2. p. 563. (descriptio non satis accurata), *Brehm. Ciconia Jaburu* *Spi x Av.* Brasil. 2. t. 89. (fig. opt.)

Pullus. Fusco-nigricans, ventre albo. (*Azar.*)

Juv. avis adultae ptilosin induens. Corpore albo plumis intermixtis fusco-nigricantibus vario.

Mycteria australis *Lath.* Index Suppl. p. 64. Synops. Suppl. 2. p. 294. t. 138. (fig. mala.)

Juv. Rostro nigro apice pallide corneo; capite et collo cinereis plumis intermixtis pallide aeneo-viridibus; dorso alarumque tectricibus minoribus virescentibus, large cinerascenti-marginatis; cauda a basi ad medium alba, inde nigra; remigibus cinereis basi albidis.

Lath. l. c. p. 295. (descriptio avis juvenilis inaccurata.)

Irides flavae. Magnitudo et forma *Ciconiae ephippiorhynchae*. Habitat non rara in Nova Hollandia. (Mus. Paris., Soc. Linnaean. Londin.)

Rostrum basi coceruleum, inde rubicundo-nigricans, 8¹¹/₄¹¹ longum; irides eburneo-albae; pedes sanguineo-rubri. Longitudo totalis 3¹ 2-3¹/₂¹¹, tarsi 8³/₄¹¹, partis nudaе tibiae 4¹/₂¹¹. Habitat in Paraguaya et in Brasilia, adventicia in Europa meridionali (in Francia), locis humidis, paludosis et ad flumina, saepius in terra sicca, plerumque per paria aut solitaria, raro gregaria; non timida; avis junior mox mansuescit; interdum altissime volat; versus anni finem nidificat; stridet in morem *ciconiae albae*; Brasiliensibus indifferenter *Maguari* et *Jaburu*, Guaranis *Baguari*, *Mbaguari* aut *Tuyuyu-guazu*. (Mus. Paris., Monac.)

Nota. Multa examinavi exemplaria hujus speciei, et omnia talem singularem reatricum positionem praebuerunt qualem descripsi. Habitus universalis corporis idem est qui *Ciconiae albae*, sed rostri gonyis in *Maguari* magis ascendit, quare optimum transitum *ciconiarum* ad *Mycterias* sic nominatas monstrat. — *Brissonii* descriptio *Ciconiae brasiliensis* (Ornith. 5. p. 371) a *Lathamio* inter synonyma *Mycteriae americanae* suae

recepta aequo modo in libris ornithologicis deleatur, nam ea e diversis descriptionibus aliarum avium composita est. Quid sit cl. *Lichtensteini* *Ciconiae albae* varietas major ex Aegypto, cum cl. *Temminckii Ciconia Maguari* comparata, nescio. Observo denique me specimina *Ciconiae Maguari* in Europa occisa nondum vidisse.

8. *C. alba*. Loris parum nudis, non papillosis, nigris; cauda ejusque tectricibus superioribus et omnibus totius corporis partibus unicoloribus albis, exceptis scapularibus remigibusque omnibus cum tectricibus superioribus suis majoribus (minoribus albis) nigerrimis, absque nitore subviolascenti-viridi. *Mas et Foem. adult.*

Cicogne blanche Buff. pl. enl. n. 866. (fig. bona.) *Ardea Ciconia Auctor. Ciconia alba Briss., Bechst., Meyer, Temm., Naum. Vög. t. 22. f. 31.*

Juvenis. Adulto similis, alarum nigredine fusco-tincta; rostro nigro-rubicundo.

Rostrum pedesque rubri, hoc $6\frac{1}{4}''$ l., subtus versus apicem subascendens; irides fuscae; gulae membrana rubra, nigromaculata. Longitudo $3\frac{1}{4}$ - $6''$. Habitat migratoria et semidomestica in pluribus *Europae* regionibus frequens, nusquam frequentior quam in *Hollandia*, in harum multis nunquam aut rarissima, porro in *Africa* et *Asia*, in *Aegypto* et *Japan* sedentaria, plurimis locis lege munita et venerata; nidum struit maximum e ramulis in oppidorum et pagorum turribus aut aedificiorum cacuminibus aut caminis, rarius in arboribus mortuis, ova 4-5 anserinis aequalia, longiuscula, alba, subochrascenti-tincta pariens, ex quibus prodeunt pulli initio fusci, a mare et foemina alternatim custoditi; vicinitat amphibii, talpis, muribus, insectis, vermibus, anatibus perdicibusque juvenilibus; rostro

crepitat creberrimo maxillarum mutuo appulsu; gruis instar quiescit super unum pedem; mense Septembri numerosissimis cohortibus miro ordine et velocitate migrat trans pontum in *Aegyptum* et *Barbaricæ* paludes aut solum in *Hispaniam*, tumque ibi et in *Aegypti* urbibus numerosissima et nidificans; ut plurimum mense *Martio* ad nos reducit, primum mas.

9. *C. nigra*. Capite et collo, corpore toto, alis et cauda supra in fundo nigricante virescenti-purpureo-, collo imprimis et capite viridi- et cupreo-purpurino laetissime renitentibus; corpore subtus inferius a collo usque ad crissi finem unicolore candido; remigibus subaeneo-nigris; rostro, regione circa oculos laevi, membrana gulari pedibusque ruberrimis. *Mas et Foem. adult.*

Ardea nigra Lath., Gmel. Ciconia nigra Bechst. et Auctor. recentior. Ard. Chrysopelargus Lichtenst. Hamb. Cat. Bechst.

Juv. Rostro et membrana gulari olivascentibus; regione circa oculos nuda rubicundo-nigra; pedibus griseo-aut fusco-virescentibus; capite et collo totis fuscis, pluma quavis dilutius terminata; dorso toto, alis et cauda supra fusco-aeneis, minus nitidis; corpore inferiore ut in adulto.

Ciconia fusca Briss. La Cicogne brune Buff. pl. enl. n. 399. *Ciconia nigra Naum. Vög. t. 23. f. 32.*

Irides fuscae. Longitudo totalis $3\frac{1}{4}$ - $3\frac{1}{2}''$, rostri adulti $8''$, (juvenis $6\frac{1}{4}''$), tarsi $7\frac{1}{2}''$. Habitat in pluribus regionibus *Europae*, non rarissima in *Francia*, *Hungaria*, *Polonia*, *Austria*, *Bavaria*, *Helvetia*, *Porrussia*, in *Hollandia* nunquam, frequens in *Persia*, in *Nubia* quoque, *Senegambia* et in terra *Caffrorum*, migratoria in *Europa*, locis paludosis sylvaticis, raro ad fluminum et paludum littora; nidificat in sylvia

magnis, in arborum cacuminibus nidum largum struens et ova 2-3 sordide alba, virescenti-tincta, interdum maculis haud numerosis fuscis insignia pariens; victitat piscibus parvis, ranis, locustis et aliis insectis; timidissima.

Nota. Observo me in medio mensis Januarii adhuc individuum adultum hujus speciei in Bavaria interfecisse, hoc autem di seccans intestina morbo laborantia inveni.

10. *C. Abdimii*. Facie tota genisque nudis coeruleis; capite supra, occipite ac collo toto virescenti-nigris, violaceo-purpurino nitentibus; colli antici infimi plumis pendulis; toto corpore, alis ac tota cauda supra nigro-virescentibus, vix nitore ullo violaceo, exceptis alarum tectricibus minoribus violaceo-purpureo limbatis; tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus, tibiis et corpore inferiori ac collo usque ad crissi finem unicoloribus albis; remigibus reetricibusque subtus aeneo-viridibus. *Mas adult.*

Ciconia Abdimii Lichtenst.
Berl. Vög. Verz. S. 76.

Gula et orbitae nudae aurantiae; pedes (fusco-rubicundi in specimine meo) virescentes articulis rubris; irides flavae; ingluvies et macula ante oculum coccinea, rostrum basi virescens, apice sanguineum, rectum, compressiusculum, breviusculum, culmine basali frontem intrans. Longitudo totalis 2' $\frac{3}{4}$ - 9'', tarsi 4'' 8''', digiti intermedii cum ungue 2'' 10''', caudae quadratae 6 $\frac{3}{4}$ '', rostri ab oris angulo 3 $\frac{1}{2}$ '', alae 15 $\frac{3}{4}$ ''. Habitat in *Senegambia* et in *Aegypto*, satis frequens mensibus Majo, Junio ad Nilum. (*Mus. Lugd., collect. mea.*)

Nota. Dicit cl. *Lichtenstein* frontem hujus avis clypeo depresso cartilagineo munitam esse. In specimine musei Leidensis et in meo clypeus talis non adest. Specimen

a me descriptum exhibuit marem adultum. Avem juvenilem nondum vidi. In honorem principis nubici denominata est haec species.

11. *C. umbellata*. Vertice et occipite nigris, subaeneo-nitentibus; loris, regione ophthalmica genisque nudis; fronte, mento et toto collo plumis breviusculis, mollibus, albis dense obsitis; collo infimo plumis longis, latis, apice quadrato-truncatis nigricanti-virescentibus apice violaceo-purpurinis umbellato; dorso toto, uropygio alisque totis nigricanti-violascentibus, plumis subvirescenti-, alarum tectricibus minoribus large purpureo-terminatis; pectore ventreque nigricanti-virescente purpurascentibus; ventre infimo, abdomine, crisso caudaque albis, exceptis reetricibus utrinque extimis 3-4 aeneo-nigris. *Adult.*

Héron de la côte de Coromandel Buff. pl. enl. n. 906. (fig. satis bona.) *Ardea leucocephala Auctor.*

Rostrum corneo-rufum, basi et longitudinaliter medio nigrum, 5'' l.; pedes fuscis, non altissimi, 11'' l. Longitudo 2' 7''. Habitat in *India*, in insulis *Sumatra* et *Java* et in *Africa septentrionali*; avis colli infimi plumas longas erigere posse videtur; a Javanis *Sandang-Cawe* nominatur. (*Mus. Paris., Lugd., Monac.*)

Nota. Nomen specificum ab auctoribus datum mutavi, cum avis haec maximam capitis partem aeneo-nigricantem habeat.

Observatio.

Avi a me nondum visa quae huc pertinere videtur est:

1. *Mycteria asiatica Lath.* Suppl. (*Ciconia Xenorhynchos.*) Alba, fascia per oculos, dorso infimo, remigibus reetricibusque nigris; rostro nigricante, maxilla basi supra gibba, mandibula subtus tumida; pedibus incarnatis. *India.*

GENUS ANASTOMUS*

ROSTRUM (forma ejusdem universalis eadem quae *Ciconiae*) crassum, percompressum, *mandibulis in medio a se invicem remotis, apicibus rursus incidentibus, spatium medio inane formantibus*, tomiis aspere serratis; culmen distinctum, frontem intrans; mandibula percompressa inferius versus medium convexa, apice serrata; maxilla rectiuscula, basi incrassata et subsulcata.

NARES: positio eadem quae *ciconiae*, lineares, longae.

LINGUA.....

PEDES grallarii, squamuloso-reticulati, ejusdem formae ac in *ciconia*, graciliores; digiti antici membrana basali brevi conjuncti, longi; positio hallucis incumbens eadem quae *Ciconiae*; *ungues curvati, acuti*, intermedius dilatatus, acie interna integerrimus, posticus brevis.

CAUDA eadem quae *Ciconiae*.

ALAE: remix prima et secunda fere aequales omnium longissimae.

PTILOSIS abnormis, *Anastomi albi* eadem fere quae *Ciconiae*.

*) Illiger Prodr. Mammal. et Av. p. 258. Gen. 107. Temminck, Vieillot. — Ardea Gmel., Lath. — Hians Lacép. Dumer.

2. *A. lamelligerus*. Gula et regione ante oculos nudis; ptilosi tota nigro-apparente, in viride et purpureum vergente; plumis colli, ventris et tibiarum in lamellam, longiusculam, corneam, metallice nitidam exeuntibus; plumarum dorsi rhachibus alarumque tectricum nitore metallico resplendentibus.

Adult.

Anastomus lamelligerus Temminck pl. col. t. 236. (*fig. opt.*)

Rostrum pervalidum, basi subincrassatum, culmine elevato obtusum, rugis longitudinalibus obtectum, tomiis subproeminentibus subdilatatum, dense serratum, griseo-corneum, 7'' longum; pedes nigri. Longitudo totalis ad 3'. Habitat in terra Caffrorum *Africae* australis et in *Senegambia*. (*Mus. Paris., Lugd.*)

1. *A. albus*. Dorso, remigibus reetricibusque nigris; uropygio, alis et caeteris corporis partibus albis, exceptis capitis suprastris nonnullis nigris; capitis plumis quam colli caeterae paulo longioribus, suberigendis;

maxilla tomiis a medio ad apicem serratis; facie nuda, nigra. *Avis adult.*

Bec-ouvert des Indes Sonner. It. 2. p. 219. t. 122. (*fig. opt.*) *Ardea coromandeliana Auctor.* *Anastomus albus Vieill.* N. D. *Anastomus Typus Temm.* pl. col. Livr. 40.

Av. hornot. Facie plumis tecta; pedibus flavicantibus; rostro flavo basi parum obscuriore, apice solum emarginato; cauda, capite, collo totis et omnibus caeteris corporis partibus griseo-cinereis, exceptis remigibus nigris.

Le Bec-ouvert de Pondichery Buff. pl. enl. n. 932. (*fig. bona.*) *Ardea pondiceriana Auctor.* *Anastomus cinereus Vieill.* l. c.

Rostrum pedesque flavo-rufescentes; irides rubrae. Longitudo totalis 13-14''. Habitat in *India orientali*, *Pondichery*, in *Coromandel*, Septembri ad Decembrem ad ripas fluviorum et stagnorum, quorum piscibus et amphibiis victitat. (*Mus. Paris.*)

142

GENUS CYMBOPS.*

ROSTRUM capite longius, rectum, superne facie cymbae resupinatae, quam maxime dilatatum, a basi usque ad apicem ovato-rotundatum aequali latitudine, tenuissimum, imbecille; maxilla inanis, paratonis convexo-intumida, laevis, culmine distinctissimo, recto, subtrigono-elevato, utrinque ad latera sulcum longitudinalem, impressum, versus nares latiore relincente, in unicum distinctum, modicum excurrente, intus cochleae instar excavata, tomis rectissima, integerrima, acuta; mandibula paratonis laevis, rotundata, tomis rectissima, integerrima, gnathidiis per totam fere longitudinem aequalibus, angustis, in myxam minimam, in acumen subito compressam, superius vix emarginatam conjunctis; angulus mentalis ingens membrana nuda, subdilatabili expletus; lora nuda.

NARES a rostri basi paulo amotae, in sulci culmen distinguentis initio sitae, dorsales, lineares, patulae, superne membrana nuda semifornicatae.

LINGUA minutissima, trigona, ingluviei adnata.

PEDES grallarii, tetradactyli, modici, congrui; digiti angusti, mediocres; tarsus digito medio multo longior, externus et internus membrana basali strictissima cum medio omnium longissimo coadunati, posticus longiusculus, incumbens, a pterna omnino amotus, cum interno basi connexus; tarsotheca reticulato-clypeata; acrodactyla scutulata; ungues parvi, percompressi, arcuati, acuti, posticus omnium maximus, anticus medius acie interna pectinatim incisulus.

CAUDA breviuscula, recta, apice rotundata, rectricibus latiusculis 12.

ALAE amplae, cum apice caudae finem attingentes, remigibus 3 et 4 omnium longissimis, 2 et 1 parum brevioribus, secundariis primariarum longitudine.

PTILOSIS. Plumae dorsi ac scapulares (avis adultae) elongatae, lacerae vix pendulae, trunci laxae; colli infimi latera nudiusscula; tibiae semiplumosae.

*) *Kυμβη* cymba, *ὠψ* vultus. *Cancroma Auctorum*, *Cochlearius Brisson*.

C Y M B O P S.

1. *C. cochlearia*. Fronte, genis et collo antico albis; sincipite, occipite ejusque crista longissima e plumis latis, densis, numerosis, in acumen subulatum desinentibus, dorso incumben- tibus composita hypochondriis- que nigerrimis; collo ad latera, postice, dorso, tergo, alis et cauda extus laete unicoloribus ca- nescentibus, remigibus cauda- que nonnihil in album vergenti- bus; fascia cervicis seu potius dorsi supremi nigricanti-casta- nea; pectore, ventre abdomine- que medio nec non crisso rufis; alarum tectricibus inferioribus albis, taenia intermedia nigra; rostro toto unicolore nigro; in- gluvie mentali coerulea. *Mas* et *Foem. adult.*

Cancroma cochlearia Auc- tor.

Juv. hornot. Maxilla fusco- nigra, ejusdem tomis ac man- dibula tota, excepta basis ma- cula fusca, corneo-flavidis; oc- cipite absque crista ac sincipi- te impure nigris; fronte ac ma- cula regionis paroticae sordide albis; dorso toto, tergo, uropy- gio, cauda alisque cinnamomeo- rufis, alis caudaque parum di- lutioribus et remigibus secun- dariis fasciola alba terminatis cum primariis intus nonnihil in canum vergentibus; cervice abs- que fascia, dorso concolore; col- lo antico ac laterali et toto cor- pore subtus albidis, dilutissime rufescenti-lavatis, lateribus col- li parum dilutioribus, abdomi- nis plumis medio juxta scapum albis; alarum tectricibus infe- rioribus albido fuscis etque variolosis; pedibus virescenti- fuscis.

Cochlearius naevius Briss.
Cancroma cochlearia Auc- tor.
var. β .

Juv. avis adultae ptilosin in- duens. Occipite cristato; rostro

nigro; partibus corporis caete- ris ut in juvene hornotino, plu- mis hic et illic in alis et dorso apparentibus canis.

Le Savacou huppé de Caj.
Buff. pl. enl. n. 969. (*fig. bo- na.*) *Cancroma cochlearia* var.

γ . *Lath., Cancroma cancro- phaga Gmel.*

Plumae cristae respectu struc- turae galli domestici rectrici- bus subsimiles, rectae; pedes nigri; irides fuscae. Longitudo (maris) totalis $21\frac{1}{4}$ '' , caudae apice subtundatae solius $4\frac{1}{4}$ '' , alae $9\frac{1}{2}$ '' $7\frac{1}{2}$ '' , tarsi $3\frac{1}{2}$ '' , partis nu- dae tibiae $1\frac{1}{2}$ '' , digiti intermedii, excluso ungue, $1\frac{1}{2}$ '' $1\frac{1}{2}$ '' , hallu- cis $1\frac{1}{2}$ '' , rostri ab oris angulo $3\frac{1}{2}$ '' $8\frac{1}{2}$ '' , a fronte $2\frac{1}{2}$ '' $10\frac{1}{2}$ '' , (cristae $6\frac{1}{2}$ ''), myxae $5\frac{1}{2}$ '' , altitudo gna- thidiorum medio $3\frac{1}{2}$ '' $3\frac{1}{2}$ '' , latitu- do anguli mentalis $1\frac{1}{2}$ '' $4\frac{1}{2}$ '' , max- illae medio $1\frac{1}{2}$ '' . Foemina prae- ter rostrum minus crassum et longum mari simillima est. Ha- bitat non infrequens in *Brasi- lia, Guiana et Cajenna*, locis inundatis et juxta fluviorum lit- tora in arborum ramis supra a- quam pendentibus piscibus in- hians; dorso et collo incurva- tis incedit; irritata occipitis cristam erigit et rostro crepi- tat. (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. Dicit cl. *Temminck* (*Man. d'Ornith.* 1. Analyse p. 102.) figuram in operis *Buffoniani* tabula 38 spectandam, ob picturam pessimam a me non citatam, hujus speciei foeminam exhibere. Omnia, et multa, quae vidi specimina foe- minina, cristata erant, sed specimen a *Buffonio* de- pictum aut laesum aut tempore ptiloseos mutationis oc- cisum erat; talia exempla, et foemina et virilia, crista de- stituta in museo nostro ad- sunt; forsitan avis crista hac solum copulae tempore ornata est.

GENUS C E P P H U S.*

R O S T R U M capite longius, magnum, subtenue, multo altius quam latum, altum, rectum, ab apice versus basin sensim crassius, per totam suam longitudinem compressum; maxilla inanis paratonis plana, versus culmen compressissima, culmine rectissima, acutissima, cultrata et ibi utrinque ad latera rima rectissima, stricta, profunda, a basi usque ad dertri apicem ducta munita, laevissima, apice subito in hamum lateraliter subsinuatum adunca, a basi alta versus apicem magis magisque attenuata, tomis acutis, subintractis, versus apicem vix conspicue ascendentibus integerrima; mandibula quam maxilla dimidia parte minus alta, subclaviformi flexa, tomis integerrima, intracta, laevissima; myxa longissima, ascendens, culmine compressissima et in ejusdem medio linea exarata longitudinali, apice spatuli-formi obtusa; furca mediocris angulum dentalem acutissimum formans.

N A R E S fere basales, immediate infra culmen; rimam positae, longae, lineares, superius membrana semiclausae, patulae.

L I N G U A.....

F A C I E S, lora et mentum plumosa.

C O L L U M elongatum, crassiusculum.

P E D E S grallarii, elongati, congrui, tetradactyli, bicoligati; palama digiti externi usque ad medium phalangis secundae, digiti interni usque ad apicem phalangis primae extensa, squamulosa; digiti omnes inaequales, medius omnium longissimus, mediocris, posticus mediocris, totus incumbens, pternae medio adnatus; acrodactyla squamis hexagonis obsita, ad articulationes scutulata; cnemidia large nuda et acropodia tota squamis adpressis, longiusculis, hexagonis obsita; ungues mediocres, arcuati, digiti intermedii acie interna pectinatim incisulus.

C A U D A longiuscula, aequalis, recta, reatricibus latis 12.

*) *Κεπφος* *Arat.* Avis quaedam palustris, ex ardeae (?) genere. (Nomen a cl. *Pallasio* pro genere *Uria Brissonii* et auctorum adhibitum.) *Scopus* (nomen solum specificum) *Briss., Gmel., Lath., Cuv., Lacép., Illig., Vieill., Temm.*

CEPPHUS.

ALAE amplae, longiusculae, remigibus 3' et 4 omnium longissimis, prima his multo brevior.

Ptilosis. Remiges intus medio sinuatae; plumae dorsi, tergi ac scapulares densae, trunci inferioris longiusculae, pogoniis densis versus margines subdiffractis.

C E P P H U S .

1. *C. Scopus*. Unicolor terrae umbriae colore, facie et partibus corporis inferioribus parum dilutioribus, exceptis rectricibus omnibus fascia lata purpurino-fusca terminatis et a basi usque ad hanc fasciam a fundo dorso concolore fasciis subnumerosis, fasciis apicalis concolore, obsitis, remigibus dorso concoloribus at obscurioribus et purpureo subnitentibus, cristis obscurius fasciatis et remigum secundariorum rha-chibus fulvis; crista occipitis et nuchae majuscula, compressa, deorsum spectante, dorso concolore, e plumis subdensis, aequalibus, latiusculis, apice obtusis composita; colli supremi plumis subsubulatis, densis, medio nonnihil in albidum vergentibus. *Adult.*

Juv. Occipite et nucha absque crista; rostro et pedibus nigricantibus; ptiloseos pictura ut in adulto minus saturata.

Scopus *Brisson*. *Ornith.* 5. p. 505. (*Descript. opt.*) *Ombrette du Sénégal Buff.* pl. enl. n. 796. (*Fig. mediocr.*) *Scopus Umbretta* *Auctor.* *Lath.* *Synops.* 5. t. 30. (fig. inaccurata.)

Rostrum et pedes toti nigri. Longitudo totalis 23'', caudae 6½'', cnemidii 2'', tarsi 3'', digiti intermedii, excepto ungue, 1'' 10''', postici fere 9''', alae 11¾'', rostri ab oris angulo 3'' 3''', ejusdem altitudo ad basin 10½''', ad apicem 3¾''. Habitat in terra Caffrorum et in Senegambia, non frequens. (*Mus. Paris., Monac.*)

GENUS NOTHERODIUS.*

ROSTRUM capite longius, perelongatum, gracilius, rectissimum, triplo et ultra altius quam latum, compressum, corneum; maxilla per totam fere longitudinem aequali altitudine, gracilis, a basi usque ad medium compressa et ibi utrinque sulco profundo horizontali ceromatis specie subtili obtecto, inde usque ad apicem paratonis subtiliter intumida, laevissima et quasi polita, integerrima, tomiis integerrimis a medio maxillae usque ad oris angulum introrsum revolutis et obtusis, versus apicem subverticalibus, acutis, intus per totam maxillam sulcum, medio strictum formantibus; culmen basi depressiusculum, dein usque ad apicem subtiliter deorsum inclinatum, obtusiusculum, integrum sensim strictius, acie rotundata; mandibula basi et extra medium aequalis fere altitudinis, medio strictior, gnathidiis ceromatis specie subtilissime obtectis longitudinaliter subsulcata, a medio ad apicem laevissima, polita, quam maxime compressa, gonyde prosiliens, apice acutiuscula, margine supremo subdeclivi recte truncata, tomiis erectis, approximatim integerrima; furca longissima, fere ultra mandibulae medium protensa, angusta, angulum mentalem nudum, acutum, ramphothecae substantiam corneam intrantem relinquens.

NARES a basi rostri remotae, in maxillae laterali sulco sitae, totae perforatae, longitudinales, rimae-formi-ellipticae.

LINGUA elastica, angusta, acuta.

PEDES grallarii, elongati, tetradactyli, tibiis large nudi; tarsus digito intermedio multo longior; digiti graciles, omnes toti fissi, longi, inaequales, compressi, internus quam externus paulo brevior, medius omnium longissimus, posticus gracilis, mediocris, a pternae medio amotus, basi digiti interni oppositus sed altius collocatus, cum rhizonychio solo insistens; tibiarum pars postica nuda scutellis transversis, antica earum squamis magnis, angulosis, tarsi postice squamis in du-

*) *Noθoς* spurius, *ερωδιος* ardea. (Germanice *Bastardreiger*.)
Ardea Gmel., Lath. - *Aramus* (quid sensus hujus verbi?) Vieill.
Tomm. Rallus Illig., *Lichtenst.*, *Spix.*

NOTHERODIUS.

plíce serie longitudinali positis, antice scutellis obliquis obsiti; cnemidia squamulosa; acrodactyla scutulata; hypodactyla verruculosa; ungues mediocres, arcuati, acuti, posticus omnium fere minimus, *medius* omnium maximus, acie interna prosiliente *integerrimus*.

CAUDA mediocris, plana, lata, rotundata, reatricibus latis 12.

ALAE subamplae, apice subobtusae; remix prima mediocris, abnormis, formam cultri apice obtusi, ascendentis praebens, tertia omnium longissima cum quarta fere aequalis.

PILIOSIS. Plumae colli breves, angustiusculae, dorsi ac alarum tectrices margine rotundato, molles, densae, trunci inferioris margine discreto; macula ad pectoris latera nuda nulla.

COLLUM teres, gracile; truncus carnosus.



N O T H E R O D I U S.

1. *N. Guarauna*. Occipitio, dorso toto, tergo, alarum tectricibus superioribus omnibus, scapularibus, collo antico-infimo pectoreque saturate fuliginosofuscis, alarum tectricibus ac dorsii plumis nonnihil in colorem virescentem seu pallide purpurinum vergentibus, subtiliter dilute fusco-limbatis; remigibus et cauda totis nigris in aeneo-purpurinum vergentibus; abdomine tibiisque plumis chocoladino-nigris, quavis harum partium sicut pectoris et alarum tectricibus inferioribus medio versus basin stria pure candida, lanceolata, ut plurimum latitante; colli totius postici plumis fuliginoso-nigris, stria intermedia latiuscula, acuminata, candida; faciei mentique plumis albidis, subtiliter fusciscenti-marginatis; crisso et uropygio caudae concoloribus; capistri plumis fusciscentibus rhamchi alba. *Mas et Foem. adult.*

Guarauna *Mar egr.* Courlan ou Courliri *Buff.* pl. enl. n. 848. (*fig. mediocr.*) *Ardea scolopacea* *Gmel.*, *Lath.* (*Descriptio vitiosissima.*) *Carau* *Azar.* *Voy.* n. 366. (*Descript. opt.*) *Rallus Gigas* *Lichtenst.* *Berl. Vög. Verz.* S. 79. *Aramus Carau* et *Aram. scolopaceus* *Vieill.* *N. D.* 8. p. 300-301. *Rallus ardeoides* *Spix* *Av. Brasil.* t. 91. (*fig. opt.*)

Rostrum corneo-nigrum, mandibula a basi ultra medium flava; pedes fusco-nigri; oculi tristes, iride fusco-rufescente;

ungues nigri, digiti hic intermedii *acie interna integerima*; lora plumulosa (an omnibus individuis?). Longitudo totalis 26", rostri solius ab oris angulo 4" 2"', myxae 9"', furcae 14"', tarsi 4 1/2"', partis nudae tibiae 3", digiti intermedii (excluso ungue) 3" 5"', postici 1", caudae rotundatae 6 1/4"', alae 12 1/4"'; altitudo rostri ad basin 9 1/4"', in medio 5 3/4"', ad gonydis initium 6 1/2"'. Habitat in *Cajenna*, *Brasilia* et in *Paraguay*a non infrequens, locis imprimis argillosis, solitarius aut per paria; die et noctu voce personora, horribili, longisona clamat *carau*; victitat parvis molluscis, insectis aquaticis vermibusque; terrefactus motitat caudam; avis timida, tranquilla, levipes, arborum cacuminibus insidens et nidum suum, ut dicitur, in aquis stagnantibus struens et diligenter occultans; ova 2 parit; pulli immediate post nativitatem parentes sequuntur, nigricanti-plumulosi sunt gula albida; volatus perdurans. (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. Rostri forma singularis est et similis in nulla alia ave conspicitur; haec sola et ab ardeis et a rallis separandi hanc avem sufficit, quibuscum praeter truncum compressiusculum nihil commune habet. *Scolopax (Numenius) Guarauna* auctorum huc non pertinet, ejusdem descriptio spectat ad *Ibidem Guarauna*.

150

G E N U S E U R Y P Y G A.*

ROSTRUM (forma ejusdem universalis eadem quae *Ardeae Agami*) capite longius, rectissimum, aequale, mediocre, compressum, acutum, mandibulis subaequalibus; maxilla rectissima, basin versus quam apice parum crassior, superne versus apicem subtilissime sensimque deorsum declinata, apice ipso rectiuscula et vix emarginata, paratonis sulco latissimo, profundissimo, recto, a basi ultra medium ducto, antrorsum evanescente, culmen distinctissimum, rectum, superficie planiusculum formante exarata, tomis rectissimis, integerrimis, margine infimo acuto subintractis sublineariter prominula; mandibula rectissima, acutissima, tomis integerrimis, acutis, paratonis sulco obsoletiore, multo ante apicem evanido, gonyde subtilissime ascendens; angulus mentalis longissimus, strictus, acutissimus; lora plumosa.

NARES basales, tomis quam culmini propiores, longitudinales, lineares, in sulci parte infima sitae, patulae, perviae, superius membrana nuda semiclausae.

LINGUA linearis, cornea, integra, acuta.

PEDES grallarii, tetradactyli, elongati, congrui, graciles; tarsus digito medio longior; digiti inaequales, mediocres, externus cum intermedio membrana basali conjunctus, internus totus liber; hallux dimidia parte quam digitus internus brevior, a pternae medio subamotus, cum rhizonychii apice insistens; acrotarsia et acrodactyla subtiliter scutulata, opisotarsia reticulato-squamulosa; ungues breviusculi, subfalculares, acuti, medius acie interna integerrimus.

CAUDA lata, recta, aequalis, alarum apices multo transcendens, in orbem expansilis, rectricibus fere aequae latis, apice obtuso-rotundatis.

ALAE amplae remige tertia et quarta omnium longissimis, secundariis quam primariae parum brevioribus.

PTILOSIS. Dorsi ac scapularium plumae densae, apice rotundatae, molles, latiusculae, trunci inferioris versus pogoniorum apices diffractae, siccae, molles; truncus parvus; collum mediocre, gracile, teres, plumis adpressiusculis obsitum.

*) *Illig.* Prodr. Systemat. Mammal. et Av. p. 257. *Temm.* — *Ardea Gmel.* — *Scolopax Lath.* — *Helias Vieill.*

EURYPYGA.

151

1. *E. Helias*. Capite et nucha nigris, vitta utrinque a naribus supra oculos versus occipitis et alia utrinque ob oris angulo infra illos versus nuchae latera ductis, mento gulaque candidis; dorso, scapularibus remigibusque tergo proximis nigris, pluma quavis fasciis 3-4 large distantibus rufescentibus, earum quavis e lineis duabus sibi approximativissimis composita; uropygio caudaeque tectricibus superioribus nigris, albo-fasciolatis; reetricibus laete cano, albo nigricanteque marmoreo-variis, fasciis quavis duabus nigris superius macula transversa, subelliptica, cinnamomeo-rufa signata, harum una a basi, altera a caudae apice subremota; collo postice ac ad latera dilute castaneo, subtilissime et numerosissime transversim nigro-undulato, antice fulvo, punctulis nigris vario; pectore e dilutissime rufescente albido, striolis angulosis, epigastrio longitudinalibus, fuscis variolosis; ventre, abdomine crissoque ex dilute rufescente albidis; alarum tectricibus minoribus fuliginosis, maculis nonnullis magnis, candidis, rotundatis; majoribus in fundo dilute olivaceo-flavido

subtiliter nigricanti-variolosis; remigibus fasciis saturate cinnamomeo-rufis, canis, nigerimis aut olivaceo-flavidis, flavido- et cano-nigricante variolosis, inaequalibus mire variegatis. *Mas et Foem. adult.*

Le Caurale Buff. pl. enl. n. 782. (*fig. bona.*) *Ardea Helias Gmel.* - *Scolopax Helias Lath.* *Helias phalaenoides Vieill.*

Juv. Adulto similis, ptiloseos pictura minus nitida, colli postici fasciis latius distantibus.

Maxilla tota nigricanti-fusca, mandibula tota flavida; pedes flavidi. Longitudo totalis 18", caudae solius 6" 2"', alae subtuberculatae 8", tarsi 1 3/4", partis nudaee tibiae 1", digiti intermedii cum ungue 1 1/2", hallucis fere 5"', rostri ab oris angulo 2" 5"', a fronte 1" 11"', myxae 8"', altitudo in medio 3 1/2"'. Habitat in *Brasilia* et *Guiana* ad ripas fluviorum ac paludum solitaria, caudam interdum expandens; vox alta, clara. (*Mus. Paris., Monac., Erlang.*)

Nota. Hallux hujus avis cum solo rhizonychii apice, non totus humo incumbit, ut *Illiger* et *Temminck* indicant.

152
GENUS PALAMEDEA.*

ROSTRUM subgallinaceum, capite brevius, rectum, crassiusculum, subcompressum, multo altius quam latum, obtusum; maxilla quam mandibula longior, a narium cantho usque ad apicem convexo-intumida, arcuato-deflexa, paratonis ibi integerrima, laevis, apice obtuso-rotundato mandibulae apicem transcendente integra, a narium apice antico usque ad basin perimpressa, subtiliter ceromatis specie obducta, basi ipsa planiuscula; mesorhinium basi latum, planum, postice rectiusculo-truncatum, versus nares magis magisque strictum, inter nares angustum, rotundatum; tomia integerrima, arcuato-flexa, patentiuscula; mandibula quam maxilla dimidia fere parte minus alta tomis integerrima, versus apicem deorsum arcuato-flexa, culmine myxae obsoletissimo, lato, rotundato, laevi; furca brevissima sed in ramphothecae substantia cornea vestigium anguli obtusi, impressi relinquens; gnathidia et oris angulus ceromatis specie subtiliter obducta.

NARES magnae, laterales, a basi remotae, perforatae, subellipticae, amplae, postice angustiores, antice sursum subascendentes, nudaе.

LINGUA.....

PEDES grallarii, tetradactyli, curti, robustissimi, tibia parum nudi; digiti longissimi, validi, intermedius, excepto ungue, tarsi longitudine cum externo paullo brevior membrana a basi usque ad phalangis primae apicem ducta coadunatus, internus totus liber, posticus mediocris, cum rhizonychii apice insistens, a pterinae medio paullo amotus; tibiae pars nuda et tota acropodia squamulis hexagonis, adpressis, acrodactyla squamis subquadratis, phalanx penultima et rhizonychium scutellis obsita; ungues mediocres, subarcuati, compressi, posticus omnium longissimus, rectiusculus, omnes absque acie prosiliente, acutiusculi.

CAUDA mediocris, recta, lata, rectricibus 12.

ALAE amplae, longae, calcaratae, remige tertia om-

*) Linn., Gmel., Lath., Cuv., Lacép., Illig., Vieill., Temm. — Anhima Briss., Scop. — Parra Linn., Gmel., Lath. — Chauna Illig., Temm. — Opistolophus Vieill.

152

PALAMEDEA.

nium longissima; remiges secundariae quam primariae longiores.

P T I L O S I S : plumae colli supremi brevissimae, lanuginosae, colli infimi latae, densae, margine rotundatae; superne pulvere quasi sericeo obtectae, dorsi et alarum adpressae, densae, apice rotundatae, abdominis haud numerosissimae, adpressae, molles.

P A L A M E D E A.

1. *P. cornuta*. Sincipite in medio cornu verticaliter ascendente gracillimo, tereti, acuto, subarcuato, flavido, longo; spina cornea utrinque ante alae flexuram maxima, acutissima, triangulari, albida, alia brevi, acutissima, compressa ejusdem coloris in alula; capite cinerascete, parum albido-variolofo; collo toto supremo nigro-lanuginoso, infimo plumis latiusculis, sericeo-mollibus, albido-canescens, margine apicali nigris; dorso, tergo, cauda, cervicis plumis intermediae nonnullis longiusculis, scapularibus alisque totis nigerrimis, subnitentibus, exceptis tetricibus humeralibus albido-isabellinis rhachi utplurimum versus apicem nigricante; pectore, hypochondriis crissoque nigricantibus; caeteris corporis partibus infernis ac alarum tetricibus inferioribus albis. *Mas et Foem. adult.*

Le Kamichy Buff. pl. enl. n. 451. (*fig. mediocr.*) *Palamedea cornuta* *Auctor.*

Rostrum corneo-nigricans; orbitae nuda; pedes fusciscentes unguibus nigris; irides oculorum fusco-nigrae. Longitudo totalis 34'', caudae apice rotundatae solius 10 $\frac{1}{4}$ '', alae 21 $\frac{1}{2}$ '', tarsi 4 $\frac{1}{4}$ '', partis nuda; tibiae 1'' 10'', digiti intermedii, excepto ungue, 4'', postici 1 $\frac{1}{2}$ '', rostri ab oris angulo 1'' 7''.

spinae supremae 1'' 8''., infimae 4 $\frac{3}{4}$ '', altitudo rostri ad basin 3 $\frac{1}{4}$ '', cornu sincipitis 4''. Habitat non infrequens in *America* australi, in *Brasilia*, *Guiana*, *Surinam*, potissimum in uliginosis et juxta fluviorum et paludum littora, mare foinaque perpetuo junctis; mares copulae tempore numerosiores pro foemina pugnant ferocissime; victitat herbis aquaticis ac seminibus; nidum ad aquas furni facie, magnum ex luto struit, et ova 2, si haec auferantur, altera adhuc vice, anserinis aequalia parit; voce terribili clamat; timida; caro obscura, adultae tenax, pulli esculenta; *Anhima* Brasiliensibus; cornu mobilis, cuti capitis implantatum. (*Mus. Paris., Monac. etc.*)

Nota. Avis juvenilis ptilosus mihi ignota est; inter multa quae vidi hujus speciei specimen hanc nunquam observavi.

2. *P. Chavaria*. Capite absque cornu; alis ut in *Palamedea cornuta* bicalcaratis; capite supra et occipite plumis elongatis, subulatis, cristam immobilem, subhorizontalem formantibus, cinereis; collo supremo albo-lanuginoso, subsequente anulo nudiusculo, incarnato, inferius circulo plumarum densarum, sericeo-mollium, nigrarum margi-

PALAMEDEA.

nato; eolli parte caetera, pectore, hypochondriis, abdomine toto tibiisque plumbeo-cinereis, plumis maculis largis, obscurioribus, longitudinalibus signatis; alis, tota cauda, dorso caeterisque corporis partibus nigricantibus, exclusa alarum flexura albida. *Mas et Foem. adult.*

Parra Chavaria Auctor.
(*Chauna Illig., Temm.*) *Chaja Azar. Voy. 4. p. 179. Opistolophus fidelis Vieill. N.D. 6. p. 206. Palamedea Chavaria Temm. pl. col. t. 219. (fig. opt.)*

Rostrum nigricans; ejusdem cera et orbitae sanguineo-rubrae; irides fusco-rufescentes; pedes flavo-rubri; spinae alae triangulares flavidae, suprema validissima; cauda apice rotundata. Longitudo totalis 32'', tarsi 5'' 5''', rostri 1'' 3-4''', cristae occipitalis 3''. Habitat non infrequens in *America calidiorre*, in *Brasilia et Paraguya*, locis paludosis, inundatis, ra-

ro ad flumina, solitaria aut per paria, interdum gregatim; natate nequit, sed in stagnis herbosis incedit plantis victitans; arborum cacuminibus insidet; volatus facilis, celer; incessus gravis, lentus; currere omnino nequit, nisi simul semivolet; nidificat Augusto ova 2 pariens et nidum spatiosum e ramulis inter arundinem aut fruticem in aqua nascentem struens; tacta manu cutis a corpore intervallo membranaceo-cellulario, aere impleto distans, crepat fortiter. Americani, qui gallinas, anseres etc. nutriunt in magno numero, unicam *Chavariam* cicuratam habent, quae cum reliqua gallinarum turba per vicina pergit, nunquam deserit, etsi volare possit, et domum ad vesperam revertitur; voce, secundum cl. *Azara*, formidabili, ingrata clamat *mas chaja*, foemina vero *chajali*. *Jacquin, Azara. (Mus. Paris.)*

O b s e r v a t i o.

Palamedea cristata auctorum format genus proprium. Vide genus *Microdactylus*.

G E N U S C A P I T O . *

R O S T R U M capitis longitudine aut eodem longius, rectum, validum, durissimum; maxilla paratonis laevissima, integerrima, per totam longitudinem plus minusve intumida, versus basin sensim crassior, basi crassa, versus apicem compressiusculum parum acuminata, culmine indistincto, illis compressiusculo, his rotundato sensim subdeorum inclinata, apice subito strictissima, arcuato-reflexa et lateraliter sinuata, fere hamum formans, tomis integerrimis, rectissimis, patentiusculis subintrorsum inclinatis; mandibula valida, quam maxilla non multo minus alta, laevis, acutissima, tomis acutis integerrima, gonyde illis compressiuscula, his rotundata, perascendens; furca brevis, angulum mentalem obtusum formans; vibrissae rigidae.

N A R E S fere basales in fovea sitae, ramphothecae substantiae corneae immediate impressae, rotundae, patulae, vibrissis capistri singulis subadumbratae.

L I N G U A subcornea, plana, rostri medium attingens, acutiuscula, ad latera versus apicem fissa.

P E D E S scansorii digito postico externo subversatili, congrui, tarsus postice compressus, antice latiusculus, digiti antici externi longitudine, hic cum intermedio ultra basin coalunatus; digiti omnes inaequales, anticus externus omnium longissimus, longus, versus basis latera membrana rugosa fimbriatus, posticus externus longus, intrusus omnium brevissimus; acropodia scutulis latiusculis; ungues subvalidi, arcuati, acutissimi, compressi.

C A U D A mediocri, recta, angusta, reatricibus 12 angustis, aequalibus, apice obtusis, rhachi stricta praeditis.

A L A E breves, subamplae, apice rotundatae, rectrice prima omnium minima, brevis, 4 et 5 omnium longissimae, caeterae gradatae.

C O R P U S obesum, breve; *caput* magnum, rotundatum.

P T I L O S I S. Plumae numerosae molles, longiusculae, imprimis occipitis, ad capitis latera strictae, trunci superioris ac inferioris plus minusve laerae.

*) *Temminck* Man. d'Ornith. 1. Analyse p. 77. Gen. 13. — *Tamatia* *Levaill.* Dis. de Parad. 2. p. 91. — *Bucco* et *Alcedo* *Gmel., Lath.* — *Ecco* *Illig., Vieill.*

α. *Rostrum paratonis rotundato.*

1. *C. Macrorhynchus.* Fascia frontis, capite ad latera, torque colli postici largo, gula, toto collo antico ac laterali, pectore ac abdomine candidis; fascia sterni largissima, vertice et occipite, loris, dorso, alis et cauda nigerrimis, nitore nonnullo chalybeo; plumis nonnullis dorsis, fasciae, caudae et alarum tectricibus superioribus apice tenerrime albo-marginatis; reatricibus unicoloribus subtilissime albido-terminatis; abdomine ad latera nigro-fasciato; remigibus intus a basi usque ad medium albis. *Mas adult.*

Barbu à gros bec de Caj. Buff. pl. enl. n. 689. (fig. bona.)

Bucco Macrorhynchus Auctor. Le grand Tamatia à plastron noir. Levaill. Ois. de Parad. 2. p. 92. t. 39. (fig. quoad frontem non satis accurata.)

Foemina. Mari simillima exceptis fronte et sincipite candidis.

Juv. Partibus fusciscentibus, ubi hae in mare nigrae; plumis corporis superioris rufescenti-terminatis, rostro fusco-nigro.

Rostrum inflatum, validissimum, 2'' longum pedesque nigri, cauda quadrata, irides rubrae. Longitudo 10 1/4''. Habitat non rarus in *Brasilia, Cajenna* et in *Surinamo.* (*Mus. Paris., Monac.*)

2. *C. melanoleucus.* Torque colli postici albo nullo; stria oculari, scapularium macula apicali, caudae fasciolis duabus e maculis rotundis, internis compositis, quarum una intermedia, altera apicali, gula, genis, pectore, abdomine crissoque albis; fascia pectorali largissima et caeteris partibus nigerrimis. *Mas et Foem. adult.*

Le plus petit Barbu à poitrine noire de Caj. Buff. pl. enl. n. 688. f. 2. (fig. bona.) Bucco

melanoleucus Auctor. Le petit Tamatia à plastron noir. Levaill. l. c. p. 93. t. 40. (fig. opt.)

Juvenis. Alarum tectricibus rufo-marginatis, corporis partibus nigris fusciscenti-, albis grisescenti-tinctis.

Rostrum pedesque nigri. Longitudo ultra 5 1/4''. Habitat in *Cajenna, Surinamo* et in *Guiana* frequens. (*Mus. Paris.*)

3. *C. collaris.* Capite supra et ad latera, nucha, dorso, tergo, uropygio ac alarum tectricibus superioribus laete vulpinis, subtiliter e numerose transversim nigro-undulatis, capitis lateribus exceptis unicoloribus; cauda dorso concolore, parum pallidioris lineolis transversis nigris, subdenticulatis; cervice, colli lateribus et toto corpore subtus inferus a mento usque ad crissi finem albo, hypochondriis, cervice et alarum tectricibus inferioribus pallide vulpino-lavatis; annulo distincte marginato collum infimum totum ambiente nigerrimo. *Mas et Foem. idult.*

Barbu à collier de Caj. Buff. pl. enl. n. 395. (fig. accurata.) Bucco capensis Linn., Gmel., Shaw. Bucco collaris Lath.

Juv. Mari adulto similis, rostro breviter, rufo-fusco, corporis partibus rufescentibus, torque adulti

Le Tamatia à collier noir. Levaill. l. c. t. 42.

Rostrum validum, intumidum, rubrum, orneo-flavidum, culmine nigriante; pedes plumbei. Longitudo totalis 8'', rostri solius ab ori angulo 10'', caudae 2 1/2'', alae 3'' 2''', tarsi 6 1/2'''. Habitat non rarus in *Brasilia, Guiana et Cajenna.* (*Mus. Paris., Monc.*)

Nota. *Bucco fuscus* auctorum, a *Levaillantio* et *Temminckio* ad avem juve-

CAPITO.

nilem hujus speciei positus, pertinet ad *Lypornithem torquatam*.

4. *C. Cyphos*. Fronte, vertice et occipite chocoladino - rufis, immaculatis; gula, pectore, superciliis striaque nuchali transversa ochroleucis; fascia gulari largiuscula, collo laterali ex parte et regione parotica nigris; dorsi plumis, uropygii a; alarum tectricibus superioribus omnibus fuscis margine apicali rufescente, antecedente alio nigricante; corpore inferiore subtus a pectore ad crissum usque sordide ochroleuco, creberrime nigricanti - undulato; alarum margine tectricibusque inferioribus albedo - ochraceis; cauda unicolore fusciscente, reetricibus vix conspicue rufescenti-terminatis. *Adult.* (?)

Cyphos Macroductylus Spi x. Av. Brasil. 1. t. 39. f. 2.

Rostrum nigrum; cauda mediocris, gradata. Longitudo $6\frac{1}{4}$ ". Habitat ad flumen *Amazonum*.

(*Mus. Monac.*)

Nota. Secundum plumarum structuram specimen musei nostri, unicum quod hucusque vidi, et quod omnes characteres hujus generis exhibet, juvenile credo, attamen idem avis adultae plumarum picturam universalem habere videtur.

- β. *Rostrum paratonis compressiusculo.*

5. *C. melanotis*. Fronte ad latera, regione ophthalmica, fascia colli postici et toto collo antico pure albis; pectore, ventre, abdomine ac lateribus albis, subobsolete nigricanti - fasciolatis; regione parotica macula magna nigra notata; dorso pone fasciam obscure fusco-nigricante, caeteris plumis uropygii, capitis supra, alarum tectricibus superioribus omnibus, scapularibus remigibusque dorso proximis testaceis, nigricanti submarmoreo-fasciolatis; remigibus nigro-fuscis, secundariis intus ad marginem albedo-macu-

latis; reetricibus fuscis rufescenti - subfasciolatis. *Mas et Foem. adult.*

Chacuru Azar. n. 261. *Bucco strigilatus Lichtens t.* Berl. Vög. Verz. *Bucco Chacuru Vieill.* N. D. p. 239. *Capito melanotis Temminck* pl. col. n. 94.

Juvenis. Collo antico fulvo seu isabellino, rarissime nigrostriolato; capite supra nigricante, plumis rufo-terminatis; corporis lateribus maculis fasciolisque numerosioribus et conspicuioribus; mandibula nigra; maxilla rubro nigroque varia.

Pedes griseo-virescentes; rostrum compressiusculum rubrum, in junioribus apice nigricans; irides flavo-rubrae; cauda subgradata. Longitudo $8\frac{1}{3}$ ". Habitat non rarus in *Paraguay* et in *Brasilia*; stupidus per longum tempus tristis et absque ullo corporis motu locis subfruticosis arborum ramis a humo parum elevatis solitariis insidet, raro volans; a Guaranis ob vocem suam *Chacuru* nominatur. (*Mus. Paris.*, *Lugd.*, *Monac.*)

6. *C. Tamatia*. Taenia utrinque ab oris angulo infra oculos ducta et in nucha subconspicue conjuncta alba; vitta malari larga nigra; gula et toto collo antico ferrugineis; fronte et superciliorum regione fusco-rufis; pectore, sterni regione et lateribus albis, maculis rotundatis nigricantibus; abdomine crissoque unicoloribus albo-rufescentibus; cauda unicolore, alis et toto corpore supra terreo-fuscis, plumis dorsi supremi et alarum tectricibus superioribus nonnullis rufescenti-marginatis; remigibus extus rufo-limbatis. *Mas et Foem. adult.*

Barbu à ventre tacheté de Caj. Buff. pl. enl. 746. fig. 1. (*Mas adult.*) *Bucco Tamatia Auctor.* *Le Tamatia à gorge rousse Levaill.* l. c. p. 95. t. 41. (*Mas adult.*)

Rostrum compressiusculum nigrum; pedes flavidi. Longitu-

do 7^{ll}. Habitat frequens in *Brasilia*, *Guiana* et *Cajenna*; foemina a mare statura parum minore ac plumarum pictura minus laeta vix distinguenda est. (*Mus. Paris.* etc.)

7. *C. maculatus*. Torque colli postici larga et collo antico ochraceo-rufis; verticis plumis laxis, dorsi, uropygii ac alarum tectricibus fusco-nigricantibus, medio et apice macula pallide rufescente; superciliis genisque ochraceo-rufescentibus longitudinaliter nigricanti-variis; mento abdomineque albis, immaculatis; pectore et lateribus albis maculis nigris signatis, pectoris subtriangularibus, laterum longiusculis; remigibus fuliginosis intus limbo brevi albido, extus parum rufescenti-maculatis; cauda nigricanti-fuscescente fasciis numerosis, strictis, subrufescentibus, medio large

interruptis; rostro rubro, culmine et apice corneo. *Mas* et *Foem. adult.*

Tamatia Marcgr. Alcedo maculata Auctor. Le Tama-jac. Levaill. Suppl. Fig. F. (fig. accuratis.) Bucco somnolentus Lichtenst.

Juv. Rostro multo brevior, corneo-fusco; pictura ptiloseos generali adulti, colli postici torque vix rufescenti indicato; collo antico pallidissime rufescente; pectore lateribusque maculis nigris longiusculis; mento, fronte ad latera et abdomine medio parum albis; capite toto dorsi pictura, maculis numerosioribus et obscurius rufis.

Pedes fusco-grisescens. Longitudo 7^{ll} 9^{lll}, rostri compressiusculi solius ab oris angulo 1^{1/2}^{ll}, caudae 2^{ll} 11^{lll}, alae 2^{ll} 10^{lll}. Habitat frequentissimus in *Brasilia*. (*Mus. Paris., Monac., collect. mea.*)

GENUS LYPORNIX.*

ROSTRUM capite paulo aut vix brevius, subgracile, per totam suam longitudinem modice curvatum, apice non subito deflexum, sed sensim in acumen inclinatum exeuns, laeve, compressum, basin versus sensim crassius et validius, altius quam latum, acutissimum, durum; maxilla culmine compressa, subacuta, paratonis convexis laevissima, tomis secundum maxillam ipsam flexis, patentiusculis, margine intractis integerrima; mandibula quam maxilla vix minus alta et eadem paulo brevior, tomis integerrima, perintracta, tota secundum maxillam arcuata et in similem apicem, deorsum spectantem exeuns; myxa longissima, culmine basali planiuscula, inde stricte compressa; furca breviuscula angulum mentalem obtusum formans; vibrissae.

NARES secundum positionem et formam eadem quae *Capitonum*, vibrissis adpressioribus.

LINGUA cornea, rostri medium transcendens, tota integra, plana, lanceolato-acuminata.

PEDES iidem qui *Capitonum*, respectu avis molis quam in his debiliores.

CAUDA brevis aut mediocris, nonnullis longiuscula, re-
trixibus 12 mollibus, latiusculis, apice obtusis.

ALAE majusculae, longiusculae, omnibus caudae basin transcendentes, interdum caudae fere apicem attingentes, apice acutae, remige prima minima, tertia omnium longissima, quarta fere aequali.

CORPUS quam in *Capitone* minus obesum, longiusculum; *caput* minus crassum, proportionatum.

PTILOSIS: plumae numerosae, densae, vix corpori adpressae, molles, ut plurimum laxae, dorsi versus medium vix densae; angulus mentalis plumis numerosis, longiusculis, subpilosis, subantrorsum spectantibus obsitus.

*) *Λυπη* tristitia, *ορνιξ* avis. (Germanice *Trauvogel*.) *Barbacou* *Levaill.* Ois. de Parad. 2. p. 101. *Corvus*, *Cuculus* et *Bucco* *Gmel.*, *Lath.*, *Bucco* *Illig.*, *Capito* *Temm.*, *Monasa* *Vieill.*
N. D.

LYPORNIX.

α. *Cauda longiuscula apice rotundata.*

1. *L. tranquilla*. Unicolor nigerima, in certa luce plumbeo-renitens, exceptis plumis scapularibus vittam longitudinalem formantibus albis; rostro validiusculo, capitis fere longitudine ruberrimo; cauda trunci longitudine, lata, apice rotundata. *Mas et Foem. adult.*

Coucou noir de Caj. Buff. pl. enl. n. 512. (*fig. mediocr.*) *Cuculus tranquillus Gmel. Bucco calcaratus Lath., Shaw. Bucco cinereus — Corvus australis* (n. 45.) *Gmel. Red-billed Crow. Lath.* Synops. 1. p. 403. n. 40. *Corvus affinis Shaw. Barbacou à bec rouge Levaill.* Ois. de Parad. 2. p. 103. t. 44. (*fig. opt.*) *Monasa tranquilla Vieill.*

Juv. Adulto simillima, corpore nigro magis in griseum vergente, rostro brevior flavo, macula ad scapulas alba minus extensa.

Levaill. l. c. t. 45.

Longitudo totalis $11\frac{1}{2}''$, caudae solius fere $4\frac{1}{4}''$. Habitat frequentissima in *Guiana, Cajenna, Surinamo*, sicut congeneres in sylvis densis, humidis ramis arborum humilibus insidens, solitaria, immota, tristissima, in arborum cavis nidificans. (*Mus. Paris.*)

Nota. Hanc speciem, a speciebus duabus sequentibus respectu corporis picturae universalis, rostri, caudae, alarum et totius ptiloseos structurae simillimis, at signis indicatis constantibus diversis, hucusque inter aves e *Brasilia* allatas nondum vidi.

2. *L. unicolor. Lypornithi tranquillae* simillima, absque plumarum scapularium albedine, unicolor nigra, saturate plumbeo-lavata, alis caudaque nigerrimis, nonnihil in chalybeum vergentibus. *Mas et Foem. adult.*

Bucco Nigrifrons Spi x Av. Brasil. t. 43. f. 2. (*fig. bona.*)

Pedes nigri; rostrum rubrum. Forma caudae, rostri et totius corporis omnino eadem quae *Lypornithos tranquillae* et *Leucopseos*. Longitudo totalis $11\frac{3}{4}''$. Habitat in *Brasilia* ad flumen Amazonum. (*Mus. Monac.*)

Nota. Species sequens in vicinitate urbis *Rio de Janeiro* frequentissima sed vix ad flumen Amazonum reperiunda est; specimina hujus vero speciei, in museo nostro spectanda, solum in sylvis confinibus fluminis supra dicti densis ac humidis occisa sunt.

3. *L. Leucops*. Speciei praecedenti habitu et ptiloseos pictura universalis simillima, unicolor nigro-ardesiaca, exceptis capistro albo, pallidissime ochraceo lavato, nigro-marginato, alis et cauda nigerrimis nonnihil in chalybeum argentibus. *Mas et Foem. adult.*

Bucco Leucops Lichte nst. Berl. Vög. Verz. S. 8. *Bucco Albifrons Spi x Av.* Brasil. 1. t. 41. f. 1. (*fig. bona.*)

Rostrum totum rubrum; pedes nigricantes. Longitudo universalis alae, caudae ac rostri eadem quae specierum praecedentium. Habitat frequens in *Brasilia*. (*Mus. Monac., collect. mea.*)

β. *Cauda mediocri gradata.*

4. *L. torquata*. Capite toto et collo, dorso alarumque tectricibus obscure et sordide fuscis, striola in quavis pluma longitudinali ferruginea; cauda unicolore sordide fusca, gradata; remigibus caudae concoloribus extus subferrugineo-marginatis; fascia pectorali candidissima, infra large nigro-marginata; corpore inferius a fascia usque ad crissum unicolore subferrugineo-fuscescente; abdomine medio albidus; alarum tectricibus inferiori-

LYPORNIX.

bus rufescentibus. *Mas et Foem. adult.*

Bucco torquatus *Hahn* *Ausl. Vög. Heft 13. t. 5. Bucco striatus* *Spix* *Av. Bras. t. 40. f. 2. (fig. optima.)*

Juv. Minor, rostro fusco-nigro; cauda brevior; pectoris macula magna alba, infra haud nigro-marginata; pictura ptiloseos reliqua huic adultae avis simili, minus pura.

Bucco fuscus *Auctor. Le Tamatia brun. Levaill. Ois. de Parad. 2. p. 99. t. 43.*

Pedes fusci; rostrum validiusculum nigrum; cauda mediocris; plumae subpilosae ad rostri basin numerosae rigidiusculae, ferrugineae, apice nigro. Longitudo $8\frac{1}{2}''$. Habitat frequens in *Brasilia*, in *Surinamo* et *Cajenna*. (*Mus. Paris. Monac., collect. mea* etc.)

Nota. Cisi viri *Levaillant* et *Temminck* contemplantur *Bucconem fuscum* auctorum pro ave juvenili *Capitonis collaris*, sed huc sane pertinet.

5. *L. rufa*. Fronte, genis et nuca saturate ferrugineis; vertice, occipite et regione parotica cinereis, plumarum rhachi strictae alba; dorso, alarum tectricibus superioribus, scapularibus, remigibus dorso proximis et tota cauda fuscescenti-cinnamomeis; fascia colli antichi infimi latiuscula alba, lacte sericeo-nitente; gulae plumis rigidiusculis pectorisque pallide ferrugineis; ventre, abdomine crissoque albidis; remigibus nigricantibus. *Mas et Foem. adult.*

Bucco rufus *Spix* *l. c. t. 40. f. 1.*

Juv. Adulta ave paulo minor, coloribus minus saturatis; fascia colli alba gutturis plumis oblecta, parva, vix conspicua; ventre abdomineque rufescenti-albidis.

Habitus *Lypornithos collaris*; rostrum validiusculum corneo-nigricans, mandibula fere tota citreo-flava; pedes rubicundo-fuscescentes; cauda medio-

cris, subgradata; irides nigro-fuscae. Longitudo $7\frac{1}{2}''$. Habitat in *Brasilia* ad flumen *Amazonum*. (*Mus. Monac.*)

6. *L. Rubecula*. Capite et collo supra subcinerascenti-fuscis; dorso toto, uropygio et alarum tectricibus superioribus rufescenti-fuscis; regione ante et pone oculos paulo albidis; collo toto antico et ex parte pectore fulvescenti-rufis; corpore inferius a pectore usque ad crissi finem unicolore albo; remigibus cinerascenti-fuscescentibus intus ad basin fulvis; cauda cinerascente, unicolore. *Mas et Foem. adult.*

Bucco Rubecula *Spix* *Av. Brasil. t. 39. f. 1. (fig. bona.) Barbacou rufalbin* *Temm. pl. col. t. 323. fig. 2. (fig. non satis accurat.)*

Rostrum gracile, nigrum, subtus basi plumbeum; pedes fusci; cauda mediocris, gradata; irides castaneae. Longitudo $6\frac{1}{2}''$. Habitat rara in *Brasilia*. (*Mus. Monac.*)

γ. Cauda brevi, aequali.

7. *L. tenebrosa*. Unicolor nigra, exceptis uropygio, caudae tectricibus superioribus ac inferioribus albis, abdomine fulvo-ferrugineo, pectore infimo ventreque cinerascanti-lavatis; cauda brevi, aequali. *Mas et Foem. adult.*

Petit Coucou noir de Caj. Buff. pl. enl. n. 505. (fig. inaccuratiss.) Cuculus tenebrosus *Pall., Gmel., Lath. Le Barbacou à croupion blanc* *Levaill. l. c. p. 105. t. 46. (fig. non satis accurat.) Monasa tenebrosa* *Vieill. N. D. Barbacou tenebreux* *Temm. pl. col. t. 323. f. 1. (fig. accurat.)*

Rostrum gracile, nigrum; alae longae caudae finem fere attingentes; irides fusco-nigrae; pedes griseo-nigricantes. Longitudo totalis $7''$, alae $4''\frac{2}{3}''$, caudae $2''\frac{1}{4}''$, rostri a fronte $7\frac{1}{4}''$. Habitat frequentissima in *Guiana* et *Brasilia*. (*Mus. Monac., collect. mea* etc.)

LYPORNIX.

Nota. In cl. *Levaillantii* icone citata et in ejusdem descriptione hujus avis abdomen *fusco - castaneum* indicatum est. Exemplum tali modo pictum nondum vidi.

Observatio.

Species genus hoc constituentes et a *Bucconibus* et a *Capitonibus* quibuseum semper ab

auctoribus uniuntur characteribus genericis hic exhibitis prorsus discrepant; imo vitæ ratio et pedum structura pluribus momentis differunt. —

Nomen genericum *Monasa* a cl. *Vieillot* datum propter genus *Monas* jam dudum constitutum, ad animalia infusoria spectans, fugiendum erat.

162

GENUS POGONIAS.*

ROSTRUM capite paulo longius, perrobustum, durissimum, basi fere aeque latum ac altum, crassum, medio multo altius quam latum, lateribus convexiusculis compressiusculum; maxilla quam mandibula dimidia fere parte altior, basi intumida, ab ea superius usque ad apicem sensim deorsum flexum, acutum, integrum grypania, culmine obtusiuscule acuto subcompressa, paratonis versus tomia magis magisque intumida, integerrima aut sulco longitudinali naribus exeunte munita, tomiis basi patentiusculis subdilatata, medio profunde uni- aut bi-emarginata et dentem validum gerens, palato acie longitudinali pere mergente obsita; mandibula quam maxilla paulo brevior, recta, tomiis laevibus medio subsinuata, illis paratonis et culmine rotundato-convexis laevis, his rugis profundis obsita, gonyde subascendens; myxa longa; furca latiuscula, angulum mentalem rotundatum, plumosum formans, in angulo ipso setis antrorsum aut retrorsum versis obsita; vibrissae ad gnathidiorum basin et ad nares plus minusve numerosae et validae.

NARES: forma et positio earum eadem quae *Bucconum*.

LINGUA

FACIES: regio circa oculos nuda.

PEDUM, CAUDAE, ALARUM AC PTILOSEOS structura eadem quae *Bucconum*.

*) *Illig.* Prodröm. Syst. Mammal. et Av. p. 202. *Temm.* *Pogonia Vieill., Leach.* — *Bucco Gmel., Lath., Vieill.*

1. *P. sulcirostris*. Capite et collo supra, alis extus totis, dorso, tergo, uropygio, crisso, caudae tectricibus superioribus, fascia pectoris latissima, hypochondriis, cauda tota tibiisque chalybeo-nigerrimis, unicoloribus, excepto tergo macula medio longitudinali magna candida; genis, mento, toto collo antico abdomineque medio coccineis; plumis lateralibus ventris truncatis quasi, albido-stramineis, hic et illic punctulo singulo nigricante; remigibus fuliginosis, intus margine parum dilutius limbatis. *Mas* et *Foem. adult.*

Barbican des côtes de Barbarie Buff. pl. enl. n. 602. (*fig. mediocris.*) *Bucco dubius Gmel., Lath.* (absque var. β .) *Le Barbican Levaill.* Ois. de Parad. 2. p. 53. t. 18. (*fig. bona.*) *Pogonia sulcirostris Leach.* Zool. Misc. 2. t. 76. (*fig. bona.*) *Shaw.* *Pogonia erythromelas Vieill.* N. D.

Rostrum validum, albidum, maxilla versus basin laete flavido-fuscescente, bidentata; dens quivis postice sulcum arcuatum formans; mandibula plicis numerosis, transversis, perdistinctis; vibrissae numerosissimae, imprimis in angulo mentali et ad gnathidiorum basin, nigerrimae, basi planae; alarum tectrices majores et plûmulae frontis nonnullae subtilissime et vix conspicue coccineo-fimbriatae; regio circa oculos nuda laete aurantio-flava; irides fusco-rubicundae; pedes flavi. Longitudo totalis $9\frac{1}{2}''$, caudae apice rotundatae solius $3\frac{1}{8}''$, tarsi $1\frac{1}{4}''$, alae $4\frac{1}{2}''$, rostri ab oris angulo $1\frac{1}{2}''$, ejusdem altitudo ad basin $8\frac{1}{4}''$. Habitat in *Barbaria*, *Senegambia* et in *terra Namaquorum* magnorum Africae australis, in ultimo dicta migratoria, in sylvis, mas foeminam assidue concomitans, fructibus vietitans; vox sono-

ra, gravis; nidificat in arborum cavis. (*Mus. Paris., collect. mea.*)

2. *P. laevirostris*. Fronte et sincipite, genis, toto collo antico et laterali, pectore, ventre alarumque fascia obliqua tectrices majores terminante coccineis; tergi macula et lateribus corporis inferioribus albis; occipite, collo postico, dorso supremo, alis, cauda ac tibiis nitide nigris; remigibus primariis fuscis. *Adult.*

Bucco dubius Lath. var. β . *Le Barbican unibec. Levaill.* Ois. Suppl. p. 48. fig. K. (*fig. bona.*) *Pogonia laevirostris Leach.* Zool. Misc. t. 17. (*fig. mediocr.*) *Shaw, Temminck. Bucco Leuconotus Vieill.* N. D.

Juv. Fronte et sincipite coccineis; capitis partibus caeteris, collo postico ac laterali dilute fusco-rufescentibus, scapularibus et dorso supremo multo obscurioribus; alarum tectricibus omnibus, remigibus, uropygio, tibiis et cauda supra nigris, in certa luce nigro-fuscescentibus; collo toto antico, pectore, lateribus crissoque sordide albis; macula in ventre magna, sordide rufo-rosacea; alarum tectricibus inferioribus sordide albis; pedibus fusco-rubicundis; rostro fuscescente.

Le Barbican à ventre rose. Levaill. Ois. d'Afr. 2. p. 85. t. A. *Pogonia Levallantii, Leach.* Zool. Misc. 2. t. 117. (*copia tab. Levallantianae.*) *Bucco Levallantii Vieill.* N. D.

Habitus universalis *Pog. sulcirostris*, eodem paulo minor; rostrum laeve, fuscescenti-flavidum, basi pilis minus densis, flexibilioribus obsitum. Longitudo $8''$. Habitat in *Africa.* (*Mus. Lugd., Londin.*)

POGONIAS.

3. *P. personatus*. Vertice, capite ad latera et toto jugulo laetissime coccineis; occipite, collo postico, infimo laterali, fascia pectoris larga et stria in loris nigerrimis; dorso toto alarumque tectricibus superioribus terreo-fuscis; remigibus reetricibusque dorso concoloribus, extus flavido-marginatis; corpore subtus inferius a collo usque ad crissi finem unicolore albido-virescente, flavido-lavato. *Adult.*

Pogonias personatus Temm. pl. col. 34. t. 201. (*fig. opt.*)

Rostrum laeve pedesque nigri, hoc unidentatum. Longitudo totalis $7\frac{1}{4}$ ". Habitat in *Africa meridionali*, in terra Caffrorum et ad caput bonae spei. (*Mus. Paris., Lugd.*)

Nota. Vix me tempero quin credam avem ab illustri *Levaillantio* in opere suo splendido (*Ois. de Parad. 2. p. 65.*) sub nomine „*Barbu à plastron noir*“ pro *Brasiliae* incola descriptam et in ejusdem operis tabula 28 exhibitam pertinere ad hanc speciem. Praeter rostrum (qualiter in icone citata pulchre picta conspicitur) tomis integrum, avis nec magnitudo nec ulla ejusdem colorum varietas in plumis sententiam detestat. Crederesne artificem in elaboranda pictura nominata rostri sinuationem ad maxillae tomia neglexisse? Saltem quod ad me attinet talem avem inter has e *Brasilia* allatas nondum observavi.

4. *P. Haematops*. Totus niger, exceptis sincipite, regione tota ophthalmica, gula et collo antico sanguineo-rubris, alis caudae fuscis, alarum tectricibus extus albo-remigibus flavo-limbatis alarumque tectricibus inferioribus albis.

Pogonias Rubrifrons Swainson Zool. Illustr. n. 14. t. 68.

Cauda aequalis; rostrum nigrum. Longitudo 6". Speciei praecedenti peraffinis. Habitat in *Sierra Leona*. (*Collectio dom. Leadbeater Londin.*)

5. *P. rubescens*. Fronte, vertice, occipite, capite ad latera, toto collo antico, pectore ex parte et vitta ab ultimo dicto longitudinali in ventre medio fere usque ad abdomen ducta cinnabarinorubris, plumis harum partium breviusculis, in capite supremo basi nigris, in collo antico ibidem albidis; partibus corporis inferioris caeteris pallide sulphureo-flavis, hypochondriis maculis nonnullis longitudinalibus nigricantibus; dorsi plumis et alarum tectricibus humeralibus cinereo-nigricantibus, macula subtrigona flavida terminatis; plumis uropygii caudaeque tectricibus superioribus pallide virescenti-sulphureis, basi nigricantibus; reetricibus et remigibus nigricantibus, limbo externo strictissimo flavido; alarum tectricibus inferioribus albis. *Adult.*

Le Barbu rubicon Levaill. Prom. et Guép. p. 43. f. D. (*fig. bona.*) *Pogonias rubescens Temm.* *Pogonia Vieilloti Leach.* l. c. t. 97. (*fig. satis accurata.*) *Shaw* Gen. Zool. *Bucco fuscescens Vieill.* N. D. 3. p. 241. *Pogonias senegalensis Lichtenst.* Berl. Vög. Verz.

Rostrum nigrum subbidentatum; pedes plumbeo-nigricantes. Longitudo totalis $6\frac{1}{2}$ ", rostri solius ab oris angulo 1", caudae aequalis 1" $11\frac{1}{2}$ ", tarsi $\frac{3}{4}$ ". Habitat frequens in *Senegambia*. (*Mus. Paris., collect. mea.*)

Nota. Specimina omnia et multa a me visa ptiloseos picturam descriptam habebant.

6. *P. niger*. Sincipite coccineo; stria a naribus supra oculos versus colli latera ducta primo flavo sensim alba; collo ad latera albo excepta taenia ad rostrum orta infra oculos et ad illius latera ducta, vertice, occipite et gutture nigris; dorsi plumis alarumque tectricibus nigris, illis flavo-maculatis, his eodem colore limbatis; scapularibus plumis albido-terminatis; corpore inferiore subtus a gutture usque

POGONIAS.

ad crissi finem unicolore flavo-albo; remigibus reatricibusque fusco-nigris, margine externo subtiliter flavido-limbatis. *Mas adult.*

Barbu à plastron noir. Buff. Barb. du cap de b. esp. Buff. pl. enl. n. 688. f. 1. (fig. bona.) Eucco niger Gmel., Lath.

cum var. β . *Vieill. Le Barbu à gorge noir. Levaill. Ois. d'Afr. 2. p. 66. t. 29. (fig. opt.) Pogonia Steffensii Leach. 1. c. t. 116. Pogonias niger Temm.*

Foem. adult. Mari similis, eo paulo minor, plumarum nigredine et flavedine minus saturata, albedine minus pura, sincipitis macula minus laete rubra, minore, dorsi maculis minoribus, minus numerosis, pectore grisescenti-lavato.

Foem. hornot. Foeminae adultae similis, sincipite absque macula rubra, corpore subtus sordide albo-olivascense, lituris grisescentibus.

Levaill. 1. c. t. 30. (fig. opt.)

Variet. viril. senilis. Sincipitis macula flava; capite supra, colli lateralis taenia gulaque fuscis; dorsi plumis alarumque tectricibus fuscis albo-terminatis; corpore subtus fusciscente.

Levaill. 1. c. t. 31.

Rostrum subbidentatum corneo-nigrum; pedes plumbei; irides fusco-flavescentes. Longitudo totalis $6\frac{1}{2}$ -7". Habitat assidue per parva aut cum pullis in *Africa meridionali*, frequentissimus in terra Caffrorum et Namaquorum magnorum in mi-

mosarum sylvis; nidificat in arborum cavis in ligno putrido ova alba pariens; voce sonora, forti syllabam *cu* exprimit; fructibus et insectis vicitat; haud timidus. (*Mus. Paris.*)

Nota. Auctorum indicationem de hujus avis existentia in *insulis Philippinis* nec affirmare nec detestare possum, atamen omnia individua, quae videndi occasionem habui; ex *Africa meridionali* allata erant.

7. *P. hirsutus.* Plumis capitis supra et ad latera, nuchae, menti, colli antici et ex parte pectoris nigerrimis, pectoris infimi rigidioribus, earum rhachibus in setas ad $1\frac{1}{2}$ longas excurrentibus; stria utrinque pone oculos et altera longiore utrinque pone mandibulam deorsum ducta, albis; plumis occipitis, nuchae et dorsi alarumque tectricibus majoribus sensim in obscure fuscum vergentibus, quavis macula parva, rotunda, sulphurea signata; reatricibus pallidis fuscis remigibusque extus subtiliter sulphureo-limbatis; corpore toto inferiore virescenti-sulphureo maculis minutis nigris consperso.

Pogonias hirsutus Swainson Zool. Illustrat. n. 15. t. 72.

Rostrum coerulescenti-nigrum, $1\frac{1}{2}$ $2\frac{1}{2}$ longum, largum, dente maxillae intermedio pervalido; cauda aequalis. Longitudo 7" (mens. angl.?) Habitat in *Africa.* (*Swains.*)

187

GENUS LEPTOPTERYX.*

ROSTRUM capite brevius, validum, conicum, supra modice curvatum, laevissimum, durissimum, acutum, paratonis et culmine convexum, basi crassum, versus apicem compressiusculum, mesorhinio lato rotundatum; maxilla tomis integerrimis, patentiusculis, subarcuato-flexuosa, apice extimo subdeorsum inclinato emarginata; mandibula rectissima apice recto, acuto, subconspicue emarginata; myxa basi depressiuscula, apice subcompressa; gnathidia subintumida, valida; furca latiuscula angulum mentalem obtusiusculum formans; rictus latus; vibrissae parvae.

NARES basales, sublaterales, ramphothecae substantiae corneae immediate insertae, parvae, antrorsum spectantes, subovato-rotundae, in sulco parvo horizontali sitae, capistri pilis subadumbratae.

LINGUA cornea, plana, subcanaliculata, lanceolato-acuminata, apice medio fissa et ibidem ad latera setuloso-fimbriata.

PEDES ambulatorii, breves, validi, acropodiis scutulati; digiti breves, validi, intermedius cum ungue tarsi longitudine, externus cum intermedio basi coadunatus, internus omnium minimus totus liber; hallux validus circiter digiti externi longitudine; ungues mediocres, compressi, arcuati, ad latera sulcati.

CAUDA mediocris, aequalis, rectricibus 12 latiusculis, apice rotundatis.

ALAE longae, angustae, plurimis caudae apicem attingentes aut transcendentes, remige prima minutissima, acuminata, 2 et 3 omnium longissimis.

PTILOSIS. Plumae capitis, colli ac totius trunci supra et subtus sericeo-molles, laxae, sed corpori applicatae; alarum tectrices densae, peradpressae, apice rotundato.

*) *Horsfield* Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 143. *Lanius* Lath., Gmel. — *Turdus* Lath. — *Ocypterus* Cuv., Temm., Valencienn. — *Artamus* Vieill.

LEPTOPTERYX.

1. *L. melaleuca*. Capite toto, collo postico, remigibus omnibus, dorso, alis totis et cauda unicoloribus nigris; alarum tectricibus inferioribus, caudae superioribus, tibiis uropygio et toto corpore subtus unicoloribus albis; rostro pedibusque caesiis. *Adult.*

Loxia (?) *melaleuca* Forst. Icon inedit. t. 40. (fig. opt.) *Lanius manillensis* Brisson. Ornith. 2. p. 180. t. 18. f. 2. (Description. opt.) *Langraien* Buff. pl. enl. n. 9. f. 1. (fig. accurata.) *Lanius Leucorhynchus* Lath. cum var. β . et Gmel. — *Lanius dominicanus* Gmel. *Artamus Leucorhynchus* Vieill. N. D.

Habitus et magnitudo *Leucogastri*. Longitudo totalis 7¹¹, rostri solius ab oris angulo 9¹¹/₂, caudae 2¹¹ 3¹¹/₂, tarsi 6¹¹/₂. Habitat in insula *Luçon*, inquilinis *Langni-Langnaien*, et in *Nova-Caledonia*, ubi, sec. cl. *Forster*, *Poemanghee* nominatur. (Collect. mea.)

2. *L. Leucogaster*. Capite ac collo, alis extus et cauda supra totis laete ardesiacis, unicoloribus; dorso toto, tergo, uropygio scapularibusque ardesiacofuliginosis; corpore subtus inferius a collo usque ad crissi finem, alarum tectricibus inferioribus caudaeque superioribus candidis; alis subtus argenteo-caescentibus. *Mas adult.*

Ocypterus Leucogaster Valenciennes. Annal. du Muséum d'hist. nat. 4. t. 7. f. 2. *Leptopteryx Leucorhynchus* Horsf. l. c.

Foem. (aut *Juv.*) Mari adulto simillima, exceptis capite et collo dorso concoloribus.

Rostrum caesium apice extimo nigricante; pedes saturate plumbei. Longitudo totalis 6³/₄, caudae aequalis solius 2¹¹/₂, alae caudae apicem transcendentes 4¹¹ 9¹¹, tarsi 7¹¹/₂, digiti intermedii, excluso ungue, 6¹¹, rostri

ab oris angulo 11¹¹. Habitat frequentissima in insula *Java*, velocissime volans. (*Mus. Paris., Lugd., Monac.*)

Nota. Species haec a cl. viris *Valenciennes*, *Temminck* et *Horsfield* sine ulla haesitatione cum antecedente conjungitur. Differt haec non solum ptiloseos pictura nigra, sed uropygio quoque albo quod in *Leucogastro* dorso concolor est. Specimen a cl. *Forsteris* Septembri in *Nova-Caledonia* occisum et e hac terra allatum ipse possideo. *Brissonii* descriptio et *Buffonii* icon *Leptopterygos melaleuca* optimae sunt, et neutquam ad *Leucogastrum* spectant.

3. *L. Rufiventer*. Capite cum toto collo, alis ac dorso dilute ardesiacis, dorso cinerascentifulginoso lavato; crisso albo, interdum subconspicue cinerascenti-undulato; corpore inferiore subtus a collo usque ad crissum unicolore dilute subvinaceo-cinerascente; uropygio et remigum apice dilute albidis; caudae tectricibus superioribus arcu albo terminatis, hac fere nigra fascia albida terminata.

Artamus fuscus Vieill. l. c. p. 297. (Description. non satis accurata.) *Ocypterus Rufiventer* Valenciennes. l. c. p. 25. t. 7. f. 1. (Description. et fig. bonae.)

Magnitudo et forma *Leucogastri*; rostrum caesium apice extimo nigricante; cauda subrotundata; alae caudae apicem attingentes sed non transcendentes; pedes nigri. Habitat in *Bengala*, *Pondichery*. (*Mus. Paris.*)

4. *L. cinerea*. Striola ab oculis ad nares, crisso et cauda tota nigerrimis, hac fascia alba terminata, exceptis reatricibus dubus intermediis totis nigris; capite supra et ad latera ac cor-

pore subtus a menti initio usque ad crissum unicoloribus canescentibus; collo postico, dorso toto, scapularibus et alis extus totis cinerascenti-ardesiaticis; alarum tectricibus inferioribus candidis; remigum margine interno albedo.

Artamus cinereus Vieill.

l. c. p. 297. *Ocypterus cinereus Valenc.* l. c. p. 22. t. 9. f. 2.

Rostrum caesium apice extimo nigro; pedes obscure plumbei; cauda aequalis, gradata; alae caudae apicem non attingentes. Longitudo totalis 7¹¹ 7¹¹¹, rostri a fronte 3¹¹/₄'' , tarsi 8¹¹/₂'' . Habitat in insula Timor. (Mus. Paris.)

5. *L. albo-vittata*. Unicolor fuliginoso-cinerea, exceptis alarum ardesiacarum remigibus 2, 3 et 4 pogonio externo albis, cauda nigra macula magna, arcuata, alba terminata, exceptis rectricibus duabus intermediis et alarum tectricibus inferioribus albis. *Adult.*

Turdus sordidus Lath. Suppl.

Ocypterus albo-vittatus Cuv.

Regn. an. 4. t. 3. f. 6. *Valenc.*

l. c. p. 23. t. 8. f. 2. *Artamus*

lineatus Vieill. l. c. t. 297.

Juv. Corpore cinerascenti-fusco, longitudinaliter albedo vario, exceptis alis ardesiaticis, tectricibus superioribus minoribus nigricanti-terminatis, puncto apicali intermedio albo, caudae fascia apicali alba subtiliter nigricanti-terminata, rostro albedo apice fusco.

Valenc. l. c. t. 8. f. 2.

Pedes nigri; rostrum caesium apice nigro; alae caudae finem attingentes; cauda fere aequalis, subemarginata. Longitudo totalis 6¹¹/₂'' . Habitat in pluribus regionibus *Novae-Hollandiae*, in Timor. (Mus. Paris.)

Nota. *Lathamii Turdus sordidus* sine ullo dubio ad hanc speciem spectat, sed descriptio ab eo verisimile ad picturam facta - quam ob rem respectu dorsi picturae, non optima est. Continet descriptionem Index clariorem, quam Synopsis.

6. *L. minor*. Unicolor chocoladino-fusca, exceptis crisso et uropygio nigris, facie parum obscuriore, alis ac cauda in ardesiacum vergentibus, hac fascia alba terminata rectricibus 2 intermediis et utrinque extrema unicoloribus.

Artamus minor Vieill. l. c.

t. 298. *Ocypterus fuscatus Valenc.* l. c. p. 24. t. 9. f. 1.

Rostrum caesium; pedes fusci; cauda aequalis, alae ejusdem apicem fere transcendentes. Magnitudo *fringillae Caelibis*. (Mus. Paris.) Habitat cum praecedente.

7. *L. viridis*. Capite et collo supra, dorso, uropygio, caudae ac alarum tectricibus superioribus, harum inferioribus, tibiis extus scapularibusque obscure viridibus; mento, gula et toto corpore subtus cum crisso unicoloribus albis; remigibus nigricantibus, exceptis limbis externis et apicibus obscure viridibus; cauda tota supra dorso concolore subtus nigricante, rectricibus lateralibus exceptis nigricantibus limbo obscure viridi. *Adult.*

Lanius madagascariensis minor viridis Briss. Ornith. 2.

p. 195. t. 15. f. 3. *Pie grièche de Madagasc.* Buff. pl. enl. n.

32. f. 2. *Lanius viridis Gmel.*,

Lath. — *Artamus viridis Vieill.* l. c. *Ocypterus viridis*

Valenc. l. c.

Rostrum plumbeum apice extimo albedo; pedes unguesque nigri; alae caudae apicem fere attingentes. Longitudo totalis 5¹¹ 8¹¹¹, rostri ab oris angulo 8¹¹/₂'' , caudae 1¹¹ 11¹¹¹, tarsi 8¹¹¹. Habitat in *Madagascaria* ab incolis *Tcha-Chert* nominata. (Briss.)

8. *L. Leucocephalus*. Capite cum collo totoque corpore subtus cum crisso et alarum tectricibus inferioribus unicoloribus albis; cervice, dorso, uropygio, scapularibus, alarum caudaeque tectricibus superioribus ac cauda tota nigro-viridescentibus; cauda subtus tota nigra.

LEPTOPTERYX.

Lanius madagascariensis major viridis *Briss.* Ornith. 2. p. 193. t. 19. f. 2. *Grand Pie-griesche verdâtre de Madagascar* *Buff.* pl. enl. n. 374. *Lanius Leucocephalus* *Gmel., Lath.*

Rostrum, pedes unguesque plumbei; cauda aequalis quam in caeteris longior, 3'' longa; alae caudae medium paullo transcendentes. Longitudo totalis 8'', rostri solius ab oris angulo 1 1/2'', tarsi 10 1/2''. Habitat in *Madagascaria*, ab incolis *Tcha-Chert-Bé* nominata. (*Mus. Paris.*)

Nota. Exemplar hujus speciei in Museo Parisiensi asservatum, unicum quod vidi, et, ni fallor, a cl. *Poivre* e loco supra dicto allatum, ac a cl. *Brissonio* et *Buffonio* descriptum, in optimo quidem non est statu, attamen omnes characteres, huic generi proprios clare adhuc monstrat. Haec format optime species respectu alarum breviorum, caudae et tarsorum longiorum transitum ad *Lanios*. Rostrum prorsus ut in caeteris speciebus hujus generis formatum est.

171

G E N U S A R D E A . *

ROSTRUM capite multo aut parum longius, rectum, compressum, elongato-conicum, acuminatum, acutissimum, altius quam latum, validum aut gracile, secundum speciem plus minusve abnormis, maxillae et mandibulae basi ceromatis specie subtilissime oblitum; maxilla quam mandibula vix longior, cum eadem aequali altitudine, medio ad paratona sulco rectissimo, longitudinali, impresso, antrorsum evanescente exarata, culmine ad basin subdistincto, planiusculo, plumis frontis transversim positis terminato, versus apicem laevissimo, compresso et subtiliter in apicem sensim inclinato, tomis basi parum, versus apicem vix patentiusculis, subintractis, illis integerrimis, his subtilissime oblique incisulis, omnibus apice extimo emarginatis, palato acie intermedia longitudinali, rectissima emergente, versus faucem plus minusve conspicue duplicata; mandibula gnathidiis validiusculis, planiusculis, versus basin plus minusve impressis, acutissima, tomis intractis, acutissimis, rectissimis, illis integris, his versus apicem subtilissime oblique incisulis; gony culmine compressa, acutiuscula, plus minusve ascendens; angulus mentalis ultra mandibulae medium protensus, angustissimus, acutissimus, plumosus; lora nuda.

NARES a basi subamotae in sulco laterali sitae, lineares, longitudinales, perviae, superne membrana nuda tectae.

LINGUA rostro dimidia parte brevior, acuta, integerrima, angusta, membranacea, planiuscula.

PEDES grallarii, elongati, congrui, tetradactyli; tarsus digiti intermedius longitudine aut eodem multo longior; tibia illis tota aut maxima parte plumosa, his magna parte nuda; digiti elongati, graciles, angustolomatini, omnes inaequales, medius cum externo palama usque ad apicem phalangis primae protensa conjunctus, internus digito externo parum brevior membrana minutissima basali munitus; hallux longus, digito intermedio dimidia parte brevior, totus incum-

*) *Linne, Brisson et omnium auctorum. "Cancrofagus, Botaurus Briss.*

bens, a pternae medio amotus et basi digiti interni oppositus; unguis falculae falcatae, posticus omnium maximus, magnus, medius acie interna pectinatim incisulus; acrotarsia transversim clypeata, clypeis supremis ac infimis scutuli-formibus, opisotarsia et suffrago squamulis hexagonis obsita, acrodactyla scutulata.

ALAE amplae apice obtusae, remigibus 1-3 omnium longissimis, tertia quam 1 et 2 vix brevior.

CAUDA brevis, obtusa, rectricibus 10-12.

PILLOSIS. Plumae colli antici infimi avis adultae pendulae, elongatae, ut plurimum acuminatae, angustae, aut lacerae, occipitis et tergi plurimis elongatae, sericeae, aut lineares, aut laciniato-lacerae, rarius densae, oblongae, apice obtusae; colli basis lateralis nuda, fasciculo plumarum longiuscularum, ad humeros nascentium, basi plumularum obtecta; colli plumae illis breves, et undique adpressae, his molliores, longiores, imprimis ad latera, postice lanuginosae; rectrices apice rotundatae; trunci percompressi inferioris plumae longiusculae pogoniis diffractis et radiis basi plumulosis.

A R D E A.

a. Collo longo, gracili, undique plumis brevioribus, adpressis obsito; tibiarum parte magna nuda.

1. *A. Herodias.* Tibiis et alarum margine saturate purpurino-ferrugineis; fronte et capite supra medio, hoc ad latera, gula abdomineque candidis; capitulis lateribus large-occipite ejusque plumis duabus elongatis angustis coerulescenti-nigris; collo antice medio albo, per series longitudinales nigro-maculato, ad latera fusciscenti-cinereo; pectore et ventre medio nigerrimis, ventre albo-striato, lateribus cinereo-coeruleis; colli inferioris antici plumis elongatis, pendulis, albis; alis supra, dorso et cauda pallide cinereo-coerulescentibus, humerorum et dorsi plumis subulatis, longiusculis, subpendulis, dilutioribus; remigibus primariis saturate ardesiacis. *Mas et Foem. adult.*

Ardea Herodias Auctor. (Descript. manca.) *Wils. Am. Ornith.* 8. t. 65. f. 2. (*fig. opt.*)

Juv. hornot. Capite supra toto nigro absque plumis occipitis 2 elongatis, subcristato; dorsi et humerorum plumis haud longiusculis et subulatis, ferruginescenti-cinereo tinctis; collo postico fusco, obscurius radiolato, antico albedo-striolato; alis caudaque cinereo-fusciscentibus, alarum tectricibus dilutioribus; pectore albo, maculis magnis, longitudinalibus nigris, aliis fusco-rubicundis intermixtis; rostro supra nigricante, subtus flavo; partibus caeteris ut in adulta ave.

The ash-colur'd Heron from North-America Edw. 3. t. 135. (*fig. mediocr.*) *Ardea hudsonias Auctor.*

Pedes nigri, tibiae pars nuda rostrumque flava; irides oculorum nitide aurantiae; regio circa oculos dilute purpurino-coerulea. Longitudo totalis 4' 4'', rostri solius 8''. Habitat in *A-*

*merica septentrionali usque ad sinum Hudsonis; nidificat locis paludosis in cedris humilibus, nidum magnum e virgis et bacillis struens, in quo ova quatuor gallinaceis majora, virescenti-coerulea, immaculata parit; caro avis juvenilis sapidissima; victitat piscibus ac ranis; vigilantissima, altissime volans; habitus et vitae ratio *Ardeae cinereae.* (*Mus. Paris.*)*

2. *A. Cocoi.* Occipitis crista dependente, toto pileo occipiteque ad latera, fasciculo plumarum utrinque a humeris ad pectoris latera, longiuscularum, pectore et ventre ad latera nigerrimis; capite ad latera infra oculos, collo toto et cervice, pectore et ventre medio, tibiis crissoque candidissimis, collo antice medio procul a gula et ultra medium plumulis in latere interno nigris longitudinaliter striolato; plumis colli infimi longis, pendulis; dorso, uropygio, cauda et alis supra canis, plumis scapularibus longissimis, discretis, apicem versus subcriniformibus; remigibus plumbeo-nigris. *Mas et Foem. adult.*

Juv. Adulto similis (Azar.)

Cocoi Maregr. Ardea Cocoi Auctor. A. palliata Illig. Le héron de couleur de plomb. Azar, p. 197. n. 347. Ardea coerulescens et Ardea Soco Vieillot. N. D. Ardea Maguari Spix Av. Brasil. t. 90. (fig. opt.)

Irides pure flavae; lora coerulescentia; rostrum flavidum, supra basi rubro-violaceum; pedes violaceo-nigricantes; occipitis plumae 4-5'' longae. Longitudo totalis 3' 9'', rostri ab oris angulo 6³/₄'', tarsi 6³/₄'', partis nudaee tibiae 3³/₄'', digiti intermedii, excepto ungue, fere 4''. Habitat in *Paraguayae et Brasiliae* ad flumina et in paludosis; timidissima; volans raro

ARDEA.

voce injucunda *gaaa* clamat; pulli parentibus colore miles sunt. (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. Inter exempla 5 a me examinata nullum ptiloseos discrimen observavi. — Haec species sequenti primo aspectu simillima est, ab ea autem non solum magnitudine sua, sed capite supra toto nigro, tibiaram parte majore nuda, scapularium plumarum forma etc. undique differt. — *Albini* figura inaccuratissima nunquam citetur.

3. *A. cinerea.* Verticis ac occipitis lateribus, hujusce plumis elongatis, fasciculo plumarum utrinque ad colli infimi latera, pectoris ventrisque lateribus nigerrimis; fronte et capite supra medio, hoc ad latera, collo toto, alarum margine, pectore ventrique medio, tibiis ac crisso pure albis, collo antico medio procul a gula ad basin usque longitudinaliter nigro-striolato; dorso toto, uropygio, cauda alisque supra laete canis scapularibus plumis longiusculis, subulatis, argenteo-griseis et colli infimi pendulis; remigibus plumbeo-nigris; rostro saturate flavo; pedibus fuscis, versus tibiam rubris; loris violaceo-purpurinis. *Mas* et *Foem. adult. trien.*

Ardea cinerea Mas Lath., Naum. Vög. t. 25. f. 34. Le Heron huppé Buff. pl. enl. n. 755. Ardea major Gmel.

Juv. Capite absque crista aut saltem tali brevissima, nigra; scapulis, tergo et collo infimo absque plumis elongatis; fasciculo plumarum utrinque ad colli basin cinereo, in uno latere albo; fronte, vertice, capite ad latera, collo toto postico ac laterali, dorso, alis extus caudaque cinereis; gula, ventre, abdomine, crisso tibiisque intus albis; collo antico in fundo albo per seriem duplicem longitudinaliter nigro-maculato; lateribus corporis subtus cinereis; pectore maculis nonnullis

nigricantibus; rostro supra fusco-nigricante, subtus flavido; loris flavo-virescentibus; pedibus cinereo-nigricantibus, versus tibiam fuscescenti-virescentibus.

Le Heron Buff. pl. enl. n. 787. Ardea cinerea Gmel. et Ard. cinerea Foem. Lath. - Ardea rhenana Sander. - Naum. l. c. t. 24. f. 33.

Var. α. Fere tota alba. (*Frisch Vög. t. 204.*)

Irides adultae avis et juvenilis laete et pure flavae. Longitudo totalis 3' 3'', rostri ab oris angulo 5'' 4''', tarsi 5'' 2''', partis nude tibiae 1 3/4'', digiti intermedii, excluso ungue, 3'' 5'''. Habitat per totam Europam ad regiones circuli arctici usque, in pluribus terris percommunis, porro in *Aegypto, Nubia*, et in *insulis Philippinis* ad fluvios, lacus et in paludosis sylvis confiuibus, in quarum arboribus altissimis nidum struit in quo ova 3-4 coeruleo-viridia, absque nitore, parit; victitat piscibus, amphibiis, avibus pullis et mammalibus parvis; in regionibus nonnullis migratoria; solitaria, melancholica; voce non inharmonica; timidissima.

4. *A. atricollis.* Capite toto supra ac ad latera, occipitis crista e plumis 3 elongatis, angustis, pendulis composita, collo supremo maxima parte et toto postico nigerrimis, nitentibus; mento ac gula pure albis; collo antico supremo medio albo-striolato, infimo antice et ad latera, toto corpore subtus a collo infimo usque ad crissi finem ac pectoris supremi lateribus canescenti-cinereis, unicoloribus; dorso supremo nigro, in nitorem viridem ac violaceum subvergente; alis ac dorso canis; dorsi plumis laceris, albidis; alarum tectricibus inferioribus caudidis; remigibus reatricibusque totis coerulescenti-nigris. *Adult.*

Habitus Ardeae cinereae; rostrum fuscum, subtus flavidum,

ARDEA.

quam in *ardea cinerea* validius; regio ante oculos tota nuda; pedes nigri. Longitudo totalis 3' 1 1/2'', rostri a fronte 3 3/4'', tarsi 5''. Habitat in *Senegambia*. (*Collect. d. Fl. Prévost Paris.*)

5. *A. Bullaragang*. Capite et collo albis, subtiliter dilate purpurino undatis, collo antico maculis nonnullis irregulariter positis nigris; pectoris plumis lateralibus scapularibusque longis fusco-purpureis; dorso, alis et cauda saturate ardesiacis, tectricibus alarum virescenti-nitentibus; alarum margine pure albo; ventris et partium posticarum plumis albis, griseo-purpureo limbatis.

Ardea pacifica Lath. Suppl. (*Descriptio manca secund. picturam.*)

Rostrum supra nigrum, subtus album, 4'' 2'' l.; irides pallide rubrae; pedes cum unguibus nigri. Longitudo 3' 2 1/2''. Habitat in *Nova-Hollandia* ubi ab incolis *Bulla-ra-gang* nominatur. (*Mus. Paris.?*)

6. *A. purpurea*. Occipitis plumis nonnullis longis, angustis, rectis, pendulis, toto capite supra et linea longitudinali ab occipite usque ad colli postici medium; altera ab oris angulo ad occipitis latera et tertia a regione parotica utrinque ad colli latera versus ejusdem medium ductis, ultimo dicta in collo antico infimo exeunte, nigris, capite supra virescenti-nitente; mento gulaque pure albis; collo medio serie longitudinali plumarum albarum, medio longitudinaliter nigrarum, colli infimi longiuscularum, subulatarum, ejusdem picturae; collo laterali, exceptis lineis nigris, et tibiis laete isabellino-rufis; crissi plumis albis, apice nigris, ante hunc rufo-tinctis; alarum margine albo et humeris subrufescenti-tinctis; remigibus nigris, paulo in plumbeum vergentibus; plumis utrinque ad colli infimi latera saturate rufo-purpurinis, pectoris ventrisque ejusdem co-

loris longitudinaliter nigro-striatis; collo infimo postico, dorso, alis et cauda cinereis, scapularium plumis longiusculis, sublaceris, rufo-tinctis; rostro lorisque laete flavis, illo culmine fusco; tibiae parte nuda, phalangibus subtus tarsoque postice flavis, tarso antico et digitis supra fusco-virescentibus. *Mas et Foem. adult.*

Le Héron pourpré huppé, Buff. pl. enl. n. 788. *African Heron* Lath. Synops. Suppl. 1. p. 237. *Naum. Vög. Nachtr. t. 45. f. 89. Ardea purpurea Auct. r. Ardea Botaurus. - Ard. rufa - Ard. caspica Gmel., Lath.*

Juv. anni primi et secundi. Occipite, collo infimo et scapulis absque plumis elongatis et lineis nigris; fronte nigricante; vertice, occipitis plumis laxiusculis et collo postico supremo rufis, collo postico infimo et toto laterali fuscescenti-rufescente; gula alba; collo antico albido-subrufescente maculis numerosis longitudinalibus nigricantibus; dorso toto alisque obscure fuscis, pluma quavis large rufescenti-marginata; cauda remigibusque cinereo-nigricantibus; tibiis pallide ferrugineis; ventre, abdomine pectorisque lateribus albido-rufescentibus plus minusve fuscescenti-maculatis; rostro supra maxima parte fusco, subtus flavido; pedibus ut in adulta ave, pallidioribus.

Ardea purpurata -, *Ard. variegata* Lath., Gmel. *Ardea monticola* La Peyrouse Tab. meth. des Ois. *Naum. Vög. Nachtr. t. 45. f. 90.*

Irides laetissime flavae, juvenibus pallidiores. Longitudo totalis 2' 9-11'', rostri ab oris angulo 6'', tarsi 4 3/4''. Habitat in pluribus *Europae* regionibus meridionalibus, rarissime septentrionalibus, frequentissima in *Hollandia*, porro in *Asiae* confinibus, in *Nubia*, in *Africa australi*, in *insulis Philippinis*; videtur raro in arboribus, plerumque inter arundinem aut in fruticosis paludosis, ova 3 cine-

æo - virescentia pariens; vitæ ratio eadem quæ *Ardeæ cinereæ*.

Nota. *Ardea rubiginosa* *Auctor.* sine ullo dubio huc pertinet; descriptio avem juvenilem ptilosin adultæ induentem exhibere videtur. Indicatio respectu avis hujus patriæ erronea sit.

7. *A. Egretta*. Unicolor candida; rostro laetissime ex pallide aurantio flavo, versus basin virescenti-tincto, excepto maxillæ culmine apicali extimo nigricante; loris laetissime viridibus; occipite absque crista; colli infimi plumis parum elongatis, latiusculis, haud laciniatis; plumis tergi numerosis, longissimis, caudæ apicem multo transcendentibus, rectissimis, rhachi valida in utroque latere radiis singulis, longissimis, rectis, crini-formibus, nutantibus; tibiarum parte largissime nuda, tarsis et digitis totis cum unguibus unicoloribus nigris. *Mas* et *Foem. adult.*

La grande Aigrette Buff. pl. enl. n. 925. (*fig., rostro excluso, bona.*) *Ardea Egretta* *Lath.*, *Gmel.* (*Description non satis accurata cum vera synonymia.*) *Wils.* l. c. p. 106. t. 61. f. 4. (*fig. opt.*) *Le grand Heron blanc* *Azar.* Voy. n. 350. *Ardea Leuce* *Illig.*, *Lichtenst.*

Juv. (et adult. tempestate pluviarum?) Adultæ respectu rostri, pedum, corporis coloris similis, tergo absque plumis elongatis.

Alia ardeæ species *Marcgr.* *Ardea brasiliensis candida* *Bri ss.* 5. p. 434. *Le Heron blanc* *Buff.* pl. enl. n. 886. (*fig. accurata.*)

Irides pallide aurantio-flavae pupilla parva. Longitudo totalis (avis adultæ) $3\frac{1}{2}$ - $2\frac{1}{2}$ '' , rostri solius ab oris angulo $5\frac{3}{4}$ '' , a fronte $4\frac{3}{4}$ '' , tarsi $5\frac{1}{2}$ '' , partis nudæ tibiae $3\frac{1}{2}$ '' $8\frac{1}{2}$ '' , alae $14\frac{3}{4}$ '' , caudæ $6\frac{1}{2}$ '' , digiti intermedii, excepto ungue, $3\frac{3}{4}$ '' . Habitat in America meridionali et septen-

trionali, frequens in *Brasilia*, *Guiana* et *Cafenna*, in hujus terræ regionibus septentrionalibus aestate solum, gregatim degens, sociatim iu arboribus nidum largum struens et ova, plerumque quatuor, coerulescentia pariens; nutritus idem qui aliarum specierum. (*Mus. Paris.*, *Monac.*, *collect. mea.*)

Nota. Nescio qua re commoti ornithologi recentiores *Lathamii* et *Gmelini* *Ardeam Egrettam*, huc pertinentem, *Ardeæ albae* annumerant, quæ nunquam in *America* observata et prorsus diversa est. *Descriptiones Egrettæ* a *Gmelino* et *Lathamio* citatæ, et *Buffonii* icon indicata, præter rostrum fuscum, satis accurata, in solam *Egrettam* quadrant. Falsa auctorum capitis cristati indicatione errores multi nascebantur. *Descriptio Lathamii* hujus avis in *Synopsi* sua data (5. p. 89.) accurata est; in ea avis caput non cristatum, rostrum vero flavum esse dicitur. Ex *Ardea Egretta* constituunt *Illiger* et *Lichtenstein* speciem *Leuce* sed, quod mirum est, in ea *Ardeam Egrettam* non agnoscunt.

8. *A. alba*. *Egrettæ* simillima, diversa ab ea: occipite subcristato, tarsis et rostro multo longioribus, pedibus obscure fuscis, incarnato-lavatis, tibiae parte nuda incarnato-fusca. *Mas* et *Foem. adult.*

Ardea Egretta *Meyer*, *Temminck*, *Brehm* (*sed exclusis synonymis ad Gmelini et Lathamii Egrettam spectantibus.*) *Naum.* Vög. Nachtr. t. 46. f. 91.

Juv. (et avis adulta tempore plumarum mutationis). Adultæ simillima, exceptis capite et tergo absque plumis elongatis.

Ardea candida *Bri ss.* 5. p. 429. (*Descript. opt.*) *Ardea alba* *Gmel.*, *Lath.* (*exclusa synonymia.*)

ARDEA.

Avis juv. adultae ptilosin induens. Capite laevi, tergi plumis elongatis ex parte conspicuis.

Ardea egrettoides Gmel. Reise 2. p. 193. t. 25.

Rostrum avis adultae dilute fuscum, superius nigricans, circa nares flavicans; (pullae avis pedes virescentes, rostrum nigro-flavidum); irides croceo-flavae; lora et orbitae obscure viridia; unguis nigro-fuscus; plumae dorsales ut in *Egretta* formatae. Longitudo totalis 3' 4'', rostri solius 6'', tarsi 8'' (et interdum multo ultra), partis nudaee tibiae 4½'', digiti intermedii cum ungue 4''. Habitat in *Europa*, frequentissima ad mare caspium et ad mare nigrum, frequens in *Hungaria*, *Polonia*, *Russia*, *Turcia*, *Graecia*, *Sardinia*, rarissima in *Germania*; nidificat in paludosis ova 5 viridia pariens; irritata aut terrefacta plumas dorsales longas erigit.

Nota. Species haec in *America* neququam reperitur; specimina africana pro hac ave habita spectant ad speciem sequentem. Specimina asiatica nondum vidi. — Hujus et speciei praecedentis plumae dorsales longae mercaturae materies pretiosa ac lucrosa.

9. *A. flavirostris.* Tota candida; crista occipitali parva; scapularibus elongatis, fili-formibus; rostro luteo; pedibus nigris. *Adult.*

Ardea flavirostris Temm. in lit.

Habitus *Ardeae russatae.* Longitudo totalis 2' 9'' 8''', alae 1' 2''', rostri ab oris angulo 5'' 2''', myxae 1'' 9''', tarsi 5'' 5½''', digiti intermedii, excluso ungue, 3'' 5''', unguis 7''', caudae 5''', altitudo rostri 8''', latitudo 6½'''. Habitat in insula *Java* et ad *Promontorium bonae spei.* (*Collect. d. Fl. Prévost.*)

Nota. *Ardeam sacram Lathamii* cum varietate sub litera

WAGLER *Systema Avium.*

β exhibitam ad avem juvenilem hujus speciei spectare suspicor. Sitne avis juvenilis nigra? Descriptiones manifeste transitum ptiloseos avis juvenilis ad eam adultae exhibent. — Ab *Egretta* differt *Ard. flavirostris* occipitis crista, ab *Ard. alba* rostro luteo etc.

10. *A. Garzetta.* Unicolor candida; occipite et collo infimo cristatis, illo plumis 2-3 longioribus angustis, subulatis, densis, nitidis, in collo infimo eadem structura sed apice extimo subsericeis; tergi plumis ut in *Ardea candidissima*; tibiae parte nuda, tarso a suffragine usque ad medium rostroque toto nigris; tarsi partē caetera digitisque virescenti-flavis, unguibus corneo-fuscis. *Mas* et *Foem. adult.*

Ardea Garzetta Gmel., Lath. (cum tota synonymia, exclusa tabula citata *Buffoniana*), *Meyer*, *Temm.* (exclusis plurimis synonymis), *Brehm.*, *Naum.* *Vög. Nachtr.* t. 47. f. 92.

Juv. Occipite subcristato, absque plumis 2-3 elongatis; tergo plumis elongatis nullis; caeteris corporis partibus ut in adulta, excepta mandibula a basi ultra medium albida.

Ardea Xanthodaetylos Gmel. Reise 3. S. 253. (*descriptio accurata cum mensurae indicatione falsa.*)

Av. juv. adultae ptilosin induens. Tergi plumis plus minusve prorumpentibus et conspicuis; rostro plus minusve nigro.

Ardea nivea Gmel. Reise 1. p. 164. (*Descript. inaccurat.*)

Lora virescentia. Longitudo totalis (speciminis e *Hungaria*) 1' 10'' - 2' 3''', rostri solius ab oris angulo 3'' 11''', alae 10½'', tarsi 4'', partis nudaee tibiae 2½'', digiti intermedii, excluso ungue, 2'' 2''', postici 1'', caudae 3'' 11'''. Habitat in *Europa*, migratoria et non frequens in *Germania*, frequens in *Hungaria*, *Polonia*, rarior in *Francia*, *Italia*,

ARDEA.

porro in Turcia, Sicilia, Sardinia, in confinibus Asiae, in Senegambia, Nubia et Aegypto; nidificat in paludosis inter arundinem ova 4-6 alba ponens.

Nota. Specimina ex Africa septentrionali allata, quorum multa vidi, ab europaeis praeter tarsum parum breviorum nullo modo distingui possunt.

11. *A. candidissima*, Occipitis crista e plumis numerosis, pendulis, laceris, elongatis, sericeis composita, colli infimi plumis ejusdem structurae, longioribus, tergi numerosis longissimis, caudae vero apicem vix transcendentibus, apice sursum arcuato flexis, laceris, pogniorum radiis singulis, elongatis, pendentibus, nutantibus praeditis, alis, cauda et toto corpore unicoloribus candidis; tibiae parte nuda ac tarso toto nigris; digitis flavis; rostro nigro, basi maxillae, vix mandibulae, lorisque flavis. *Mas et Foem. adult.*

Ardea candidissima Jacq. *Beytr.* p. 18. *Gmel.* (*Descriptio accurata.*) *Wils.* Americ. Ornith. 7. p. 120. t. 62. f. 4. (*fig. opt.*) *Ardea nivea* Lath. (*exclusis citatis* *Ard. xanthodactyl.* et *Ard. alb.*) *Temm.* *Man. d'Ornith.* 2. p. 576. *Lichtenst.* Berl. Vög. Verz. *Le petit héron blanc à manteau.* *Azar.* Voy. n. 349.

Juv. hornot. Unicolor candida, collo infimo ac tergo absque plumis elongatis; occipitis crista parva; mandibula a basi oblique ultra medium myxaque culmine albicantibus; loris et maxilla basi parum flavidis; tarso nigro postice flavo; digitis nigris flavo-lavatis; unguibus nigris culmine nonnihil in fuscum vergentibus.

Azar. l. c. n. 350.

Av. juv. ptilosin adultae induens (et *adult. tempore plumarum mutationis.*) Plumis colli infimi ac tergi plus minusve longis et conspicuis, tergi totis rectis.

Aigrette Buff. pl. enl. n. 901. (exclusa adjecta descriptione ad *Garzettam* spectante) *fig. non satis accurata.* *Azar.* l. c. n. 351.

Irides laetissime aurantio-flavae. Longitudo totalis (avis adulta) 20-21½'', rostri solius ab oris angulo 3'' 7''', tarsi 3¼'', digiti intermedii, excepto ungue, 2'' 1-2'''. Habitat gregaria in inundatis *Americae meridionalis*, frequentissima in Brasilia, Cajenna, Guiana, Paraguaya, et in *America septentrionali* a Jamaica et Mexico usque ad *Novam-Angliam*; specimina 3, interdum 4 simul in una eademque arbore nidos e ramulis struunt, ova 3 pallide virescenti-coerulea patientes; irritata tergi plumas elongatas erigit; victitata dromiis parvis, ranis, lacertis, vermibus et parvis conchis; vox clangosa, ingrata. (*Mus. Paris., Monac., collect. mea etc.*)

Nota. Haec species a *Garzetta*, quacum semper conjungitur, non tantum statura minore sed imprimis structura cristae occipitalis et colli infimi etc. differt. Secundum avis aetatem rostri color et pedum, horum quoque longitudo plus minusve variant.

12. *A. russata*. Rostro laetissime unicolore citreo-flavo; tibiae parte nuda flavida; tarso supremo fusco, infimo cum digitis omnibus nigricante; pilei, capitis laevis lateralis, occipitis ac totius colli postici plumis subpilosus, rigidiusculis, colli postici numerosis, longiusculis, laete aureo-rufis; mento, gula et collo antico ac laterali in fundo albo plumis flavo-rufescentibus, collo infimo pendulis ac tergo medio longissimis, rectis, filiformibus, numerosis, ejusdem coloris, nonnihil in ochraceum vergentibus; dorso supremo medio dilute isabellino-lavato; tibiis, remigibus et reatricibus totis et omnibus caeteris corporis partibus unicoloribus candidis. *Mas et Foem. adult.*

ARDEA.

Ardea affinis Horsf. Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 189.

Av. biennis. Adultae similis, dorsi plumis filiformibus brevioribus sive subapparentibus, mento et collo antico albis, pedibus minus obscuris, alis extus subtilissime, interdum vix conspicue isabellino-lavatis.

Ardea minor alia vertice croceo Aldrov. 3. p. 393. linea 30. (Descript. opt.) *Ardea aequinoctialis* Auctor. var. β . *Crabier de la cote de Coromandel* Buff. pl. enl. n. 910. (fig. opt.) *Ardea comata* Auctor. var. β . *Ardea coromandelica* Lichtenst. Berl. Vög. Verz. *Ardea bicolor* Vieill. N. D. p. 409.

Juv. Unicolor candida, sincipite solo laete isabellino tincto; pedibus obscure fuscis, tibiae parte nuda flavida; (aetate seriore collo postico et dorso subtiliter isabellino-lavatis.

Ardea ruficapilla Vieill. N. D. p. 409.

Juv. hornot. Unicolor candida, pedibus totis ac rostro flavidis; unguibus nigris.

Descript. de l'Égypte tab. 8. (fig. sinistra.)

Rostrum subpellucidum; irides et lora nuda flava; frontis ptilosis margine acute terminata. Longitudo totalis 18'', caudae solius 3½'', alae 9¼'', tibiae 4½'', ejusdem partis nuda 1¾'', tarsi 3'' 1''', digiti intermedii, excepto ungue, 2'' 5''', rostri ab oris angulo 2'' 9''', a fronte 2¼'', altitudo ejusdem ad basin ½'', latitudo culminis basalis fere 3'''. Habitat in Europa, in Graecia, Hispania, Italia, Anglia, porro in Persia, in Aegypto, Nubia, in insula Cyprus, in Senegambia, non infrequens in Africa meridionali, vulgaris in insula Java, et, ut videtur, in Nova-Hollandia, Javanis Kuntul-chilik. (Mus. Paris., Monac. etc.)

Nota. Observo specimina ex Aegypto nec non e Nubia allata tarsum quam javensia breviorum habere. — Huc perti-

neat sine ullo dubio *Hasselquistii* *Ardea Ibis*, a *Linnaeo*, *Gmelino* et *Lathamio* inter synonyma *Tantali rhodinopteri* recepta.

13. *A. rufescens*. Collo et capite totis rubiginoso-rufis; cauda, alis et caeteris partibus unicoloribus griseo-nigricantibus; plumis dorsi elongatis, laceris, caudam ultra 4'' transcendentibus; colli plumis angustis.

L'Aigrette rousse Buff. pl. enl. n. 902. (fig. secund. cl. *Sonnini* non satis accurata.) *Ardea rufescens* Auctor.

Rostrum flavidum, hujus apex ac pedes nigri. Longitudo vix 2'. Habitat in Luisiana. (*Sonnini*.)

Nota. Solum ex auctorum descriptionibus hanc nosco avem.

14. *A. Leucogaster*. Mento, alarum tetricibus inferioribus et corpore inferius a collo usque ad crissi finem candidis; collo postico dilute vinaceo-purpurino, versus pectus ardesiaco-intermixto, antico supremo ferrugineo, inferiore ac laterali ardesiaco-plumbeo, plumis postici, imprimis inferioris, longiusculis, angustis, acuminatis; occipitis crista pendula subpurpurina, ejus inferioribus plumis 7-8 longioribus, pure albis; dorso, cauda ac alis supra dilute ardesiaco, illo plumis elongatis, sericeo-laceris, caudam ad 3'' transcendentibus, apicem versus purpureo-fuscis, versus basin sensim dilutioribus et albidis. *Mas* et *Foem. adult.*

Héron bleuâtre à ventre blanc de Caj. Buff. pl. enl. n. 350. (fig. mediocr. secund. specimen fere adult.) *Ardea Leucogaster* Auctor. *Ardea ludoviciana* Wils. Amer. Orn. 8. tab. 64. (adult.)

Rostrum acutissimum, nigrum, basi flavido-viride; irides flavae; pedes virescenti-flavidi (in exuviis fusciscenti-rubicundi). Longitudo 16¼'', rostri ab oris angulo 3¾'', tarsi 2'' 5'''. Habitat in *Cajenna* et migratoria in

ARDEA.

America septentrionali, ubi locis paludosis, sylvaticis in cedrorum cacuminibus nidificat; agilis; victitat piscibus, ranis, lacertis et insectis aquaticis. (*Mus. Paris.*)

15. *A. coerulescens*. Rostro gracili ab apice usque ad medium nigerrimo, dein ad basin cum loris laete coeruleo; colli infimi plumis pendulis, elongatis, latiusculis, laceris, tergi nonnullis longissimis, integris, linearibus, caudam multo transeendentibus, basin versus sensim sublaceris, cauda et alis totis, harum tectricibus inferioribus et toto caetero trunco unicoloribus saturatissime ardesiacis; occipitis crista e plumis laceris, mollibus et nonnullis elongatis, linearibus composita, capite et collo totis saturate castaneo-purpurinis, unicoloribus; pedibus cum digitis obscure viridibus. *Mas et Foem. adult.*

The blue Heron Catesb. Carol. t. 76. (fig. non satis accurata.) Ardea coerulea (exclusis varietatibus) et Ardea coerulescens Lath. Ard. coerul.

Gmel. cum var. ♂. Wils. Amer. Ornith. 7. p. 109. t. 62. f. 3. (fig. opt.) Héron bleuâtre de Caj. Buff. pl. enl. n. 349. (fig. pessim.)

Juv. hornot. Tota alba, pedibus viridibus.

Av. juv. adultae pilosin induens. Capite toto, collo supremo ac corpore supra dilute cinereis (plus minusve in castaneo-purpurinum vergentibus), corpore inferiore albo; remigibus partim nigricantibus, partim albis; reetricibus dilute cinereis; rostro cyaneo apice nigro; pedibus virescenti-nigricantibus.

Ardea coerulea Foemina et Ardea Cyanopus Auctor.

Irides cinereae, pupilla circulo angusto argenteo circumdata. Longitudo totalis $20\frac{1}{4}$ " , rostri a fronte 3" , tarsi $3\frac{3}{4}$ " , partis nudae tibiae $1\frac{1}{8}$ " , digiti inter-

medii, excluso ungue, $2\frac{1}{4}$ " , caudae $3\frac{1}{8}$ " , alae $8\frac{3}{4}$ " , hallucis, excluso ungue, $1\frac{1}{4}$ " . Habitat in *Brasilia, Cajenna, Mexico*, migratoria et frequens in plurimis *Americae septentrionalis* regionibus; victus aliarum ardearum hujus divisionis; nidificat in arborum cacuminibus ova 5 dilute coerulea pariens; avis silentiosa, vigilantissima, ut plurimum cum *Ardea candidissima* consociata. (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. *Temminck et Lichtenstein* auctorum *Ardeam coerulescentem, Catesbii* figurae, hanc speciem exhibenti nixam, pro specie distincta indicant; similis distincta species existet, descriptiones autem auctorum *ardeae coeruleae et ardeae coerulescentis* sane ad unam eandemque scilicet ad hanc speciem spectant. Secundum cl. *Latham* inhabitat quoque haec species maris pacifici insulas, quod vero vix crediderim. — *Ardea aequinoctialis*, exclusa varietate β , sed cum varietate γ ad avem hujus speciei juniorem pertinet, sed descriptio ex parte vitiosa est.

16. *A. flavicollis*. Dorso, alis caudaque nigro-coerulescentibus, virescenti-nitentibus; taenia larga inferius ab auribus multo ultra colli medium ducta flava; capite usque infra oculos, collo supra et crista occipitali saturate nigris; gula alba, maculis triangularibus rufis; colli parte caetera maculis longitudinalibus albis, rufis et nigris; pectore in fundo nigro albo vario; ventre et partibus posticis nigro-grisescens. *Adult.*

Ardea flavicollis Lath. et Vieill. Ardea nigra Vieill. N. D. p. 47.

Juv. Coloribus minus puris, ventre et abdomine griseis; alis caudaque griseo-nigricantibus; dorso et capite obscure fuscis.

Rostrum pedesque fusci. Longitudo 21" . Habitat in *Bengala*

ARDEA.

(et, ut videtur, in *Nova-Hollandia*) locis aquosis humilibus et in insula *Java*; Javanis *Tomtomman* sive *Tototan*. (*Mus. Paris.*, *Societat. Linnaean. Londin.*)

Nota. Exemplum a cl. *Horsfield* l. c. descriptum, corpore fuliginoso, remigibus caeteris ardesiacis, exceptis remigibus et cauda nigris; pectore, ventre et lateribus vinaceo-rufescente lavatis, crinis in albidum vergente. *Adult.*

17. *A. Leucops*. Subcristata; fronte, regione ophthalmica, superciliis, mento ac gula pure albis; colli infimi plumis pendulis, elongatis; corporis partibus caeteris ardesiacis, exceptis remigibus et cauda nigris; pectore, ventre et lateribus vinaceo-rufescente lavatis, crinis in albidum vergente. *Adult.*

White fronted Heron Phil. Bot. Bay. t. p. 163. Ardea Novae-Hollandiae Lath. (sed non *Vieill. N. D. 14. p. 436.*)

Juv. Corporis partibus superioribus ut in adulta, toto corpore subtus et collo antico rufo-tinctis.

Rostrum nigrum, mandibula dimidia parte flava; pedes flavi; lora et orbitae virescentes. Magnitudo *Garzettae*; longitudo alae 1', rostri ab oris angulo 3'' 10''' , a fronte 3'' , myxae 1'' 5''' , tarsi 3'' 9''' , partis nudeae tibiae 2'' 2''' . Habitat in *Nova-Hollandia* et frequens in insula *Java*. (*Mus. Paris.*, *Societat. Linn. Londin.*)

Nota. Cum speciebus duabus sequentibus similibus at distinctis haecce non confundenda est.

18. *A. jugularis*. Unicolor nigro-coerulea, excepta gula alba; capite plumis pendulis nullis; rostro pedibusque fuscis.

Ardea jugularis Forst. Icon. inedit. t. 114. *Ardea coerulea*

Lath. var. β et Gmel. var. γ. Ardea Matook Vieill. N. D.

Av. junior. Gula alba; corpore toto nigricanti-fusco; in colorem coeruleum vergente; rostro corneo-fusco.

Magnitudo *Nyticoracos*; rostrum 4'' (?) longum; irides flavae. Habitat in *Nova-Seelandia*, ab incolis *Matuk* nominata. (*Forst.*)

Nota. Non credam hanc speciem ad *Ardeam gularis* pertinere ut hoc cl. *Temminck* vult. (*Man. d'Ornith. 1. p. 566.*) Plumarum structura etc. differt; potius *ardeae Leucopsi* similis esse videtur. Observo caeterum me avem a cl. *Försteris* descriptam nondum vidisse.

19. *A. gularis*. Unicolor obscure coerulescente nigro-grisea, exceptis mento gulaque pure albis; occipitis, colli infimi tergique plumis elongatis, laceris, pendulis, tergi caudae fere apicem attingentibus; rostro fusco; pedibus nigris.

Ardea gularis Bosc Actes de la Soc. d'hist. nat. 1. Folio. p. 4. t. 2. Meyer Zool. Annal. 1. S. 149. t. 1. Ardea albicollis Vieill. N. D.

Plumae cristae occipitalis 2-3 ad colli medium usque protensae; habitus et magnitudo *Ardeae coeruleae*; longitudo digiti intermedii 3'' , rostri 4'' . Habitat in *Senegambia*. (*Mus. Paris.*)

20. *A. ardesiaca*. Capite, collo cum mento et gula, alis, cauda et toto trunco unicoloribus ardesiacis; tergo absque plumis elongatis; loris, rostro et pedibus nigris.

Habitus *Ardeae gularis*. Habitat in *Senegambia*. (*Mus. Paris.*)

Nota. Dolendum est me hanc distinctam speciem non accuratius examinare et describere potuisse. His meis notis de hac ave, vix sufficientibus, fuis, eam huc sine cognitione meliore nullibi posuissem, nisi jam-jam pro foemina *Ardeae gularis* a cl. *Vieillotio*, sed pari modo manco, indicata esset. (*N. D. p. 409.*)

ARDEA.

β. Ptilosi colli ambigua, hanc specierum sectionis α inter et γ intermedia.

21. *A. Agami.* Rostro longo, undique fere aequali, rectissimo, gracili, sulco laterali perimpresso, supra fusco-nigro, subtus flavido; fronte, vertice, occipite ad latera et collo postico supremo subvirescenti-nigris; gula et dein taenia in collo antico angusta in ejusdem infima parte sensim evanescente albis, linea intermedia rectissima, ferrugineo-rufa; collo superius angusto, inferius sensim plumis longioribus incrassato, supra ad latera usque ultra medium saturate castaneo, laete purpurino-nitente; subtus plumis pendulis, ad latera intermixtis arcuato-subulatis, canis; occipitis plumis, dorso cum apice incumbentibus et tergi longissimis, densis, latiusculis, pendulis, laete plumbeis; alis, cauda et dorso obscure aeneo-viridibus; pectore, ventre, crisso, tibiis lateribusque saturate castaneo-ferrugineis; pedibus flavis. *Mas et Foem. adult.*

Le héron Agami Buff. pl. enl. t. 859. (fig. mediocr.) Ardea Agami Auctor.

Juv. Uropygio absque plumis elongatis; occipitis crista minore; dorso toto, alis et cauda supra laete et obscure aeneo-viridibus; corpore subtus ut in adulta, sed maculis immixtis albidis; tibiis rufis; collo infimo laterali plumis intermixtis fuscis; pedibus fuscis.

Av. hornot. Capite absque crista aut vix ulla supra et nucha nigris; collo toto postico ac laterali, dorso, scapularibus ac alarum tectricibus terrae umbrinae colore, absque nitore; colli antichi taenia longitudinali intermedia angusta, ad gulam albam orta et sensim parum latius excurrente albida, superius linea intermedia rufa indicata; collo laterali infimo plumis subulato-arcuatis nullis; remigibus et cauda nigricantibus, nitore

nonnullo virescente; corpore inferius a collo usque ad crissi finem plumis albidis utrinque ad latera fusco-limbatis; tibiis ochrascentibus; pedibus fuscis.

Héron brun de Caj. Buff. pl. enl. n. 858. (fig. bona.) Ardea fusca Auctor.

Irides coeruleae. Longitudo 29'', rostri solius ab oris angulo fere 7'', tarsi 3 $\frac{3}{4}$ ''. Habitat non rara in *Cajenna et Brasilia*. (*Mus. Paris., Monac.*)

22. *A. nigerrima.* Parva; tota unicolor nigerrima, exceptis rostro pedibusque fuscis; capite laevi.

Crabier noir de la nouvelle Guinée Buff. pl. enl. n. 926. Ardea Noyae-Guineae Auctor.

Habitus *Ardeae Agami*; lora virescentia; irides flavae. Habitat in *Nova-Guinea*. (*Mus. Paris.*)

23. *A. pileata.* Unicolor candida (viva subisabellino-lavata), exceptis fronte pallidissime grisescenti-alba, vertice, occipite et ejusdem lateribus nigerrimis; occipite plumis nonnullis elongatis, angustis, pendulis, albis; colli antichi infimi plumis laxis, pendulis, longiusculis; loris, regione ophthalmica nuda rostroque laete cyaneis, hoc subtus medio flavo. *Mas et Foem. adult.*

Le héron huppé de Caj. Buff. pl. enl. t. 907. (fig. bona.) Ardea alba Gmel. Var. β. Ardea pileata Lath. (exclusa citata descriptione Brissoniana) Prinz v. Neuwied Abbild. zur Naturg. Bras. Lief. 4. c. fig. bona.

Irides laete citrino-flavae; pedes grisei (in exuviis nigricantes); remigum rhachis in exemplis nonnullis nigricans; occipitis plumae nonnullae fere capitis cum rostro longitudine. Longitudo totalis 2 $\frac{1}{4}$ '', rostri solius ab angulo oris 4'', tarsi fere 3 $\frac{1}{4}$ '', digiti intermedii 2 $\frac{1}{4}$ ''. Habitat in *Brasilia, Guiana et Cajenna*, juxta paludum et rivulorum sylvaticorum ripas, cimi-

cibus et insectis aquaticis victitans; timidissima; nidificat in arborum cacuminibus. (*Mus. Paris., Monac.*)

24. *A. Sibilatrix*. Dorso alisque plumbeis; gula, ventre, tibiis, abdomine, uropygio caudaque pure albis; capite supra, genis et occipitis plumarum elongatarum nonnullis flavo-terminatis coerulescenti-nigricantibus; macula utrinque ad occipitis latera rufa; collo subolivascens-flavido; occipite et collo postico plumis elongatis, rectis, angustis, in occipite inaequalibus, infra concavis; alarum tectricibus superioribus minoribus atque intermediis ferrugineis, longitudinaliter nigricanti-histriolatis. *Mas et Foem. adult.*

La Flute du soleil. Azar. Voy. n. 356. Ardea cyanocephala Vieill. N. D. p. 411. sed non Lath. et Gmel. Ardea Sibilatrix Temm. pl. col. t. 271. (fig. opt.)

Av. junior. Corporis partibus inferioribus albis in flavidum vergentibus.

Regio ophthalmica nuda, coerulea, albo quasi pulverulenta; rostrum ad basin coerulescens, inde rubrum, apice nigrum; pedes nigri; irides albae. Longitudo totalis 21-22", rostri solius 2" 7/11, tarsi 3 1/2". Habitat frequentissima in *Paraguay* et *Brasilia*, locis magis humidis seu aridis, quam ad paludum et fluminum littora, solitaria, aut per parva aut per familias; *Guaranis* ob vocem suam sibilantem, mitem, saepius repetitam, melancholicam quasi et tempestatis mutationem praesagientem *Curahi-remimbi*, id est, *solis fistula*; volans alarum motu vehementius quam caeterae hujus generis species strepitat, colulum magis arcuatim flectens; Januario nidificat, nidum in arboribus et stipitibus parvis struens et ova duo coerulea, maculis magnis stramineis insignia ponens. (*Mus. Paris., Lugd.*)

25. *A. speciosa*. Habitu *Ardeae ralloidis*; rostro flavo, apice

nigro, maxillae basi virescenti-tincto; capite, occipitis plumis quatuor elongatis, angustiusculis, pendulis et toto collo supremo pallide ochraceis, collo inferiore sensim obscuriore, infimo plumis latis, rotundatis, laceris, pendulis, fulvo-ferrugineis; dorso ejusque plumis elongatis, laceris, subfiliformibus, ad caudae apicem usque productis ardesiaco-nigris; tergo, uropygio, cauda, alis et toto corpore subtus a collo infimo usque ad crissi finem unicoloribus albis; remige prima apice subtilissime cinerascens-nebulata. *Mas et Foem. adult.*

Ardea speciosa Horsfield Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 189. *Id. Zoologic. Research. 7. cum figura bona.*

Av. juvenil. adultae ptilosin induens. Mento et gula, alis, cauda et corpore subtus inferius a collo usque ad crissi finem pure albis; capite et collo supra ochraceis, pluma quavis in utroque latere nigricanti-limbata; plumis colli infimi vix pendulis, ochraceis, intermixtis alis longioribus laceris, ferrugineis; remigibus dorso proximis ac dorso cinereo-fuscis, intermixtis plumis nigricantibus, non laceris sive pendulis; pedibus virescenti-incarnatis; mandibula lateraliter ad apicem, maxilla tota nigris, exceptis ejusdem toniis cum mandibulae parte caetera flavis; occipite absque plumis elongatis; collo postico plumis longiusculis.

Avis hornot. Pilei, genarum ac colli plumis sordide nigricantibus, stria intermedia albida longitudinali, colli infimi longioribus ochraceis, cinerascens-nigricante marginatis; rostro, pedibus et caeteris partibus ut in juvene praecedente.

Crabier blanc et brun Buff. pl. enl. n. 911. (*fig. bona.*) *Ardea malaccensis Auct. or. Der tranquebarische Krabbenfresser Otto in Buff. Uebers. 25. S. 291. (Descripi. opt.)*

Pedes incarnati. Longitudo totalis fere 15", alae 7", caudae

ARDEA.

$2\frac{3}{4}''$, tarsi $2''$ $1'''$, partis nudaetibiae $1''$, digiti intermedii, excluso ungue, $1''$ $8'''$, rostri ab oris angulo $2''$ $8'''$, a fronte $2\frac{3}{4}''$, myxae $8\frac{1}{2}'''$, altitudo rostri ad basin $6'''$, culminis basalis latitudo $2'''$. Habitat in India, frequens in Tranquebaria, Malacca et in Java; Javanis Bukopy, Blekko sive Blekko-ireng. (Mus. Paris., Lugd., Monac.)

26. *A. leucoptera*. Occipite plumis duabus elongatis; alis albis, pennis nonnullis saturate rufotermiatis; pectore, caeteris partibus inferioribus caudaque albis; dorso obscure rufo; capite, collo et gula rufescentibus; rostro supra fusco, subtus flavido.

Ardea leucoptera Vieill. N. D. p. 404.

Magnitudo *Ardeae minutae*. Habitat in Nova-Hollandia. (Vieill.)

Nota. Hanc avem, quae *Ardeae speciosae* affinis esse videtur, nondum vidi; *Vieillo* t vidit specimina, sine dubio juvenilia, in capite et collo alborufescentibus longitudinaliter rufo-maculata. Ejusdem auctoris *ardea ruficapilla* (l. c. p. 409) *ardeae leucopterae* magnitudine, tota alba, exceptis capite, remigum *rectricumque apicibus rufis*, *rostro pedibusque flavidis*, neutiquam secundum has notas mancas pro specie distincta describenda, aequo modo huc pertinere videtur.

27. *A. ralloides*. Plumis totius capitis supra collique postici ochrascenti-flavidis quavis in utroque latere stria longitudinali nigricante, nuchae 8-10 elongatis, subulatis, dorsum attingentibus, angustis, albidis, in utroque latere nigricanti-marginatis; mento, gula, corpore inferioris a pectore usque ad crissi finem, tergo ac uropygio, cauda tota alisque candidis, unicoloribus; alarum tectricibus albis, subtiliter flavido-tinctis; dorso, scapularibus remigibusque dor-

so proximis dilute subvinaceorufis; dorsi postici plumis pendulis, laceris, pallide castaneis; collo lacte ochrascenti-flavido. *Mas* et *Foem. adult.*

Le Crabier Caiot Buff. pl. enl. n. 348. *Ardea comata* (exclusa var. β sed cum var. γ .) *A. Squaiotta-*, *A. castanea-*, *A. Erythropus* (exclusa var. β . *Descript. vitios.*) *Auctor. A. ralloides Scopol.*, *Temm.*, *Naum. Vög. Nachtr.* t. 22. f. 44.

Juv. hornot. Nucha plumis elongatis nullis; plumis capitis totius, colli alarumque tectricibus fusco-rufis, maculis magnis longitudinalibus obscurioribus; gula, uropygio, cauda remigibusque pure albis, his extus versus apicem cinereis; dorso supremo ac scapularibus plus minusve obscure fuscis.

Petit héron roux du Sénégal. Buff. pl. enl. n. 315. *Ardea Erythropus* var. β . *Ard. Marsigli-*, *A. pumila*, *A. senegalensis Auctor.* *Ardea Botaurus Sc h r k* Faun. boic. — *Naum. Vög. Nachtr.* t. 22. f. 45.

Rostrum totum a basi usque ad medium azureum, inde ad apicem nigrum, inferius stria alba, irides laetissime sulphureo-flavae; pedes incarnati genubus et phalangibus subtus flavis, lora viridia, rostrum avis juvenilis superius fuscum et virescens, inferius flavo-virescens, irides pallide flavae. Longitudo totalis $16-17\frac{1}{4}''$, rostri ab oris angulo $2\frac{3}{4}''$. Habitat in plurimis *Europae* partibus meridionalibus, nunquam septentrionalibus, per totam fere Germaniam, Franciam, Italiam, Siciliam, in *Turcia*, frequentissima in *Asiae* confinibus, porro in *Aegypto* et *Nubia*, ad aquarum littora et in paludosis; nidificat in arboribus; victitat pisciculis, conchis parvis et insectis.

Nota. *Ardea Erythropus*, quae huc pertinet, sine dubio ad exuviam describebatur cujus pedes rubro-tincti erant. — *Ardea malaccensis Auctor.* a nonnullis cum hac specie unita

ARDEA.

spectat ad *Ard. specios.* Cl. *Temminck* jungit *Ardeam senegalensem* auctorum cum *Ardea speciosa* (Man. d'Ornith. 2. p. 566.), sed haec nunquam alarum tectrices superiores rufescenti-lavatas habet. Verisimile est hanc speciem *Senegambiam* quoque inhabitare, cum in *Nubia* jam et in *Aegypto* detecta sit.

γ. *Colli brevioris ptilosi laxa, elongata, postici plus minusve disticha et lanuginosa; tibiis vix nudis.*

28. *A. stellaris.* Capite supra nigro; vitta ab oris angulo versus gulae albae latera ducta nigricanti-ferruginea; occipitis lateribus immaculatis, cauda et collo totis, corpore supra et subtus subfulvescenti-flavidis; collo laterali transversim et numerose ex fusco denticulato-undulato, antico maculis longitudinalibus, rectis, rubiginosis, nigricanti-irroratis; stria in gulae medio longitudinali ferruginea; pectoris ventrisque plumis stria juxta scapum nigricante, angusta; tibiis extus immaculatis, intus subtilissime nigricanti-conspersis; dorso toto, scapularibus remigibusque dorso proximis maculis magnis, longitudinalibus, nigris, lateraliter e rufo dentato-marginatis; tectricibus tectricibusque alarum subtiliter ex nigricanti-rufescente undulatis ac variis; remigibus fusconigricantibus, fasciis numerosis latiusculis, dentatis, testaceis. *Mas et Foem. adult.*

Le Butor Buff. pl. enl. n. 789. *Ardea stellaris Gmel., Lath. (sed exclusa varietate) et Auctor. recent. Naum. Vög. t. 27. f. 36. Botaurus stellaris Shaw. Gen. Zool.*

Juv. Coloribus omnibus dilutioribus, sed ut in adultis distributis; colli plumis minus laxis et longis; capite supra, vitta ad gulae latera dorsique maculis obscure fuscis; maculis colli antici haud numerosis, rufescenti-

fuscis; tibiis intus et collo laterali numerosius undulatis.

Cauda tectricibus 10; rostrum olivaceo-flavum, subfusco-lavatum, culmine obscure fuscum; lora olivaceo-fusca; orbitae et oris angulus flava; pedes laete sed pallide virides; irides laete flavae. Longitudo 2' 3½"-5", rostri ab oris angulo 3" 4", tarsi 3¼", digiti intermedii (excluso ungue) 3" 1". Habitat in plurimis *Europae* regionibus paludosis, frequens in uliginosis et arundinetis ubi quoque nidificat et ova 3-5 subsordide virescentia parit; indolens, die inter arundinem latitans et vesperi aut noctu nutritum suum, amphibia, insecta aquatica, imo mures exquirens; vox mugiens bovis.

Nota. Vidi in museo Societatis Linnaeanae Londinensis *Ardeae* speciem e *Nova-Hollandia* allatam, huicce respectu magnitudinis et ptiloseos picturae primo aspectu simillimam, sed ab ea pictura multo dilutiore et aliis signis, quae non satis notare potui, diversam. (*Ardea poiciloptila m.*)

29. *A. Mokoho. Ardeae stellari* simillima, diversa ab ea: remigibus nigris, plumbeo-lavatis, capite supra saturate nigricantifusco, collo laterali unicolore flavido-fusco, plumarum limbo dilutiore, vitta larga utrinque oblique ab auribus ad nucham ducta nigra, mento albo, lineolis nonnullis in medio longitudinalibus fusciscentibus, collo antico albo, longitudinaliter fuscostriolato, dorso toto, scapularibus, alarum tectricibus superioribus ac cauda supra in fundo fusco-flavido numerosissime et transversim fusco-radiatis ac conspersis, corpore subtus dilute flavido-fusco obscurius striato. *Mas et Foem. adult.*

Ardea minor Wils. Americ. Ornith. 8. p. 35. t. 65. f. 3. (fig. bona.)

Juv. Nuchae lateribus absque vitta nigra; capite supra nigricante, ad latera rufescente; gula alba; collo postico ac late-

rali fusco, antico albo maculis longitudinalibus magnis rufus, nigro-limbatis; caeteris corporis partibus superioribus ut in adulta, minus laetis, inferioribus in fundo albido numerosis maculis rufis, medio nigricanti-conspersis, longitudinalibus; remigibus primariis totis nigris, sequentibus nec non peninis alulae rufo-terminatis.

The Bittern from Hudson's-Bay Edw. 3. p. et t. 136. (*Descript. et fig. bona.*) *Ardea stellaris* var. β . *Gmel., Lath. Botaurus lentiginosus Shaw* Gen. Zool. *Ardea Mokoko Vieill.* N. D.

Habitus et magnitudo *Ardeae stellaris*; maxilla nigra, mandibula virescenti-flava; irides, orbitae et lora flava; pedes flavi virescenti-lavati; *rectrices* 12. Habitat in *America septentrionali* a Carolina usque ad sinum Hudsonis in quem versus finem mensis Maji migrat; noctivaga; parit in paludosis inter herbas ova cinereo-viridia; vitae ratio eadem quae *Ardeae stellaris*. (*Mus. Paris.*)

30. *A. Soco*. Dorso, scapularibus, remigibus dorso proximis alarumque tectricibus superioribus omnibus in fundo cinerascenti-virescente, aeneo-micante undique atomis fulvescentibus conspersis, excepta stria in quavis pluma juxta rhachin angustissima, nigricante; capite et collo totis unicoloribus saturate cupreo-rufis, plumis hic et illic transversim nigro-undulatis; collo antico medio a gula usque ad pectus longitudinaliter cinereo-fusco, albo - et rufo-maculato, plumis ex parte stria nigra notatis; pectore, ventre, abdomine, crisso tibiisque unicoloribus cinereis, plerumque fusco-tinctis; hypochondriis et alarum tectricibus inferioribus nigris, albo-lineatis; cauda tota ac remigibus unicoloribus ardesiacis, secundariis fasciola alba terminatis; alarum margine albido. *Mas et Foem. adult.*

Soco Marogr. Ardea brasiliensis Auctor. Le héron d'un brun bleuâtre Azar. Voy. p. 205. n. 354.

Av. hornot. et pulla. Colli fasciis nigris crebris, dorsum plumis scapularibusque minus nitidis perconspicue et crebro rufescenti-lineolatis; cauda, remigibus caeterisque partibus ut in adulta, exceptis tibiis albo-fasciatis.

L'Onoré rayé Buff. pl. enl. n. 860. Ardea lineata Auctor.

Habitus et vitae ratio *A. stellaris*; colli plumae diffractae 3'' longae; irides aureo-flavae; cnemidia pedesque nigricantes; rostrum supra et in tomis saturate fuscum, caeterum flavum; lora orbitaeque flava. Longitudo 3i - 32'', rostri ab oris angulo 5½'', tarsi 4¾'', alae 12¼'', digiti intermedii, excluso ungue, 2''9'''. Habitat in *Paraguay, Brasilia, Cajenna, Surinamo*, solitaria aut per paria, raro gregibus parvis. (*Mus. Paris., Moenac., collect. mea.*)

Nota. Avis haec neutiquam juvenis praecedentis est, ut cl. *Temminck* habet; (*Man. d'Ornith. 2. p. 566.*) *Ardea brasiliensis* vero non differt ab *Ardea lineata*.

- 30^a. *A. tigrina*. Cauda et alarum tectricibus inferioribus ardesiaco-nigris, albo-lineatis; collo, dorso, scapularibus alarumque tectricibus superioribus fasciis numerosis, latiusculis, subnitentibus nigris ac testaceo-flavis, in collo angulosis, in dorso ac alis e maculis compositis obsitis; tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus tibiisque nigris, albo-fasciatis; collo antico ac toto corpore subtus albis maculis transversis nigris, fulvescenti-marginatis; crissi abdominisque plumis albis, apice inaculacordi-formi nigra; remigibus ardesiacis, primariis extus fasciis nonnullis albis, caeteris intus versus basin ex albo fasciato-nubilatis; colli plumis perlongis, subsubulatis,

densis, supremi sensim brevioribus. *Mas* et *Foem. adult.*

L'Onoré Buff. pl. enl. n. 790. *Ardea tigrina* et *Ardea flava Auctor.* *Le héron marbré Azar.* Voy. n. 353. *Ardea marmorata Vieill.* N. D.

Av. hornot. et juv. Adultae simillima, vix diversa ab ea: colli plumis brevioribus, hujus dorsique fasciis latioribus, minus numerosis ac nitidis, remigibus omnibus rufescenti-terminatis, primariis extus fasciis nonnullis obsolete rufis; rostri basi flava; pedibus viridibus.

Rostrum obscure flavum supra et in tomis nigricans; orbitae loraque nitide stramineo-, irides aureo-flava; pedes obscure flavo-virescentes. Longitudo 30", rostri ab oris angulo 5", tarsi 3 $\frac{3}{4}$ ", alae 12", digiti intermedii, excluso ungue, 2 $\frac{1}{2}$ ". Vitae ratio et patria speciei praecedentis. (*Mus. Paris., Monac.*)

51. *A. Nycticorax.* Pileo, occipite et nucha ex parte, dorso ac scapularibus nigris, subaeneo-virescentibus; nucha plumis 3 singulis, longissimis, strictissimis, per totam longitudinem aequalibus, inferiori canaliculatis, candidis; tergo, uropygio, cauda alisque totis laete canis; fronte, sincipitis lateribus, gula, collo antico et toto corpore subtus pure albis; collo et capite ad latera subtiliter canescenti-tinctis; pedibus viridi-flavidis; remigibus caudae concoloribus; rostro nigro basi flavido; iridibus sanguineo-rubris. *Mas* et *Foem. adult.*

Le Bihoreau Buff. pl. enl. n. 758. (*fig. bona.*) *Ardea Nycticorax Auctor.* *Naum.* Vög. t. 26. f. 35. *Wils.* Amer. Ornith. 7. t. 61. f. 2. *Ardea Hoactli Mas Auctor.* (*Niere mbergii* et *Brissonii* descriptio hujus avis satis accurata, ab ornithologia serioribus mutilata et hucusque non recognita erat.) *Le Tayazu-Guira Azar.* Voy. n. 357. *Ardea Tayazu-Guira Vieill.* N. D.

Juv. Pilei totius plumis nigricanti-fuscis, stria intermedia longitudinali albida; plumis totius colli, pectoris ac epigastrii plus minusve pure albis, in utroque latere fusciscenti-cinerascente marginatis; dorsi plumis, scapularibus ac alarum tectricibus superioribus minoribus et mediis cinereo-fuscis, quavis earum macula intermedia, subapicali, subtriangulari, alba; tectricibus majoribus et remigibus macula apice alba, triangulari signatis, latere externo in colorem fulvescentem vergentibus, intus, aequae ac cauda tota, canescenti-lavatis; alarum tectricibus inferioribus collo concoloribus; mento, gula ac crisso albis, maculis nonnullis obsolete cinerascentibus; iridibus aurantio-flavis (non fusco-rubris); rostro pedibusque virescentibus, illius culmine nigricante; nucha absque plumis elongatis.

Le Pouacre de Caj. Buff. pl. enl. n. 939. (*fig. satis accurata.*) *Ardea maculata — Ard. Gardeni — Ard. jamaicensis — Ard. Hoactli Foemina Auctor.* *Le héron brun tacheté Azar.* Voy. n. 355. *Ardea maculata Vieill.* N. D. *Naum.* Vög. Nachtr. t. 48. f. 93.

Pullus. Rostro brevior, intumido, nigro-fusco, subtus et basi virescente; gula et crisso pure albis, immaculatis; alarum tectricibus inferioribus internis, cauda remigibusque ardesiacis, hisce lunula minuta alba terminatis; pileo rufescente, obscurius nebuloso; plumis colli-postici ac lateralis dilute cinereo-fuscis macula apicali dilute ferruginea; dorso, scapularibus ac alarum tectricibus omnibus superioribus cinereo-fuscis, ultimodictis maculis subcordatis pallide rufis, majoribus tectricibus talibus maculis albis terminatis; dorsi maculis ejusdem coloris plus minusve numerosis; tibiarum corporisque inferioris plumis albis cinerascenti-marginatis; pedibus viridibus; iridibus laete et pallidius aurantio-flavis.

Le Bihoreau femelle Buff. pl. enl. n. 759. (fig. mediocr. semper pro ave juvenili habita.) *Ardea grisea* Gmel. p. 625. *Ardea ferruginea* Auct. or. (a cl. Bechst. dubie pro ave juvenili habita sed ab ornithologis recentioribus non pro tali recognita erat.) *Ardea naevia* Mill. Cimel. Physic. t. 35. (cum Shawii descriptione *Ard. torquatae*; descriptio *Ardeae naeviae* pertinet ad sic dictam *Ard. torquat.*) *Ardea Nycticorax* Foem. Lath. — *Wils.* l. c. t. 61. f. 3. (fig. opt.)

Avis juv. adultae ptilosi se induens. Pilei, dorsi ac scapularum plumis fusco-cinerascentibus, plumis intermixtis nigris aeneo-micantibus; collo et corpore subtus plus minusve maculatis sive immaculatis; alis canis, hic et illic macula intermixta fusco-cinerascente; cristae occipitalis plumis plus minusve conspicuis.

Ardea obscura Auct. or. (descriptio accurata attamen a nullo ornithologo citata) — *Ardea badia* et *Ardea Craera* Auct. or. (Descriptiones incompletae, attamen huc spectantes.) — *Naum.* l. c. *Nachtr.* t. 93.

Longitudo totalis (speciminis europaei) $22\frac{1}{2}$ - $23''$ (spec. americ. $26\frac{1}{4}''$), rostri solius ab oris angulo $3''$ $4''$ ($3''$ $10''$), alae $11\frac{1}{4}''$ ($11\frac{3}{4}''$), tarsi $2\frac{3}{4}''$ ($2\frac{3}{4}''$), caudae $4''$ ($4\frac{1}{2}''$), digiti intermedii, excluso ungue, $2\frac{1}{2}''$ ($2''$ $7''$). Habitat per greges parvos in plurimis Europae regionibus meridionalibus, rarius borealibus, imprimis frequens in Hungaria, non infrequens in Germaniae regionibus, porro in America septentrionali et meridionali a Brasilia usque ad sinum Hudsonis, frequens in Cajenna, Brasilia, Paraguayae, etiam in Senegambia, Nubia, Aegypto et (secund. cl. *Horsfield*) in insula Java; parit locis paludosis inter frutices, raro inter arundinem ova 3-4 sordide viridia; vitae ratio *Ardeae stellaris*, noctiva-

ga; vox grunniens, personora vomiturientis.

Nota. Specimina exotica ab europaeis respectu ptiloseos picturae nullo modo distinguenda sunt. Uberrima hujus avis synonymia probat compilationes miserabiles in sic dictis systematibus, ornithologiis universalibus ceu synopsis congestas; scatent erroribus, quos quaeque nova horum librorum editio multiplicatos praebet.

52. *A. Sparrmannii.* Habitu, magnitudine, plumis tribus occipitis elongatis albis *Nycticoracis*, ab eo diversa: toto corpore supra, cauda et omnibus remigibus cinnamomeis, collo albo postice subcinnamomeo-lavato; pileo nigro; stria superciliari, pectore et caeteris corporis partibus inferioribus albis. *Adult.*

Ardea caledonica Forster Icon. inedit. t. 111. (fig. opt.) et Auct. or. *Cook* Reise 2. t. 50.

Juv. Collo antico ac laterali totoque corpore subtus in fundo fuscescenti-cinnamomeo longitudinaliter albedo-maculatis; dorso alisque ejusdem coloris, obscurioribus, maculis subovatis, subobsoletis, in alarum tectricibus conspicuioribus et obscurius cinctis; cauda unicolore cinnamomea; pedibus fusciscenti-flavis; capite supra nigro; occipite absque plumis elongatis; mandibula viridi apice nigra.

Facies nuda viridis; rostrum nigrum, subtus basi flavescens; irides flavae; pedes flavi unguibus fuscis. Habitat in *Nova-Hollandia* a cl. *Forsterii* primum in *Nova-Caledonia* detecta et occisa. (*Mus. Paris.*, *Societ. Linn. Londin.*)

Nota. *Vieillotii* descriptio *Ard. Novae-Hollandiae* (N. D. p. 436.) spectat ad avem juvenilem hujus speciei et ex parte ad *Ard. Leuconotum*, quare eam, ad errores evitandos, omisi.

33. *A. Leucanotus*. Habitu et magnitudine omnino *Nycticoracos*, diversa ab eo: genis griseis, superciliis, macula infra-oculari, gula ac dorso infimo albis, collo pectoreque pallide griseo-ferrugineis, abdomine ejusdem coloris longitudinaliter albobstriato, alis canis, ferrugineo-mixtis, cauda subtus dilute cinerea, pileo, dorso scapularibusque nigris, absque nitore, remigibus virescenti-atris. *Adult.*

Habitat in *Senegambia*. (*Mus. Paris.*)

34. *A. callocephala*. Capite toto et collo supremo ex parte nigris, exceptis vertice et stria oblonga genarum candidis; occipite nigricanti-cristato plumis duabus longissimis, angustis, recumbentibus, pure albis; collo toto et corpore subtus cinereo-coerulescentibus, immaculatis; dorso, alis caudaque ejusdem coloris, obscurioribus, dorsi plumis medio longitudinali stria nigra, margine albidis; alarum tectricibus large lacteo-albo, remigibus obscuris subtiliter albedo-limbatis; plumis dorsalibus longissimis, laceris ut in *Egretta*, alas ad 4" transcendentes, nigris, margine utroque cinereo. *Mas et Foem. adult.*

Ardea violacea Auct. r. (*cum descriptione vitiosa.*) *Wils. Amer. Orn.* 8. p. 26. t. 65. f. 1. (*fig. opt.*) *Le Bihoreau de Caj. Buff.* pl. enl. n. 899. (*fig. mediocr.*) *Ardea cayanensis Auct. r. Ard. sexsetacea Vieill. N. D.*

Habitus *Nycticoracos*, eodem gracilior, pedibus longioribus. Rostrum nigrum 4" l., lora virescentia; irides igneo-flavae; pedes flavi. Longitudo 20", plumarum 2 occipitis 7". Habitat aestate in *America septentrionali*, frequentissima in insulis *Antillis* magnis et *Bahamensibus*, in *Carolina*, *Jamaica*, in *Guiana* et *Cajenna*; nidificat per familias in arboribus paludibus confinibus, nidum arborum ramis humilibus affigens et ova quatuor pallide coerulea pari-

ens; caro avis juvenilis sapidissima; victitat dromiis, lacertis et imprimis piscibus; noctivaga, die inter arundinem latitans. (*Mus. Paris.*)

Nota. Cl. *Temminck* indicat *Lathamii Ardeam* *jamaicensem* avem juvenilem hujus speciei exhibere (*Man. d'Ornith.* 2. p. 566.) Hanc nondum vidi. *Descriptio Ardeae jamaicensis* prorsus in avem juvenilem *Nycticoracos* quadrat.

35. *A. scapularis*. Parva; fronte, vertice, occipite, ejusdem plumis longiusculis, subulatis, nigris, nitore aeneo-viridi; capite et collo toto ad latera, pectore, ventre, lateribus, abdomine crissoque dilute cinereis, immaculatis; mento, gula et collo antico in fundo albo plumarum maculis apicalibus longitudinalibus rufescenti-fuscis, interdum intermixtis nigricantibus; dorsi ac tergi plumis scapularibusque densis, elongatis, subulatis, uropygio caudaeque tectricibus superioribus nitide virescentibus, plumbeo-pulverulentis, dorsali plumarum ac scapularium rhachibus subtilibus albis; alarum tectricibus superioribus laete subaeneo-virescentibus, subtiliter flavido-albido marginatis, inferioribus marginalibus albis, caeteris canescentibus; remigibus totis pallide ardesiacis, secundariis subtiliter alboterminatis; rectricibus ardesiacis, superius in virorem subaeneum vergentibus. *Mas et Foem. adult.*

Ardeola Macgr. Ardea coerulea Gmel. var. ♂ et *Lath.* var. γ. *Ardea virescens Gmel.* var. β. (sed non var. h.) et *Lath. Crabier de Caj. Buff.* pl. enl. 908. (*fig. opt.*) *Le héron à couleur de plomb. Azar. Voy.* n. 358. *Ardea cyanura Vieill. N. D. Ardea scapularis Illig., Lichtenst. Ardea javanica Horsf. et Raff.* *Transact. of the Linn. Soc.* 13.

Juv. hornot. Capite supra nig-

ricante, subnitente et parum in fuscum vergente; plumis colli, dorsi scapularibusque brevibus ac uropygio fuscis; partibus corporis inferioribus albis maculis longitudinalibus nigricantibus variis; ventre et tibiis extus albis; cauda alarumque tectricibus superioribus obscuris, virescenti-micantibus, tectricibus macula apicali parva, trigona, alba et limbo flavido, inferioribus albis canescenti-variis; rostri et remigum colore ut in adulta; pedibus antice viridibus, postice nigricantibus.

Le héron à cou brun. Azar. n. 359. Ardea fuscicollis Vieill. N. D.

Rostrum supra nigricans, margine basali paullo flavidum, mandibula flavida tomis nigricantibus; lora iridesque flava; pedes virescenti-flavidi. Longitudo totalis $16\frac{1}{4}''$ - $17\frac{1}{2}''$, rostri solius a fronte fere $2\frac{1}{2}''$, tarsi $2''$, digiti intermedii, excluso ungue, $1\frac{1}{2}''$, alae $6\frac{1}{4}''$, caudae $2''$ $8'''$. Habitat frequentissima in *Brasilia, Cajenna* et in *Paraguay*, porro in insulis *Sumatra* et *Java*, quoque in *Senegambia*, solitaria ad fluviorum et paludum littora; timidissima. (*Mus. Paris., Monac.*)

36. *A. virescens*. Habitu et forma *Ardeae scapularis* lique similis; capitis superioris et occipitis plumis longiusculis, dorsi ac caudae obscure aeneo-viridibus, tergi ac scapularum subulatis, perangustis, densis, rhachi alba; collo toto postico ac laterali unicolore casta-neo-rufo; corpore subtus unicolore rufescenti-cinereo; gula et collo antico flavido-albis, hoc maculis nigricantibus; crissi plumis medio nitore nonnullo virescente; alarum tectricibus superioribus ac remigibus dorso proximis laete virescentibus, omnibus margine subtili pallide aurantio, tectricibus inferioribus ochrascentibus, cinerascenti-variis; remigibus unicoloribus saturate ardesiacis, secundariis et alulae pennis parum al-

bo-terminatis; rectricibus supra omnibus virescentibus, subtus ardesiacis. *Mas* et *Foem. adult.*

Crabier de la Louisiane Buff. pl. enl. n. 909. (fig. opt.) Ardea virescens Mas Auctor (exclusis varietat.) Wils. Amer. Ornith. 7. p. 97. t. 61. f. 1. (fig. bona.)

Juv. Adultae avi similis, exceptis corpore subtus griseo, juxta hypochondria nonnihil ad fulvum inclinante et alarum tectricibus superioribus omnibus macula apicali parva, subtriangulari, alba.

Cancrofagus viridis naevius Briss. l. c. p. 490. t. 38. f. 2. (Descript. complet.) Crabier tacheté de la Martinique Buff. pl. enl. n. 912. (fig. opt.) Ardea virescens Foem. Auctor.

Juv. hornot. Corpore supra absque plumis elongatis fusco; remigibus ardesiacis albedo-terminatis; alarum tectricibus superioribus macula apicali triangulari alba; capitis superioris plumis longiusculis nigris; capitis collique lateribus pallide ferrugineis, antico collo gulaeque albis maculis longitudinalibus nigris; corpore subtus tibiisque fusciscentibus, hisce et pectore maculis longitudinalibus nigris; rostro pedibusque saturate fuscis.

Ardea virescens Auctor. var.

γ. — Ardea torquata Auctor. (Mill. Cimel. physic. t. 36. fig. pessim. cum descriptione accurata sub denominatione falsa Ardeae naeviae p. 70.) Ardea striata Linn. Syst. Nat. 1. p. 238. n. 19. (Descript. non satis accurata.) Streaked Heron Penn. Arct. Zool. 2. n. 354. Ardea virgata Auctor.

Rostrum supra nigrum, subtus flavum; pedes flavi, virescenti-tincti; irides laete aurantio-flavae. Longitudo totalis $15\frac{1}{4}''$, rostri a fronte $2''$ $2'''$, ab oris angulo $3''$, alae $6\frac{1}{2}''$, tarsi $1''$ $10'''$. Habitat in *Guiana, Cajenna, Martinica*, in *Jamaica* et frequentissima in omnibus fere regionibus *Americae septen-*

ARDEA.

trionalis, per paria aut gregibus parvis, saepe cum *Nycticorace* consociata, in sylvis paludosis, dromiis parvis, pisciculis, ranis, vermibus ac insectorum larvis victitans; piscibus insidians stat in aqua immobilis statuæ instar; nidificat in arboribus, nidum magnum inter earum ramos e virgulis struens et ova 4 coerulescentia pariens. (*Mus. Paris., collect. dom. Sturm etc.*)

Nota. Non solum colli colore per omnem aevitatem plus minusve saturate rufo, sed etiam dorsi plumis subulatis angustioribus et tectricum alarum superiorum limbo subtiliore et subaurantio etc. haec species a praecedente satis differt. — Exemplum a cl. *Brissonio* exacte descriptum corporis superioris partem in cupreo-aureum vergentem, inferiorem ad saturatius rufum inclinantem habuit; hoc natu majus fuisse videtur quam specimina a me observata.

37. *A. Sturmii*. Rostro brevisculo, toto nigro; capite toto supra, collo postice et ad latera, alis extus totis, scapularibus, dorso, uropygio, cauda, alarum tectricibus inferioribus remigibusque saturate nigricanti-ardesiaceis, unicoloribus; colli infimi plumis utrinque ad latera caeteris concoloribus sed laete fulvo-aurantio limbatis; vitta colli antici longitudinali a mento ex ochraceo-alba, pluma quavis medio longitudinaliter et large nigra; toto corpore subtus dorso parum dilutiore, longitudinaliter fulvescenti-ochrascente vario; tibiis antice alarumque margine pallide ochraceis. *Adult.*

Pedes (in exuvia) fuscescentes unguibus flavescentibus; lora nuda, nigricantia. Longitudo totalis 12 $\frac{1}{2}$ '' , rostri a fronte 1 $\frac{1}{2}$ '' , alarum 6 $\frac{1}{2}$ '' 1'' , tarsi et digiti intermedii, excluso ungue, 1 $\frac{1}{2}$ '' . Habitat in *Senegambia*, habitu *Ardeae minutae*. (*Collect. dom. Sturm.*)

38. *A. lepida*. Isabellino-fuscescens, dorso saturatiore, subtus dilutior; pileo, crista, remigibus reetricibusque atris; collo postice malisque rufo-castaneis; pectoris plumis saturate fuscis, flavescenti-marginatis.

Ardea sinensis Auctor. Ardea lepida Horsf. *Transact. of the Linn. Soc.* 13. p. 190.

Rostrum flavescens; pedes virides. Magnitudo *Ardeae minutae*. Habitat in *China* et in *Java* insula; Javanis *Bambangan.* (*Horsf.*)

39. *A. cinnamomea*. Unicolor castaneo-cinnamomea, corpore inferiore multo pallidiore, exceptis collo antico fusco-striato, gula, macula pone mandibulae basin crissoque albis, plumis pectoris scapularibusque elongatis nigricantibus, fusco-marginatis. *Adult.*

Ardea cinnamomea Auctor. (Descript. bona.)

Juv. Collo postico, remigibus iutus medio parum ardesiaco-tinctis et cauda cinnamomeo-castaneis, collo antico, pectore et abdomine flavo-rufescentibus, longitudinaliter fusco-striatis; linea utrinque ab oris, angulo plus minusve versus colli latera ducta alba; tectricibus alarum inferioribus unicoloribus ochraceis; dorso ac tergo sordide fuscis, flavido-irroratis; tectricibus alarum superioribus dorso concoloribus, pallidioribus; rostro flavo, maxilla culmine fusca.

Ardea bilineata et Ard. australis Cuv. in *Mus. Paris. Ardea nebulosa Horsf.* *Transact. of the Linn. Soc.* 13. p. 190.

Magnitudo *Ardeae minutae*; rostrum pedesque flavescentes; longitudo rostri ab oris angulo 2 $\frac{1}{2}$ '' 4'' , a fronte 1 $\frac{1}{2}$ '' 10'' , tarsi 1 $\frac{1}{2}$ '' 9'' , digiti intermedii 1 $\frac{1}{2}$ '' 9'' . Habitat in *China* et in *Java* insula; Javanis *Ayam-ayamam.* (*Mus. Paris., Monac.*)

40. *A. radiolata*. Habitu et pictura ptiloseos universali *ardeae undulatae* simillima, diversa ab

ea: capite supra et ad latera colloque laterali unicoloribus saturate rufis, collo postico nigro; dorso, tergo, uropygio, scapularibus alarumque tectricibus superioribus omnibus nigris lineolis transversis, numerosissimis, angustissimis, undulatis, rufis, in alis latius distantibus; gutture, collo antico et toto corpore subtus unicoloribus pallide rufescentibus, remigibus tectricibusque nigris, illarum primariis apice griseo-marginatis. *Mas et Foem. adult.*

Cancrophagus philippinensis *Briss.* 5. p. 474. t. 37. f. 2. (*descript. opt.*) *Crabier des Philippines Buff.* pl. enl. n. 898. (*fig. opt.*) *Ardea philippensis Auctor.*

Maxilla nigricans, mandibula albo-flavicans; lora pedesque flava. Longitudo totalis 11", rostri solius ab oris angulo 2" 4/4", tarsi 1 1/2", digiti intermedii 1" 4/4", caudae 1 3/4", partis nudae tibiae 3". Habitat frequens in insulis Philippinis. (*Mus. Paris.*)

41. *A. undulata.* Occipitis plumis laxis, nigris, pendulis, frontis, capitis collique lateralis ferrugineis, transversim nigro denticulato-undulatis; dorso, scapularibus alarumque tectricibus omnibus nigris, undulis transversis, numerosis et approximatis, denticulatis, ferrugineis, in tectricibus latius distantibus; toto corpore subtus a mento usque ad crissi finem rufescentialbo, unicolore; hypochondriis maculis nonnullis angulosis, nigricantibus; remigibus tectricibusque immaculatis, totis nigris. *Mas et Foem. adult.*

Le petit Butor de Caj. Buff. pl. enl. n. 763. (*fig. bona.*) *Ardea undulata Auctor.*

Rostrum supra corneo-fuscescens, subtus flavum; pedes flavidi. Longitudo totalis 11", rostri a fronte 1" 5/4", tarsi 1 1/2". Habitat in *Cajenna* et *Surinamo.* (*Mus. Paris.*)

Nota. Cl. *Temminck* hanc speciem pro ave juvenili *Ar-*

deae radiolatae habet. (*Man. d'Ornith.* 2. p. 566.). Haec quidem simillima, attamen diversa est.

42. *A. minuta.* Tibiis totis plumosis, corpore inferius a pectore usque ad crissum album, collo anticæ medio, ejus lateribus et alarum tectricibus superioribus minoribus ac mediis ochrascentibus, superciliis, occipitii lateribus ac collo postico parum saturatoribus; juguli lateribus, abdomine medio et alarum tectricibus inferioribus, superioribus externis et posticis albis; fronte, vertice, occipite, dorso toto ac tergo, uropygio caudaque nigris, virore nonnullo lucentibus; remigibus totis nigris, schistaceo-pulverulentis; tectricum tergo proximarum extrema utrinque pogonio externo albo, interno nigro; fasciculi utrinque ad colli infimi latera plumis nigris, fuscescenti-flavido limbatis. *Mas et Foem. adult.*

Le Elongios de Suisse Buff. pl. enl. n. 323. (*fig. satis accurata.*) *Ardea minuta Auctor.* *Naum. Vög. Deutschl.* t. 28. f. 37.

Juv. hornot. Fronte, pileo occipiteque fusco-nigricantibus, frontis plumis rubiginoso-limbatis; plumis colli anticæ ac lateralis flavidis, maculis numerosis, longitudinalibus, rufescentifuscis, juxta scapum nigricantibus, postici obscure rubiginosis; dorsi ac tergi plumis scapularibusque obscure fuscis, flavofuscescente marginatis; plumis pectoris lateralibus his dorsi concoloribus, obscurius tinctis; alarum tectricibus superioribus minoribus rubiginosis, majoribus fuscis, omnibus ochrascenti-marginatis; corpore toto subtus flavido, maculis longitudinalibus fuscis; crisso alarumque tectricibus inferioribus albidis; rostro fuscescente; iridibus pallidius flavis.

Edw. n. 275. (*fig. mediocr.*) *Naum.* l. c. t. 25. (*fig. bona.*)

Av. biennis. adultae ptilosin induens. Maculis corporis ex

parte evanidis, dorsi nigri plumis rufo-marginatis; caeteris partibus ut in adulta.

Ardea danubialis — *A. soloniensis* Auct. or. Naum. l. c. Nachtr. t. 12. f. 26.

Rostrum flavidum, maxillae culmine apicali fusco; irides et orbitae laete flavae, lora fusca, pedes dilute virides. Longitudo totalis $13\frac{1}{2}$ - $13\frac{3}{4}$ ''; rostri solius ab oris angulo $2\frac{1}{4}$ '' $4\frac{1}{2}$ ''; tarsi $1\frac{1}{2}$ '' $8\frac{1}{2}$ ''; alae $5\frac{1}{2}$ '' $5\frac{1}{2}$ ''; Habitat in multis Europae regionibus, praesertim meridionalibus, frequens in Hollandia, non rara in Francia, Italia, Germania etc. porro in Siberia, Arabia, Syria et in Nubia, locis sylvaticis paludosis arundine dense obsitis; victitat piscibus parvis, ranulis, insectis ac vermibus; nidificat inter frutices aut inter arundinem. ova 5-6 virescentia (sec. cl. Temminck alba) ponens.

43. *A. exilis*. *Ardeae minutae* prorsus habitu iique respectu ptiloseos picturae mire similis, diversa ab ea: tibiis $6\frac{1}{2}$ '' ante genua nudis, alarum tectricibus superioribus minoribus, colli ac capitis lateribus fusciscenti-rufescentibus, collo postico et alarum tectricibus majoribus in fusco-castaneum vergentibus, harum primariarum et remigum secundariarum apicibus eodem colore tinctis, alarum tectricibus inferioribus sordide albis. Mas et Foem. adult.

Le héron rouge et noir. Azar. Voy. n. 360. (Descript. opt.) *Ardea erythromelas* Vieill. N. D. p. 422. *Ardea exilis* Wils. Amer. Ornith. 8. p. 37. t. 65. f. 4. (fig. bona.)

Avi hornot. Avi hornotinae *Ardeae minutae* similis, tibiis totis plumosis; rostro virescente; vertice rufo-castaneo; collo antico medio albo, lateribus et pectore in fundo rufo longitudinaliter nigricanti-striatis; alarum tectricibus intermediis ferrugineis lineis nigris, inferioribus albis medio fusco-rufescentibus; plumis dorsi rufo-castaneis flavido-limbatis; ventre,

tibiis et crisso albis; cauda nigra; rostro aurantio basi nigricante; tarsis antice viridibus postice flavis; oculorum iridibus remigibusque ut in adulta.

Ardea exilis Lath., Gmel., Vieill. l. c. p. 433.

Juv. ptilosin avis adultae induens. Juveni hornotinae similis, capite supra nigro.

Le héron varié. Azar. Voy. n. 361. (Descript. opt.) *Ardea variegata* Vieill. N. D. p. 425. *Id. Ardea involucris* Encycl. meth. p. 1127. n. 65.

Rostrum, pedes et irides flava, illud basi nigricans. Longitudo totalis $13\frac{1}{2}$ ''; tarsi ac rostri $20\frac{1}{2}$ ''; caudae $1\frac{1}{2}$ ''; Habitat in America septentrionali, in Jamaica et Paragaya, locis paludosis inter gramina nidificans, piscibus vescens, noctivaga, die inter arundinem latitans. (Mus. Paris.)

44. *A. pusilla*. *Ardeae minutae* et *Ard. exili* habitu et colorum distributione simillima, diversa ab iis: statura minore, maxilla fusca, mandibula flava, collo postico ac laterali, alarum margine externo; capitis lateribus ac pectoris dorsoque supremo castaneo-fuscis, partibus caeteris inferioribus et collo antico albis subtiliter rufescenti-lavatis; capite supra, alarum plica, scapularibus, tectricibus dorso proximis, remigibus rectricibusque nigris. Mas et Foem. adult.

Ardea pusilla Vieill. N. D. p. 432. (Descript. accurata.)

Juv. - Collo antico maculis nigricantibus et corporis partibus inferioribus talibus rufis variegatione.

Ardea maculata Lath. Suppl. (Descript. manca secund. picturam.)

Pedes flavi. Magnitudo vix *Ardeae minutae*. Habitat in Nova-Hollandia. (Mus. Soc. Linn. Londin.)

Nota. Ad hanc speciem pertinet, secundum descriptionem, *Bechsteinii* *Ardea melanoptera* et *Tranquebaria*,

(Lath. Uebers. der Vög. S. 428. n. 97.) Iconem hujus avis ab eodem auctore datam non vidi.

Observationes.

Sane scio quam vasto pelago me commiserim, species hujus generis, quamquam non numerosissimas, attamen ab auctoribus in nodum, sane gordianum, vix solubilem connexas dilucidaturus. Qualemcumque quoque curam ac industriam huic labori impenderim, tamen me non hic inconcussas probationes, ubi ipse observandi occasione haud fruebar, dassé fateor. Deleantur tamen nomina harum avium quarum existentia in libris solum descriptionibus vacillantibus inter facientium, rerum naturalium haud gnarorum, fisa, a nullo vero ornithologo critico temporis recentioris recentissimique autopsia probata est. - Scientiae naturali hi semper detrimentum ferunt maximum, qui talia paralipomena parasitica in omne tempus renovant eaque suis cognitionibus, non raro hodierno die se intrusis, connati sunt probare. Luget scientia naturalis, et imprimis zoologica, in contemplandis numerosis libris, doctrinae ac judicii expertibus, nuper et nuperrime a hominibus illustribus ex numario lucello, ut videtur, aut perlusum quasi fabricatis! Ruimur eorum mole et olim ad hoc stabulum Augiae a stercore litterario purgandum Hercules ipse non sufficiet.

α. Avium nomina e foro ornithologico prorsus relegenda, sunt:

1. *Ard. erythrocephala* — *Thula* — *cianocephala* — *striata* (*Lathamii* sed non *Linnaei*, *Bancroftii* descriptione a primo dicto adjecta adumbrata) — *Galatea* — *spadicea* — *Hohu* — *bononiensis*.

β. Species a me non observatae quae ante earum receptionem in systema ulteriore examine indigent:

Ardea sacra cum var. β. (Vide notam ad finem descriptionis *Ardeae flavirostris* factam) — *Ard. cana*. — *Ard. rubiginosa*. (Vide notam ad finem descriptionis *Ardeae purpureae* exhibitam.) — *Ard. griseo-alba* (Act. de la Soc. d'hist. nat. de Par. n. 59.) — *Ard. Johanna* — *Ard. indica* — *Ard. atra* (quae varietas nigra *Ardeae cinereae* male descripta esse videtur. Vide: *Aus dem Winkel* Jagdb. 1824. p.) *Ard. melanolopha* et *Ard. picta* *Raffl.* (Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 326.) — *Ard. fasciata* (*Such* Zool. Journ. n. 4. p. 254.) An avis juvenilis *Ard. Soco*?

γ. Nomina specierum ad genera diversa spectantium:

1. *Ard. pavonina*. Vide: *Grus pavonina*. — 2. *Ard. Virgo*. Vide: *Grus Virgo*. — 3. *Ard. gigantea*. Vide: *Grus Leucogeranos*. — 4. *Ardea Antigone*. Vide: *Grus Antigone*. — 5. *Ard. Grus*. Vide: *Grus cinerea*. — 6. *Ard. americana*. Vide: *Grus Struthio*. — 7. *Ard. canadensis*. Vide: *Grus poliophaea*. — 8. *Ard. Paradisea* *Lichtenst.*, *Bechst.* Vide: *Grus Paradisea*. — 9. *Ard. carunculata*. Vide: *Grus carunculata*. — 10. *Ard. Ciconia*. Vide: *Ciconia alba*. — 11. *Ard. Maguari*. Vide: *Ciconia Maguari*. — 12. *Ard. nigra*. Vide: *Ciconia nigra*. — 13. *Ard. leucocephala*. Vide: *Ciconia umbellata*. — 14. *Ard. Argala* *Lath.*, *Ard. dubia* *Gmel.* Vide: *Ciconia Marabu*. — 15. *Ard. pondiceriana* et *Ard. coromandeliana*. Vide: *Anastomus albus*. — 16. *Ard. scolopacea* Vide: *Nothrodus Guarauna*. — 17. *Ard. Helias*. Vide: *Eurypyga Helias*.

G E N U S B U C E R O S.*

R O S T R U M (secundum avis aetatem forma varians) ingens aut maximum, elongatum, rarius capitis molli adaptatum, crassum, plus minusve inane, ramphotheca validissima, dura, tomiiis (in adultis) plurimum irregulariter denticulato-emarginatum aut integrum, interdum medio hians, apice compresso integrum, acutum, his arcuatum, illis rectum tumque in mandibulae culmine angulum formans, paratonis laevissimum aut basin versus sulcato-rugosum, compressum, et culmine integrum laeve, carinatum, aut rotundato-convexum et maxillae basi epithemate ejusdem cum rostro substantiae et indumenti, interdum subpellucido (in pullis obsoleto aut vix conspicuo) et variae formae munitum.

N A R E S inferius ad epithematis (ubi hoc adest) basin, in omnibus utrinque prope antiam sitae, majusculae, rotundatae, patulae, ramphothecae substantiae insertae, in plurimis antiarum plumulis rigidis tectae.

L I N G U A parva aut minuta, plana, integerrima, apice trigona, acuta, cartilaginosa, ut plurimum in fauce haerens.

F A C I E S plus minusve nuda; orbitae, ciliis rigidissimis obsitae.

P E D E S gressorii tetradactyli, respectu corporis molis parvi, acropodiis squamuloso-scutulati; digiti mediores acrodactylis scutulati, hypodactylis verruculosi, medius omnium longissimus cum externo quam internus parum longiore fere usque ad apicem phalangis secundae coadunatus, internus cum intermedio ultra basin connatus; hallux validus digito interno paullo brevior; pelma per dilatatum coriaceo-verruculosum; ungues validi, arcuati, culmine compressiusculo-convexi, subtus canaliculati.

C A U D A recta, longiuscula, his apice aequalis, illis rotundata aut cuneato-gradata, plana, rectricibus 10-12.

A L A E apice acutae aut rotundatae, caudae basin attingentes aut transcendentis.

P T I L O S I S: nuchae plumae elongatae, capitis ac colli, (nonnullis corporis inferioris) pogoniis totis laxis, radiis rigidiusculis, rariusculis, dorsi ac alarum densae, apice truncatae aut rotundatae, aeneo-nitentes.

*) *Linn., Gmel., Lath. et auctorum recentiorum. Hydrocorax Briss.*

Nota. De hoc genere cl. *Temminck* optime meritis est, species ab auctoribus mire perturbatas penitus dilucidans. (Vide Pl. col. Livr. 36.) Me in describendis speciebus musei Parisiensis et auctoris et clari viri supra laudati institutiones duxerunt,

1. *B. Rhinoceros*. Rostro maximo, arcuato, flavo, basi rubro-tincto et nigro-fasciato; epithemate maximo, simplice, alto, lateribus convexo, culmine compressiusculo, apice antico subulato lunulariter sursum flexo, compressiusculo-convexo, postice altiore, verticaliter - et basin versus subsinuato-truncato, magna parte rubro-tincto, fascia basali stricta nigra terminato; corpore toto nigerrimo, exceptis abdomine, tibiis caudaque ad basin et ad apicem albis, hac fascia extra medium lata, nigra.

Adult.

Buceros Rhinoceros Lath., Gmel., Buff. pl. enl. n. 934. (rostr.) *Calao Rhinoceros* Levaill. Ois. de l'Amérique et de l'Inde. 1. t. 1. (figura respectu ptiloseos picturae falsa) t. 2. (rostr.) t. 13. (fig. cauda et epithemate laesis) *Buceros sylvestris* Vieill. N. D. 4. p. 592. *Buceros africanus* Lath. (Descript. secund. specimen mutilatum, vix adultum.)

Juv. Ptilosi adulti, minus nitida, cauda brevior; rostro fere recto, brevi, acuto, ad basin crasso, epithemate longitudinali 2^{111} alto.

Longitudo a fronte usque ad caudae finem $3' 4''$, rostri ab oris angulo $10''$, epithematis $9\frac{3}{4}''$, tarsi $3''$, caudae $17\frac{3}{4}''$; altitudo epithematis in medio $3'' 2^{111}$; irides saturate coccineo-rubrae, avis juvenilis griseae. Habitat frequens in insulis Sumatra et Java, a Javanis Juggang Danto, a Sumatranis Rangcoc seu Jongrang nominatus. (Mus. Lugd., Paris., Monac.)

Nota. Secundum cl. Rafflesium (Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 291.) foemina epithematis apicem magis recurvatum, irides albas habet. (?)

2. *B. Monoceros*. Rostro maximo, arcuato, flavo, tomii nigro; epithemate nigro, excepto

marginem infimo et postico flavo, simplici, secundum maxillae culmen flexo, eadem parum brevior, lateraliter plano, sulcato, apice antico acuminato, inferius profunde introrsum sinuato et a culmine maxillae distante, antrorsum spectante, postice plano, largo; capite, collo toto, dorso alisque nigris, virescenti et purpurascenti-nitentibus; occipitis plumis longiusculis; remigibus primis, reetricibus utrinque tribus lateralibus et toto corpore subtus a collo infimo usque ad crissi finem albis; mento nudo, albo, rugoso. *Mas adult.*

Calao unicorne Levaill. l. c. p. 20. t. 9. (t. 10. rostr.) *Buceros Monoceros* Shaw. Gen. Zool. 8. p. 8.

Foem. adult. Mari simillima, corpore epithemateque parum minoribus.

Juv. Ptilosi adulti, minus nitida; rostro quam in hoc multo brevior et multo minus alto, rectiusculo, epithemate lateraliter plano et longitudinaliter sulcato, antice oblique abscisso ibique cum maxillae culmine connato, antice nigro.

Levaill. l. c. t. 11. (Rostr. cum cap.) *Le Calao des Philippines* Buff. pl. enl. 873. (fig. bona.) *Buceros malabaricus* Lath. Var. β .

Av. hornot. Griseo-rufescens; rostro parvo, recto, albedo, tomii laevi, epithemate parvo antice subelliptice excurrente ibique nigro-tincto.

Levaill. l. c. t. 12. (Caput.)

Cauda rotundata; irides laete fusco-rubrae. Longitudo $30''$, rostri avis adultae ab oris angulo $9\frac{3}{4}''$, epithematis $8''$, altitudo epithematis in medio $8\frac{1}{4}''$, rostri avis juvenilis ab oris angulo $5\frac{3}{4}''$, epithematis $3\frac{1}{2}''$, ejusdem altitudo in medio $1''$. Habitat in India et frequens in insulis Java, Ceylon et Malacca, in ultimo dicta ab incolis Hiki

nominatus; in arborum cavis ponit quatuor ovâ sordide alba.

3. *B. Cassidix*. Rostro maximo, nitide flavo-aureo, ad basin plicis 3 diagonalibus convexo-elevatis, pellucidis, aurantio-rubris, sulcos atros relinquentibus, epithemate longo, fere semicirculari, secundum maxillae culmen flexo, antice et postice subverticaliter abscisso, antice centri-formi compresso, postice largo, toto purpureo-rubro, subtili, pellucido; vertice et occipite ex parte pure castaneis; collo toto aureo-flavo; cauda tota alba; caeteris corporis partibus unicoloribus nigerrimis, virore metallico. *Mas adult.*

Buceros Cassidix Temm. Pl. col. t. 210.

Regio ophthalmica nuda et membrana mentalis dilatabilis flavo-lividae, coerulescenti-tinctae; irides aurantio-rubrae; pedes nigri. Longitudo totalis 3' 5-6'', rostri 9''. Habitat in insulae *Celebes* montibus altis sylvaticis, fructibus, ficis imprimis victitans, arboribus altissimis insidens et in earum cavis nidificans; volatus altus, strepitans. (*Mus. Lugd.*)

4. *B. galeatus*. Rostro valido, recto, subconico, tomis laevi, subflavo, acuto, epithemate altissimo, convexo-subquadrato, postice cum vertice aequali, antice verticaliter truncato, convexo, albo-flavido, ad latera ruberrimo; mandibula subtus medio angulum formante; mento gulaque nudis saturate rubris; capite et toto collo, pectore ex parte ac toto corpore supra nigerrimis; corpore subtus inferiori a pectore usque ad crissi finem et apicibus remigum dorso proximarum albis; rectricibus flavido-albis, ante apicem albidum fascia latiuscula nigra, duabus intermediis omnium longissimis, longis, sequente utrinque parum-, lateralibus utrinque quatuor multo brevioribus. *Adult.*

Edw. t. 281. f. C. (rostr.) *Calao à casque rond. Buff.* pl. enl. n. 933. (rostr.) *Buceros galeatus Gmel., Lath.* Synops. Suppl. 8. p. 370. (*Descriptio completa*) *Hardwicke* Transact. of the Linnæan. Soc. 14. p. 578. t. 23. (*fig. completa.*)

Regio ophthalmica pedesque rubra; irides aurantio-flavae. Longitudo totalis 4', (mens. angl.) rostri 8'', epithematis 3 $\frac{3}{10}$ '', rectricum 2 intermediarum 33'', lateralium extimarum 30'', sequentium 12-13'', altitudo epithematis cum maxilla 3 $\frac{4}{10}$ '', ejusdem latitudo 2 $\frac{7}{10}$ ''. Habitat in insulis *Sumatra* et *Java*, hic *Burrong-Gadin*, illic *Tibbang Muntovah* nominatus; fructibus vescitur. (*Mus. Londin.*)

5. *B. bicornis*. Rostro maximo, arcuato, flavo, fascia basali nigra, maxilla apice rubro, epithemate maximo, recto, superius plano, lato, alto, postice rotundato-truncato, apice rubicundo tincto in cornua duo spatio concavo intermedio diremta, subdeorsum spectantia exeunte; corpore et facie nigris, occipite suberistato et toto collo alborufescentibus; alarum speculo, ventre infimo, crisso tibiisque albis. *Mas adult.*

Le Calao bicorne Levaill. l. c. t. 8. (Rostr.)

Foem. adult. Rostro ut in mare; capite toto, collo, alis ac toto dorso rectricibusque intermediis nigerrimis; alarum speculo et corpore subtus a collo infimo usque ad crissi finem albis.

Buceros bicornis Linn., Gmel., Lath. (excepta varietate β . A.) *Le Calao bicorne Levaill.* l. c. t. 7. (Figura, excepta cauda, accurata.)

Juv. Rostris epithemate brevi, apice cornubus destituto oblique excurrente, planitie suprema longitudinaliter excavata et sulcata; ptilosi maris adulti, minus nitida.

Calao à casque concave. Levaill. l. c. t. 4. (Rostr.) Buceros cristatus Vieill. N. D. 4. p. 591.

Longitudo totalis maris adulti a fronte usque ad caudae apicem 3', rostri 9'', epithematis 6'', ejusdem altitudo 1'' 7'''. Habitat in insulis *Sumatra* et *Java*, a *Sumatranis Inggang Papan* nominatus. (*Mus. Paris., Lugd.*)

Nota. Levaillantii icon Bucerotis in tabula operis sui quinta sub nomine „*Calao à casque concave*“ exhibita marem juvenilem hujus speciei monstrat, alis et cauda exceptis, quae primo dictae e *Bucerotis Rhinocerotis*-, altera a *Bucerotis plicatis* specimine haustae sunt. Figura in operis nominati tabula tertia spectanda praeter caput *Bucerotis bicornis* juvenilis truncum et caudam avis ignotae affert. (*Temm.*) — *Shawii Buceros cavatus* (*Gen. Zool. 8. p. 18.*) non existit; ejusdem descriptio ad avem juvenilem *Bucerotis Hydrocoracos* et ad hasce aves artificiose compositas facta est. Foemina seu juvenis *Bucerotis cristati* a *Vieillotio* loco citato (*p. 592*) verbis „corpore toto nigro, excepto capite colloque rufis“ descripta, tabula *Levaillantii* nominata tertia manifeste innititur.

6. *B. carunculatus*. Rostro maximo, arcuato, compresso, nigro, maxilla infra epithematis basin macula magna, quadrata, rufa notata; epithemate toto nigro, basali, altissimo, circuli partem quartam describente, antice subverticaliter sinuato-truncato et patulo, postice cum fronte coadunato, culminis lateribus plicam, rotundatam, longitudinalem formante et utrinque ad latera sulcos duos relinquente; regione periophthalmica nec non gula nudis, coerulescentibus, hac carunculis (in exuviis evanidis) nudis, rubris obsita; cau-

da et corpore totis nigerrimis, exceptis remigibus primariis albis. *Adult.*

Abbagumba Bruce *Voy.* cum fig. *Le Calao caronculé Levaill. l. c. 5. p. 82. t. 230. t. 231. (rostr.)*

Juv. Ptilosi adulti; rostri integri, nigri epithemate toto laevi, alto, subtrigono, antice clauso, lateraliter convexo.

Calao d' Abyssinie Buff. pl. enl. n. 779. *Buceros abyssinicus Lath., Gmel. Calao caronculé Levaill. l. c. t. 232. (rostr.)*

Juv. hornot. Rostri epithemate nullo; ptilosi nigro-fuscescente, remigibus primariis albo-rufis.

Bucerote Rhinocrote fere major. Longitudo rostri avis adultae ab oris angulo $8\frac{3}{4}$ ''; cauda mediocris apice subrotundata; pedes nigri. Habitat per paria in *Africa septentrionali*, frequens in *Abyssinia* et ad flumen *Senegal*, insectis magnis praesertim victitans; caro odore foetido; nidum struit maximum in arboribus dense frondosis truncis adnatum et, respectu formae, *picae* illi similem; *Abyssiniae* incolis *Abbagumba*. (*Mus. Paris., Lugd.*)

7. *B. Hydrocorax*. Rostro cum epithemate unicolore coccineo, maximo, arcuato, mandibula subtus in medio angulum formante inde stricte excurrente, epithemate perelevato, pellucido, supra plano et formam ferramenti laevigatorii praebente, lateraliter impresso, margine postico rotundato a fronte distante, eadem multo transcendente, antice basi attenuato-compresso; capistro et regione ophthalmica nigris; gula flavida; occipite, collo et pectore castaneo-rubris; epigastrio ventreque nigerrimis; tibiis abdomineque rufescentibus; dorso, scapularibus alarumque tetricibus griseo-fuscis, tetricibus majoribus albo-rufescente limbatis, cauda albo-isabellina; pedibus laete rubris. *Adult.*

Buceros bicornis Lath. Var.

A. Gmel. var. β. Buceros Hydrocorax Temm. pl. col. n. 283.

Juv. Rostro corneo-fusco (aetate maturiore sensim livido-purpureo, fusco cinereoque mixto), epithemate fere ejusdem formae ut in adulto minus alto, longitudinali, apice antico compresso devexo, postico rotundato, supra concavo; facie et corpore subtus nigris; collo, pectore crissoque rufescentibus; torque gulae albo; corpore supra griseo; cauda sordide albidā; pedibus flavicanti-fuscescentibus.

Calao des Moluquus Buff. pl. enl. n. 283. Buceros Hydrocorax Lath., Gmel., Calao à casque concave, jeune âge Levaill. l. c. 1. t. 6. (ab hoc auctore et a Shawio Buceroti bicorni false adnumeratus.)

Longitudo totalis 2' 7", rostri solius ab oris angulo 6 $\frac{1}{4}$ ", epithematis 5", ejusdem latitudo in medio 2". Habitat in *insulis Philippinis*, fructibus vitat quos integros deglutit et exterioribus partibus concoctis, nucleos illaesos eructat. (*Mus. Paris.*)

8. *B. plicatus.* Rostro maximo, arcuato, unicolore eburneo-albido, epithemate ejusdem coloris, vix nonnullas lineas alto, per totam suam longitudinem maxillae culmini basali ephippii instar applicato, lato, superius sulcis 7 impressis retrorsum sub-semiclipticis; mandibula ad basin rugis 6-7 emergentibus, verticalibus, subobsoletis, maxillae fere totis obsoletis; capite ad latera, collo laterali ac postico pallide flavicanti-albis; occipite et toto collo postico rufo-castaneis; cauda tota pure alba; corporis partibus caeteris unicoloribus nitide viridi-nigris. *Mas adult.*

Calao Javan. Levaill. l. c. 5. p. 96. t. 239. Calao de Waigdjou La Peyr. et Labillard. Voy. cum fig. Buceros ruficollis Vieill. N. D. 4. p. 600.

Foem. Mari simillima, corpo-

re unicolore viridi-nigro, excepta cauda tota alba.

Buceros plicatus Lath. (except. var. β.) Shaw Gen. Zool. 8. p. 38. Buc. obscurus Gmel. Le Calao à casque festonné mâle et femelle Levaill. l. c. t. 20. (fig. accurata excepta cervicis macula rubra, innaturali) et t. 21. Bucerosundulatus Shaw l. c. p. 26. Buc. niger Vieill. l. c. p. 592.

Juv. viril. Rostro recto integro, culmine arcuato, toto laevi, dilute fusco, apicem versus flavido, 4 $\frac{1}{2}$ " longo; vertice et occipite fusco-rufis; collo et cauda albis; corporis partibus caeteris unicoloribus nigris, virore aeneo; gula nuda flavicante.

Le Calao Javan jeune Levaill. l. c. t. 22. Buceros javanicus Shaw l. c. p. 28.

Gulae pars nuda maris flavida, foeminae coerulescenti-livida; irides aurantiae; pedes nigricantes. Longitudo totalis cum rostro 4' 3 $\frac{1}{2}$ ", rostri solius 9", caudae 1' 2 $\frac{3}{4}$ ", alae 19", altitudo rostri ad basin cum epithemate 3 $\frac{1}{2}$ ". Habitat in *insulis Java, Banda, Timor et Waigdjou*, frequens; a Javanis *Gog sive Bobos an* neminatus. (*Mus. Paris., Lugd., Monac.*)

9. *B. violaceus.* Rostro albido-flavo basi coccineo, ibidem in mandibula fasciis 2 nigris, arcuato, magno, epithemate magno, maxillae dimidiam partem occupante, flavido, postice stricte nigro- et coccineo-terminato, antice in culmine macula maxima nigra signato, simplici, compresso, juxta culminis latera utrinque sulco longitudinali, subprofundo, apice antico sub-introrsum truncato, postico plano, frontem altitudine superante; capite, collo et dorso totis, alis reetricibusque quatuor intermediis nigro-coerulescentibus, viridi-purpureo seu violaceo nitentibus; reetricibus caeteris totis-, remigibus primariis apicem versus et toto

corpore subtus a collo infimo usque ad crissi finem pure albis; alarum tectricibus inferioribus albo nigroque variis. *Adult.*

Le Calao violet. Levaill. l. c. p. 39. t. 19. *Buceros violaceus Shaw* Gen. Zool. 8. p. 19. *Vieill.* l. c. p. 599.

Irides fuscae; pedes nigri; regio ophthalmica nuda, nigra. Habitat in insula *Ceylon*, docilis, mansuescens, in captivitate carnem crudam, semina, imo mures integros ingurgitans; *Bucero Monocero* parum minor; longitudo rostri 5'', altitudo epithematis 3''. (*Mus. Lugd.*)

10. *B. sulcatus*. Rostrum epithemate circuli partem quartam aequante 2'' alto, 4'' longo, antice verticaliter truncato, lateraliter sulcis 4-6 profundissimis; facie albida; collo lateraliter albidorufescente, postice et occipite plumis longioribus rufis, subtus rufescente; dorso alisque nigris, subvirescenti-nitentibus; cauda albida fascia apicali larga, nigra; ventre et caeteris partibus corporis inferioris nigris absque nitore. *Mas adult.*

Buceros sulcatus Temminck Pl. col. t. 69. *Buceros Leucocephalus Vieill.* N. D. p. 592.

Foem. Tota nigra plus minusve nitida; rostro rugis 3-4.

Juv. Rostro inerimi aut epithemate parvo, laevi, subelevato; corpore obscure fusco, absque nitore; cauda alba, nigroterminata.

Epithematis rugae secundum avis aetatem plus minusve crebrae et profundae; mandibula in adultis ad basin rugis tribus flavis, sulcos nigros relinquentibus, in juvenibus subconspicuis; rostrum ejusque epithema rubro-purpurea, in exuviis plerumque flavida; mentum et regio ophthalmica nuda in ave viva aurantia; pedes obscure cinereo-coerulescentes; irides flavae. Longitudo 2' 2-4''. Habitat in insula *Mindanao* et in nonnullis aliis *insulis Philippinis*. (*Mus. Paris.. Lugd.*)

Nota. Species haec secundum cl. *Gaimard* nequam in *insulis Marianis* (quas cl. *Temminck* aequo modo pro hujus speciei patria indicat) reperitur.

11. *B. albirostris*. Rostro magno, arcuato, albedo, basi parum nigro-fasciato, epithemate longitudinali, undique laevi, albo, simplici, rostri medium transcendente, antice compressiusculo, rotundato-truncato et macula nigra pone oblique truncata, maxillae culmen parum attingente notato, apice postico intumidiore, rotundato-acuminato, ad sinciput usque porrecto, ab eodem multo distante; capite, occipite subcristato et collo totis, dorso toto, alis reatricibusque duabus intermediis unicoloribus nigris, virescenti-nitentibus; remigibus omnibus nigris ad apicem large-, ad basiu paullo-, reatricibus utrinque quatuor extimis apice corporeque subtus inferius a collo usque ad crissi finem albis. *Mas et Foem. adult.*

Calao de Malabar Sonner. Voy. t. 121. (ab auctoribus cum *B. Monocero* false conjunctus.) *Buceros malabaricus Gmel., Lath.* (Synops. 1. p. 349. tab. 11. Descriptio completa et figura bona.) *Edw.* t. 281. (Rostr.) *Calao à bec blanc Levaill.* l. c. p. 29. t. 14. *Buceros albirostris* et *Buceros Monoceros Shaw* Gen. Zool. 8. p. 8. et t. 13. *Buc. albirostris Vieill.* N. D. 4. p. 590.

Regio periophthalmica largiuscule nuda ac mentum alba; pedes nigri; irides obscure fuscae. Longitudo totalis 2' 4'', rostri ab oris angulo fere 4 1/2''. Habitat in *India* nec non in *insulis Java et Sumatra*, Javanis *Clinglingang*; animal in domesticitate mitissimum, racemis, carotis, pomis, carne quoque libenter victitans. (*Mus. Lugd., Monac.*)

Nota. Mores hujus avis per longum tempus in collectione perpulchra animalium vivorum re-

BUCEROS.

gis nostri clementissimi, immortalis *Maximiliani Josephi*, Monachii observandi occasione habui. *Buceroti Monoceroti* subsimilis est, sed alarum caudaeque pictura nec non rostri forma satis differt.

que aequali altitudine, culmine compresso, acuto, circiter 9''' alto, antice recte detruncato; capite subcristato, collo pectoreque ochrascenti-albidis; genis cum mento, dorso alisque nitide viridi-nigris; reetricibus omnibus albis, apice nigris; corpore subtus inferius a pectore usque ad crissi finem caudaeque reetricibus superioribus rufocastaneis. *Mas adult.*

12. *B. Buccinator*. Rostro maximo, cinereo-fusco nigricante, epithemate perelevato verticem versus dilatato, ibi superius latiusculo, planiusculo, curvato, ad cranium usque protenso, antice in cornu compressissimum, verticaliter truncato-abscissum prolongato, supra et ad latera rugis subprofundis, numerosis obsito; periophthalmiis minus nudis; capite toto, collo, pectore, dorso alisque nigris, viridi-aeneo nitentibus; reetricibus nigro-aeneis, lateralibus remigibusque secundariis albo-terminatis; ventre, tibiis, abcomine uropygioque pure albis, lateribus nigris; remigibus nigricantibus. *Adult.*

Femelle du Calao de l'isle Panay Buff. pl. enl. n. 781 et *Femelle du Calao à bec ciselé Levaill.* l. c. t. 17. (Figurae ambae false ab auctoribus pro hujus speciei foemina indicatae.) *Buceros panayensis Lath., Gmel.*

Foem. adult. Mari, respectu rostri, similis, corpore toto unicolore nigro, viridi-nitente, excepta cauda rufescenti-alba fascia nigra terminata.

Calao de l'isle Panay Buff. l. c. t. 780. (fig. mediocr.) *Calao à bec ciselé mâle Levaill.* l. c. t. 16.

Buceros Buccinator Temminck Pl. col. n. 284.

Longitudo totalis 22-23''. Habitat ad promontorium *benae spei*, a colonis *Trompetvogel* nominatus. (*Mus. Paris.*)

Juv. viril. Rostro laevi dilute fusco, epithemate vix 1 1/2''' alto; capite, collo et corpore subtus griseo-albo rufescentibus; dorso, alis totis et cauda fusco-nigricantibus dilute rufolavatis; cauda alba fascia intermedia fusco-rufescente; macula genarum mentoque fuscis; pedibus fusco-flavicantibus.

Calao de Manille Buff. pl. enl. n. 891. *Buceros manillensis Lath., Gmel. Le Calao à bec cis. jeune âge Levaill.* l. c. t. 18.

Nota. A *Bucerote albirostri* subsimili uropygio albo, remigibus primariis totis nigris, periophthalmiis minus nudis epithematisque forma primo adspectu distinguitur. Species haec, ut cl. *Temminck* bene judicavit, verisimile est *Labatii* (*Voy. 4. p. 160.*) „*Oiseau Trompette*“ a *Lathamio* cum *Bucerote africano* false confusa, quae cum *Bucerote Rhinocerote* unam eandemque speciem format.

Magnitudo, excepto collo longiore, circiter *Coracis*; pedes plumbei; orbitae nudaе, fuscae; irides albae. Habitat in insulis *Philippinis*. (*Mus. Paris., Lugd.*)

13. *B. sulcirostris*. Rostro magno, arcuato, fusco-nigro, maxilla et mandibula basi sulcis verticalibus testaceo-rubris; epithemate simplici nigro, a frontis parte antica usque ad medium maxillae culminis ducta, undi-

14. *B. oxyurus*. Rostro cum epithemate nigro, illo majusculo, arcuato, hoc secundum maxillae culmen flexo, simplici, 19''' alto, lateraliter plano, postice cum fronte connato, antice in cornu acutissimum, subdeorsum

flexum excurrente, ad rostri medium usque porrecto; occipite cristato, collo et toto corpore supra griseo-cinereis, capite supra alisque obscurioribus; corpore subtus inferius a collo usque ad crissi finem albo; remigibus secundariis albedo-terminatis, primariis totis nigricantibus; reetricibus dorso concoloribus fascia subapicali nigra, largiuscule albo-terminata, 2 intermediis quam caetera longioribus nigro-terminatis.

Sonner Voy. 2. t. 121. (fig. vitios.) *Buceros ginginianus Lath. Le Calao de Gingi Levaill.* l. c. p. 32. t. 15.

Longitudo totalis 2', rostri in linea recta 3½'', caudae 10''; epithema culmine et basi album; pedes fuscii. Habitat in India. (*Mus. Paris.*)

15. *B. exaratus.* Rostro subarcuato, mediocri, absque epithemate, maxillae culmine perelevato cestri-formi compresso, parum ante maxillae apicem laevem suboblique subdentato-truncato, sulcis utrinque ad latera quatuor profundissimis, longitudinalibus, horum quatero marginali omnium latissimo; mandibula laevi subtus in medio subangulosa; capite postice subcristato, collo et toto corpore subtus unicoloribus nigris; dorso, alis et cauda nigerioribus nonnihil aeneo-viridi nitentibus, unicoloribus. *Adult.*

Buceros exaratus Temm. Pl. col. t. 211.

Rostrum fusco-corneum, apice albidum; cauda aequalis; remiges caudae basin attingentes. Longitudo totalis 19''. Habitat in insula *Celebes.* (*Mus. Lugd.*)

16. *B. melanoleucus.* Rostro mediocri, arcuato, epithemate subdistincto, 2-3'' alto, ultra maxillae medium extenso, postice cum fronte aequali, antice rectiuscule truncato; capite, collo, alis et toto corpore supra unicoloribus nigris; reetricibus intermediis quatuor et extime

utrinque nigris, duabus utrinque caeteris albis; corpore subtus inferius a collo usque ad crissi finem albo, ad latera nigro-lavato.

Le Calao longibande Levaill. l. c. p. 87. t. 233. *Buceros fasciatus Shaw Gen. Zool.* 8. p. 34. *Buceros melanoleucus Vieill.* l. c. p. 595.

Rostrum cum epithemate sordide flavum, apice rubro-fuscum, stria ejusdem coloris epithema inter et maxillae culmen, lineaque longitudinalis maxillae per nares ducta; pedes nigri; irides fusco-atrae. *Bucerate coronato paulo major.* Habitat in Africa, in Angola. (*Mus. Lugd.*)

17. *B. coronatus.* Rostro mediocri, toto cinnabarino, epithemate subdistincto, lineas nonnullas alto, postice cum fronte aequali, antice devexo; capite, collo, pectore supremo et toto corpore superiore nigris; lunula occipitis cum utroque apice occubrum canthum posticum attingente alba; reetricibus intermediis totis nigris, caeteris albo-terminatis; corpore subtus inferius a pectore usque ad crissi finem albo. *Mas adult.*

Le Calao couronné Levaill. l. c. 5. p. 89. t. 234. *Buceros coronatus Shaw Gen. Zool.* 8. p. 35. *Vieill.* l. c. p. 593.

Foem. adult. Mari simillima absque lunula occipitali.

Levaill. l. c. t. 235.

Foem. juv. Adulto similis exceptis collo antico et corpore subtus sordide albis, partibus corporis superioribus nigris nonnihil in fuscum vergentibus, rostro pallidius rubro.

Buceros melanoleucus Lichtenst. Hamburg. Catal. p. 8. n. 90. *Meyer Zool. Annal.* 1. p. 141. *Bechst. in Lath. Uebers:*

Pedes nigro-fuscii; irides flavo-isabellinae. Longitudo totalis 25'', rostri 4¾'', caudae 1'. Habitat gregarius in Africae au-

stralis, praesertim terrae Caffrorum sylvis densis, arboribus altis, ut plurimum ramis mortuis gratitans; insectis et cadaveribus victitat quae ultimo dicta saepius cum corvis et vulturibus consociatus gregibus numerosissimis appetit; inter volandum *Tinnunculi* instar cri, cri, cri, qui, qui-, interdum inter arborum frondem latitans voce rauciore cu, cu clamat; ponit in arboribus cavis ova quatuor tota alba. (*Levaill.*)

18. *B. Pyrrhopygus*. Rostro absque epithemate, toto laevi, magno, perarcuato, nigro, lateraliter albedo; vertice, occipitis crista larga, dependente, collo postico, dorso uropygioque fusconigris, griseo-coerulescenti lavatis; alis laete griseo-coerulescentibus, tectricibus superioribus nigricanti-terminatis, inferioribus albis; facie, gula, collo antico pectoreque albis, grisescenti-lavatis, caeteris partibus inferioribus griseo-cinereis, excepto crisso castaneo; rectricibus intermediis totis alis concoloribus, sequentibus apice, extimis margine externo albis; remigibus intus ex parte albolimbatis.

Le Calao-Gingala Levaill. l. c. 1. p. 47. t. 23. *Buceros gingalensis Shaw* l. c. p. 37. *Buc. Gingala Vieill.* l. c. 4. p. 600.

Rostrum $3''$ longum; *Pica* multo validior; cauda gradata. Habitat in *India* et in insula *Ceylon*. (*Levaill.*)

19. *B. nasutus*. Rostro absque epithemate, perarcuato, nigro, macula excepta utrinque infra nares longitudinali, subtrigona, lutea; stria a naribus supra oculos versus occiput ducta alba; partibus capituli caeteris, collo toto, dorso alisque sordide griseis, plumis albedo-limbatis; rectricibus duabus intermediis dorso concoloribus, caeteris a basi ad medium candidis, inde nigricantibus, albo-terminatis; corpore subtus inferius a collo

usque ad crissi finem sordide albo; remigibus nigricantibus. *Adult.*

Hydrocorax senegalens. melanorhynchus Brist. Av. 4. p. 573. t. 46. f. 1. *Calao à bec noir Buff.* pl. enl. n. 390. *Buceros nasutus Lath., Gmel.* (excepta varietate β .) *Le Calao nasique Levaill.* l. c. 5. p. 92. t. 236.

Juv. Adulto similis, rostro flavo, partibus corporis superioribus subrufescenti-tinctis.

Levaill. l. c. t. 237.

Pedes unguesque nigri. Longitudo totalis $20\frac{1}{2}''$, rostri solius ab oris angulo $3\frac{1}{2}''$ $8\frac{1}{2}''$, caudae $7''$ $3\frac{1}{2}''$, tarsi $1''$ $8\frac{1}{2}''$. Habitat in *Africa*, in *Guinea*, non rarus in *Senegambia*. (*Mus. Paris.*)

20. *B. Erythrorhynchus*. Rostro absque epithemate, arcuato, toto rubro; capite, collo et toto corpore inferiore albis; vertice taenia intermedia longitudinali nigricante; dorso, uropygio scapularibusque sordide griseis; alarum tectricibus superioribus sordide albis maculis nigricantibus variegatis; remigibus primariis nigricantibus; rectricibus duabus intermediis sordide griseis, lateralibus omnibus nigricantibus, apice albis.

Hydrocorax senegalens. erythrorhynchus Brist. 4. p. 575. t. 46. f. 2. *Calao à bec rouge Buff.* pl. enl. n. 260. (*fig. medio-cr.*) *Buceros nasutus Gmel., Lath.* Var. β .

Juv. Rostro tomis laevibus, aurantio; pedilus fusco-rufis; ptiloseos pictura adulti, exceptis capite et collo postico albis nigricanti-lavatis.

Le Calao Toc. Levaill. l. c. 5. p. 94. t. 238.

Pedes rubri. Longitudo totalis $18''$, rostri ab oris angulo $3\frac{1}{2}''$, caudae $6''$ $10\frac{1}{2}''$, tarsi $1''$ $6\frac{1}{2}''$. Habitat in *Africa*, in *Guinea*, frequentissimus in *Senegambia*. (*Mus. Lugd., Paris.*)

BUCEROS.

Observationes.

α. *Species a me non observatae quae ante earum receptionem in systema ulteriore examine indigent:*

1. *Buceros malayanus* et *Buceros comatus* (*Raffles* Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 292. et p. 393. Avis primo dicta *Buceroi coronato* similis). — 2. *Buceros jubatus* *Vieill.* N. D. 4. p. 593. — 3. *Buceros plicatus* *Lath.* var. *β.* — 4. *Buceros griseus* et *Buceros viridis* *Lath.* Suspicio hasce duas aves (an sexu diversas?) ad genus *Philedon* spectare.

β. *Nomina avium sequentium e systemate prorsus relegenda:*

1. *Buceros ruber* *Lathamii* ac *Shawii*. Descriptio hujus

avis pictura pessima, in *Shawii* Zoologia (T. 8. t. 2.) spectanda, nixa est. A vero non multum abhorrebo eam pro *Ampelide militari* (*Coracia militari Lathamii*) habens. — 2. *Buceros albus*. (Descriptio hujus avis potius ad avem quamdam aquaticam spectare videtur.)

Nota. *Buceros orientalis Lathamii* et *Shawii* (sed non *Buceros orientalis Ottoi* in operis Buffoniani interpretatione, qui ad *Lathamii Scythropem Novae Hollandiae* spectat), *Merops corniculatus* *Lath.*, *Shawii*, *le Corbi-Calao* *Levaill.* (Ois. rares de l'Amer. etc. 1. t. 24.), *Creadion corniculatus* *Vieill.* pertinet ad *Philedonem corniculatum*.

205

GENUS MEGAPODIUS*

ROSTRUM capite parum brevius, gracilius, medio et basi aequè latum ac altum, non durissimum, subtrigonum, rectum; maxilla basi dilatata, versus apicem sensim strictior et ibi subconvexa, culmine distincto, subangusto, rotundato-cultrato, ante dextrum obsoleto, utrinque a narium apice antico fere usque ad rostri basin ad latera sua fossam maximam, membrana obductam, impressam, basi plumulis aut earum rhachibus piliformibus obsitam relinquente, versus apicem permodice deducta et in apicem attenuatum, obtusiusculum excurrentem; tomia integerrima, infra nares subarcuato-flexa ibidemque patentiuscula, inde versus apicem vix emarginatum subintrada; mandibula rectissima, angusta, tomis integerrima, acuta, gnathidiis longitudinaliter subsulcata et ad oris angulum deorsum ducta; myxa breviuscula, subcarinatoconvexa; furca angusta, angulum mentalem longum, subacutum formans.

NARES laterales, in rostri medio et in ejusdem fovea membranacea sitae, elongatae, patulae.

LINGUA

PEDES gressorii, tetradactyli, robustissimi subaversi, digitis validissimis, tribus anticis fere aequalibus, fissis, medio omnium longissimo, externo cum intermedio basi tantum coadunato; tarsotheca tota ac acrodactyla scutellis magnis, marginibus perdistinctis obsita; hallux (ejusdem unguis apice tantum incumbens) a pternae medio amotus, digito interno antico cum basi sua oppositus; *ungues* maximi, validissimi, imprimis hallucum, duri, cornei, obtusiusculi, lati, culmine convexi, paulo arcuati, inferius vix convexi et ibi marginibus *simulate* et vix conspicue incisi, posticus omnium longissimus, hallucis longior, antici digitis dimidia parte breviores.

CAUDA abnormis, his parva et alarum apices parum transcendens, illis longissima, omnibus retricibus 12 (16 interdum mare).

*) Quoy et Gaimard Voy. autour du monde p. 124. — Temminck Pl. col. Livr. 37. — Menura Lath., Cuv., Illig., Vieillot, Temm.

MEGAPODIUS.

ALAE mediocres, subamplae, inferius concavae, rectricibus 1 et 2 quam quarta et quinta, omnium longissimae, breviores.

PTILOSIS. Plumae colli antici cutem aegre obtegentes, breves, pogoniis diffractae, trunci superioris ac inferioris occipitisque longae, numerosae, pogoniis totis decompositis; radiis versus apicem plumulosis, molles, uropygii subnutantes; regio circa oculos nuda.

α. Cauda elongata.

1. *M. Menura*. Cauda elongata, plana, rectricibus 16, harum utrinque extrema omnium fere longissima pogoniis densis, eorum interno lato, per totam longitudinem aequali; externo strictissimo, cinereo, altero maculis numerosis transversim trigonis, diaphanis, subtus albo limbo interno lato fulvo-fusco, apice extimo pogoniis in utroque latere dilatatis, nigra, extrorsum curvata; rectricibus duabus intermediis externis multo brevioribus latere externo pogonio stricto, undique aequali, latere interno nudo, radiolis rarissimis, brevissimis, anguloso-flexis, versus apicem parum longioribus, rectis; rectricibus caeteris extimarum longitudine absque vexillo vero, radiis singulis, perdistantibus, elongatis, rectis, rhachi versus apicem subarcuata, omnibus supra nigris, subtus albis; capite, collo et toto corpore supra et subtus cinereis, unicoloribus, exceptis dorso, tergo alisque extus fuliginoso-fusco-, gula subrufescentiunctis; verticis et occipitis plumis longiusculis. *Mas adult.*

Menura Novae-Hollandiae Lath. Ind. Suppl. p. 61. *Vieill.* Ois. dorés 2. t. 14. (*fig. satis accurata.*) *Parkinsonius mirabilis* Bechst. in Lath. Uebers.

Foem. adult. Cauda recta, cuneata, rectricibus 12 pogoniis densis, mediis $1\frac{7}{8}$ '' externis 10'' longis et tota corporis ptilosi ut in mare pictis.

Juv. viril. hornot. Foeminae adultae simillimus; rectrice utrinque extrema apice curvata nigra; rectricibus interdum interpositis mari illis adulti similibus.

Vieill. l. c. t. 16. (*fig. bona.*)

Rectrices 2 extremae formam lyrae antiquae praebentes; ro-

strum nigricans subtus corneorufescens; pedes nigri; ungues corneo-fusci. Longitudo a rostri apice usque ad caudae basin $14\frac{1}{4}$ '' , caudae solius 23'' , tarsi 3'' $\frac{2}{3}$ '' , alae $11\frac{3}{4}$ '' , digiti intermedii, excepto ungue, 9'' , unguis 1'' $\frac{1}{3}$ '' , hallucis $1\frac{1}{2}$ '' , ejusdem unguis fere $1\frac{1}{2}$ '' , rostri ab oris angulo 1'' 8'' , myxae 6'' , latitudo rostri ad basin $4\frac{1}{2}$ '' , apice extimo 1'' , ejusdem altitudo ad basin $4\frac{1}{2}$ '' ; latitudo rectricis utrinque extremae fere 2'' . Habitat in *Nova-Hollandia* frequens locis montosis. (*Mus. Paris.*, *Lugd.*, *Monac.*)

Nota. Conjunxi hanc speciem cum caeteris hujus generis, nam characteres veri ejus generici prorsus in aliarum has quadrant. Abnormis caudae structura bene ad speciem, neutiquam vero ad distincti generis formationem spectat.

β. Cauda brevi.

2. *M. Freycineti*. Unicolor nigro-ardesiacus alis caudaque paulo obscurioribus; collo raro-plumoso cute sordide rubro-pellucente; rostro dilute fusco; pedibus unguibusque nigris.

Megapodius Freycineti Quoy et Gaimard Voy. autour du monde p. 124. Atl. t. 32. (*fig. opt.*) *Temm.* Pl. col. t. 220. (*fig. opt.*)

Cauda brevis, rotundata, rectricibus 12, alis ultra dimidiam partem tecta; pedes robustissimi unguibus validissimis, subarcuatis, apice depressis, quam digiti fere aequales dimidia parte brevioribus armati. Habitat frequentissimus in Archipelago indici insulis *Quebé*, *Amboina* et *Banda*, fere semi-domesticus, ad sylvarum magnarum maritimis confinium margines; vox glaciens; cursus vacillans; vox latus non perdurans, strepitans; in fugiendo sylvas densas capitat; ova parit pro corporis ma-

le magnitudine disproportionata, in utroque apice fere aequalia, $3\frac{1}{2}$ '' longa, dilute rubra ad maritima in arenae fossa, foliis siccis ramulisque adstrata; haec ab incolis diligentissime colliguntur et comeduntur. Papuae *Mankirio*. (*Mus. Paris., Lugd.*)

3. *M. La Perousii*. Collo nudo, rubicundo-subflavo; plumis occipitis dilute fuscis, angustis, suberigendis; dorsi alarumque plumis fuscis, versus apicem irregulariter rufo-mixtis; cauda subtus, pectore et ventre dilutius rufis, unicoloribus.

Megapodius La Perouse Quoy

et *Gaim.* l. c. p. 127. Atl. t. 33. (*fig. opt.*)

Rostrum corneum, supra basi nigricans, maxilla quam in specie praecedente magis curvata; pedes flavi; digitus versus extremitatem aequae ac unguis niger. Longitudo $9\frac{1}{2}$ '' . Habitat rarior in *insulis Marianis*, ab incolis *Sassegniat* nominatus. (*Mus. Paris.*)

Nota. Extat alia adhuc species hujus generis ex *insulis Moluccis*, in manuscripto meo non satis definita, quam cl. *Temminck* propediem sub denominatione *Megapodii Reinwardtii* illustrabit.

GENUS RHYNCHOPS.*

ROSTRUM abnorme, capite multo longius, rectum, mandibulis basi subtriquetris, dein laminaribus; *maxilla* quam mandibula multo *brevior*, subtilissime et obverse acinaci-formi flexa, acuta, medio hians, ab apice ad medium usque compressissimo-laminari, culmine indistincto acutissima, a medio usque ad basin sensim incrassans, paratonis ibi convexa, integra sed versus nares aciem longitudinalem, perprosilientem, inferius exaratum relinquens, solida, tomis sibi quam maxime approximatis, acutis, integerrimis, parum emergentibus, canaliculum apice paulo profundiorum pro recipiendo tomio mandibulae formantibus, basi divergentibus; palato trigono, latiusculo; mandibula solida, longior per totam fere longitudinem aequali altitudine, laminaris, compressissima, apice acutissimo rotundato-truncata, tomis basi tantum distinctis inde in aciem unicam acutissimam, integerrimam inter maxillae tomiorum canaliculum cadentem coalitis, lateribus in medio lineis obliquis subemergentibus notata, gonyde longissimo, acutissimo; gnathidia incrassata brevissima, ab angulo mentali brevissimo, plumoso ascendunt.

NARES basales tomis propiores et supra eorundem aciem prosilientem sitae, longitudinales, oblongae, patulae, perviae, a basi ad medium usque tunica membranacea semiclausae.

LINGUA brevis, angusta, acuta, integra.

PEDES tetradactyli, palmati, breviusculi; tarsus quam digitus intermedius longior, subangulosus; tibia ex parte nuda; digitus externus cum intermedio aequalis longitudinis; hallux brevis, unguiculatus, liber, in-

*) *Linnaei et omnium auctorum. Rynchopsalia Briss.*

sistens, introrsum transversim positus; palama emarginata; ungues falculares, longiusculi, graciles, medius lateralibus duplo validior acie interna prosi-
liente integra, posticus brevis, conicus; acropodia
scutulata.

CAUDA mediocris, furcato-emarginata, rectricibus 12.

ALAE longissimae, sursum falcatae remige prima om-
nium longissima.

PILOSIS eadem quae *Sternae*.

1. *Rh. nigra*. Frontis fascia, capite ad latera, corpore subtus a menti initio usque ad crissi finem, alarum tectricibus inferioribus, superioribus majoribus ac remigibus secundariis apicibus (vittam in ala obliquam formantibus) pure candidis; pileo toto, collo postico, dorso, tergo, uropygio, caudae alarumque tectricibus superioribus, remigibus primariis totis et secundariarum parte reliqua saturate fuliginoso-nigris; rectricibus cinerascentibus in utroque latere albo-limbatis; rostro a basi fere usque ad medium rubro, dein nigro. *Mas et Foem. adult.*

Rhynchopsalia *Briss.* 6. p. 223. (*Descript. completa.*) *Le bec en ciseaux de Caj. Buff.* pl. enl. n. 357. (*fig. mediocr.*) *Rhynchops nigra* *Auctor.* *Wils. Amer. Ornith.* 7. p. 85. t. 60. f. 4. (*fig. opt.*) *Coupeur d'eau.* *Azar.* n. 408.

Juv. hornot. Rostro in medio vix hiantē a basi vix usque ad medium rubicundo-flavido, dein fuscēcente, apicem versus nigricante; capite laterali, fronte et collo postico albidis, plus minusve maculis minutis cinerascentibus obsitis; partibus corporis inferioribus ut in adulta; capite supra, occipite, ejus lateribus, scapularibus ac alarum tectricibus superioribus omnibus cinereo-fuscēcentibus pluma quavis albido-fuscēcente limbata; dorso, tergo et uropygio ejusdem coloris, concoloribus; vitta alarum alba minus lata; rectricibus ut in adulta, pallidioribus et margine apicali fuscēcente terminatis.

Rhynchopsalia fulva *Briss.* l. c. p. 227. *Rhynchops nigra* *Auctor.* var. β . *Azar.* l. c. p. 292. *Rhynchops cinerascens* *Spix* Av. Brasil. t. 102. (*fig. bona.*)

Pullus. Rostro capitis fere longitudine, mandibulis longitudinis aequalis et continuae altitudinis, rufescente, versus apicem fusco; mandibula acutiuscula acie infra nares parum emergente; maxilla rectiuscula; cauda aequalis rectricibus fuscēcentibus rufescenti-limbatis; corpore toto subtus albo; capite toto supra et ad latera, dorsi, tergi ac uropygii plumis ac alarum tectricibus superioribus omnibus dilute rufescenti-fuscēcentibus, basi cinereis; tectricibus alarum inferioribus albis subtilissime cinerascenti-lavatis; alis caudae apicem parum transcendentes absque vitta alba, remigibus secundariis et primariis ex parte fuliginosis, margine apicali rufescentibus.

Rhynchops brevirostris *Spix* Av. Brasil. t. 103.

Pedes rubri unguibus nigris; irides fuscae; cauda furcato-emarginata. Longitudo a fronte usque ad apicem rectricis extimae 15'', alae 15'' 9''', caudae in medio 4'', ad latera 5'' 1/2'', mandibulae ab oris angulo 4'' 2''', maxillae 3'' 3/4''; altitudo maxillae basi 1'' 1/2'', apice extimo 1'' 1/2''', mandibulae basi 7''', apice extimo 3''', tarsi 13'' 1/2'''. Habitat, exceptis polis, per totam fere *Americam*, imprimis frequens in *Cajenna*, *Guiana*, *Brasilia* et migratoria in pluribus Americae septentrionalis provinciis, solitaria, per paria aut gregibus parvis (9-10) juxta maritima aut paludum et fluminum littora; volando radit aquae superficiem, et in ea mandibula sola introducta, cum maxilla cibum, pisciculos scilicet et vermes, extrahit; raro natat; immergere totum corpus aut victum suum extra aquam colligere omnino nequit; corpore horizontaliter sito et collo subextenso in littoribus arenosis nonnullae saepe per totas horas requiescunt silentiosae ac immobiles aut gravi pas-

su et vacillante incedunt; ibi, semel in anno, in arenæ fovea ponit ova 3 pure alba maculis rotundis magnis, fuscescenti-nigris ac nigris conspersa, vix edulia, piscosi saporis, quibus foemina noctu solum aut tempore procelloso incubit; in littore pulli et a matre et a patre volando erudiuntur, hique eos praeterlapsis septimanis nonnullis sequuntur; voce injucunda sternarum instar clamat *gua*. (*Mus. Paris., Monac. etc.*)

2. *Rh. albirostris*. Speciei praecedenti respectu ptiloseos pic-

turae simillima, diversa ab ea: rostro albo, basi sanguineo.

Rhynchops albirostris *Lichtenst.* Vög. Verz. S. 80. *Rhynchops flavirostris* *Vieill.* N. D. 3. p. 338. *Encycl. method.* 1820. p. 351. t. 235. f. 4.

Juv. Corpore supra griseo aut fusco, plumis ferrugineo-limbatis; remigibus secundariis apice albis; rostro versus apicem fuscescente.

Pedes fuscii. Longitudo totalis 14'', alae 13'', mandibulae 2'' 10''', maxillae 2'' 2''', tarsi 1''. Habitat in *Senegambia*, in *Aegypto* ad Nilum et in *Nubia*. (*Mus. Paris.*)

GENUS CORACIAS.*

ROSTRUM mediocre, subcorvinum, capitis longitudine, robustum, durum, rectum, compressum, multo altius quam latum, laeve, versus basin haud dilatatum sensim crassius, culmine indistincto convexum, tomis maxillaribus apice parum - versus basin vix patentiusculis - integerrimum et verticaliter declinatum, maxillae apice acuto, gracili subito deflexum et ibi ad latera sinuato - emarginatum, paratonis maxillae et mandibulae convexiusculum; mandibula recta, versus apicem sensim attenuata et apice extimo deorsum subtruncata; furca subangusta angulum acutiusculum formans; myxa elongato-subulata culmine convexa.

NARES basales, laterales, obliquae, rimam longiusculam formantes, patulae, postice membrana capistri plumis tecta semiclausae; vibrissae validae.

LINGUA cartilaginea, lineari-lanceolata, apice fimbriata.

PEDES ambulatorii, tetradactyli, subparvi, submolles; tarsus digito intermedio brevior; digiti omnes inaequales, toti liberi; acropodia scutulata; planta squamulosa; pelma basale haud dilatatum; ungues mediocres, subarcuati, compressi, excepto hoc digiti intermedii acie interna emergente.

CAUDA mediocris, aequalis, aut furcata aut aequalis cum rectrice utrinque extima elongata, rectricibus 12 mediocris latitudinis.

ALAE longiusculae acutiusculae, remige secunda omnium longissima, 1 et 2 paullo brevioribus aequalis longitudinis.

*) Linn., Gmel., Lath., Cuv., Lacép., Dum., Daud., Illig., Vieill., Temm. — *Galgulus* Briss. — (Continet praeterea *Gmelini* et *Lathamii* genus *Coracias* species ex generibus: *Tanagra* — *Ampelis* — *Lanius* — *Pica* — *Cryptorhina* — *Lamprotornis* — *Philedon* — *Colaris* — *Alcedo* — *Edolius* — *Pastor* — *Barita* — *Ceblephyrus* — *Coracina* Vieill. et Temm.

PILOSIS. Remiges supra aut subtus indico-coeruleo micantes; plumae trunci superioris ac inferioris capitisque adpressae, marginibus laxae, pectoris, colli et capitis rigidiusculae, in fronte laxae rhachi rigida; caudae alarumque tectrices superiores densae apice rotundatae.

1. *C. garrula*. Capite, excepta frontis parte antica albida, collo, alarum tectricibus inferioribus, superioribus majoribus ac mediis, alula ac toto corpore subtus a mento albido usque ad crassi finem unicoloribus aeruginoso-viridibus; alarum tectricibus superioribus humeralibus saturatissime violaceis; uropygio ac remigibus subtus, excepto earum apice nigro, indico-coeruleis; dorso, scapularibus remigibusque ex parte dorso proximis fuscescenti-rufis; remigibus supra nigris, primariis extus virescenti-tinctis; caudae tectricibus superioribus cyanescenti-viridibus; reetricibus 2 intermediis totis olivaceis, caeteris albivirescentibus, subtus a basi ultra medium indico-coeruleis extima utrinque macula ejusdem coloris terminata. *Mas adult.*

Edw. t. 109. Le Rollier Buff. pl. enl. n. 486. Coracias garrula Auctor. Naum. Vög. t. 6. f. 11. Le Rollier vulgairq Levaill. Ois. de Parad. 1. p. 90. t. 32.

Foem. adult. Mari simillima ab eo colore minus laeta pectoreque subrufescenti-lavato vix distinguenda.

Levaill. l. c. t. 33.

Juv. Foeminae adultae similis coloribus minus puris induta, pectore subrufescenti-lavato; iridibus griseo-fuscis.

Levaill. l. c. t. 33. (sub nomine foeminae.)

Pull. Juveni similis, pictura pallidiore, viredine subcinerascenti- et rufescenti-lavata mandibula basi fuscescente.

Rostrum corneo-nigrum; pedes sordide aurantio-flavi, unguibus nigris; irides dilute avelanae; lingua flava; cauda aequalis, reatrice maris extima (non foeminae ut cl. *Wolf* indicat) caeteris 2-3^{///} longiore, foeminae eadem parte brevior. Longitudo totalis 11^{1/2}'' , caudae solius 4^{1/2}'' , rostri ab oris angulo

1^{1/2}'' , tarsi 11^{///} , alae 7^{1/4}'' . Habitat in *Europa* migratoria, frequens in Italia, Sicilia, Malta, Scania, non raro in Francia, Germania, imprimis in Bavaria (ubi etiam nidificat), Helvetia, in Suecia, rarissima in Anglia, nunquam in Hollandia, porro in *Siberia* et in *Africa* septentrionali; degit locis arboribus frondosis obsitis, libenter ad sylvarum margines et ibi locum primum delectum vix relinquens; timida; ut plurimum per paria; victitat insectis, imo interdum mammalibus parvis, vox ingrata; nidificat in arborum cavis ova 4-7 nitide alba ponens.

2. *C. caudata*. Praecedenti quoad ptiloseos picturam prorsus similis, diversa ab ea: statura paulo minore, caudae angustioris ac aequalis reatrice utrinque extima, caeteris duplo longiore, strictissima, a basi usque ad medium albido-virescente, inde nigra, caeteris pallidioribus, lateraliibus vix, intermediis medio minus indico-violacco tinctis, remigibus supra et subtus caudaeque tectricibus superioribus indico-coeruleis. *Mas adult.*

Le Rollier d'Abyssinie Buff. pl. enl. n. 626. Coracias abyssinica Auctor. The swallow-tailed indian Roller Edw. t. 327. (Le Rollier du Senegal Buff. pl. enl. n. 326. — Coracias senegala Auctor.) Coracias Albifrons Shaw Gen. Zool. Le Rollier à long brins d'Afrique Levaill. Ois. d'Afr. p. 75. t. 25. Galgulus caudatus Vieill. N. D. 29. p. 433.

Foem. adult. Mari quoad ptiloseos picturam, simillima, reatrice extima utrinque brevior, caeteras 3^{///} transcendente.

Juv. Fronte, gula, pectore lateribusque rufescentibus; uropygii et tectricum humeralium coeruleidine viridi-mixta et ru-

fescenti-nitente; rectrice laterali extima paullo caeteras transcendente.

Rostrum cornéo-nigrum; pedes flavo-rufescentes; irides fusco-rufae. Longitudo a rostri apice usque ad finem rectricum intermediarum $11\frac{1}{4}$ " , caudae solius 5 " , rectricis extimae $8-10$ " , rostri ab oris angulo $1\frac{1}{2}$ " , alae $5\frac{1}{2}$ " , tarsi 9 " . Habitat frequens in *Africa meridionali*, (migratoria) ad *caput bonae spei*, in *Senegambia* et in *Abyssinia*, copulae tempore per paria; dein cum juvenibus; consociata nidum struit permagnum in arborum ramis, trunco approximatum e herbis et e musco, intus foliis siccis stratum, in quo foemina ova ponit quatuor virescentia rufo-punctulata; vox, ratio volatus et corporis motuum omnino *Picae glandariae*. (*Mus. Paris., collect. mea* etc.)

Nota. Inter multa specimina hujus speciei non unicum collo postico rufo praeditum vidi. Suspicio quare iconem Buffonii in operis sui tabula 326 spectandam (an Edwardsianae figurae copia?) ex specimine sumtam esse, in quo colli plumae rufae artificiose insertae fuerunt.

5. *C. naevia*. Frontis mentique plumis albo-rufescentibus; capite ad latera et toto collo antico violascentibus pluma colli quavis stria intermedia longitudinali albo-rufescente; collo laterali ac postico vinaceo-tinctis; cervice sensim, dorso, scapularibus remigibusque dorso proximis virescenti-olivascensibus, subtilissime rufescenti-lavatis; uropygio purpurino-rufo; capite supra sordide viridi, regione superciliari cum aliquo virore turcoso; collo infimo pectoreque rufo-violascentibus, partibus caeteris inferioribus turcoso-viridibus; cauda turcoso-viridi basi large et apice indico-coerulea rectricibus 2 intermediis totis olivascentibus; ala-

rum tectricibus humeralibus, caudae superioribus remigibusque indico-coeruleis, hisce versus apicem turcoso-viridibus. *Mas adult.*

The blue Jay from the East-Indies Edw. 3. t. 326. (*fig. mediocr.*) *Coracias indica* Auctor. *Rollier de Mindanao* Buff. pl. enl. n. 285. (*fig. mediocr.*) *Coracias bengalensis* Auctor. *Garrulus naevius* Vieill. l. c. p. 431. *Le Rollier varié* Levaill. l. c. p. 80. t. 27. (*specimen ex insul. Moluc.*) et t. 28. (*spec. ex Africa.*)

Foem. Mari adulto similis, genarum et colli antici plumis minus laete violaceo-tinctis, striis longitudinalibus latioribus, pectoris rufedine ad femora usque protensa.

Juv. viril. et foem. Superciliis fronteqe albis; capite supra et nucha unicoloribus ferrugineis, capite ad latera et corpore subtus inferius a mento usque ad crissi finem ejusdem coloris in certa luce violascentiresplendentibus et pluma quavis stria intermedia longitudinali alba; rectricibus unicoloribus indico-coeruleis, exceptis duabus intermediis olivascentibus; pictura remigum et dorsi ut in adulta, tectricibus alarum majoribus ferrugineis violaceo-purpurino nitentibus; alarum tectricibus inferioribus albis, roseo-lavatis.

Coracias pilosa Lath. *Suppl. Coracias crinita* Shaw *Gen. Zool. Coracias naevia* Daud. — *Levaill.* l. c. p. 34. t. 29.

Irides fusco-castanae; rostrum nigrum; pedes rufescentes; cauda aequalis. Longitudo totalis $12\frac{1}{2}$ " , caudae solius $5\frac{1}{2}$ " , alae $6\frac{3}{4}$ " , rostri ab oris angulo $1\frac{1}{2}$ " , tarsi 10 " . Habitat frequens in *India orientali*, in *insulis Moluccis* et in *Africa a Senegambia* usque ad *caput bonae spei*, in sylvibus; nidum struit in cacuminibus arborum altissimarum intus plumis stratum, ova quatuor rufescentia ponens; timidissima; vox *Coraciae* gar-

ralae; viciatit fructibus et insectis; migratoria in *Africa*. (*Mus. Paris., collect. mea.* etc.)

Nota. *Coraciam pilosam* huc ponenda, nam *Lathamii* ejus descriptio e pictura hausta prorsus in avem juvenilem hujus speciei quadrat. — Specimina moluccensia specimenibus bengalensibus et africanis undique simillima sunt sed ptilosin, imprimis colli laetius et saturatius tinctam habent.

4. *C. viridis.* Regione circa rostri basin subrufescenti-albida; capite, collo, trunco supra et subtus alarumque tectricibus superioribus omnibus laete unicoloribus turcoso-viridibus, partibus corporis inferioribus parum dilutioribus; uropygio reatricibusque duabus intermediis viridi-coerulescentibus; reatricibus caeteris remigibusque violaceo-coeruleis; ventre infimo crissoque albidis virescenti-tinctis. *Adult.*

Le Rollier verd. Levaill. l. c. p. 88. t. 31. *Coracias viridis Cuv., Gulgulus viridis Vieill.* l. c. p. 436.

Habitus *Coraciae garrulae*, ea vix minor; cauda aequalis; rostrum nigrum; pedes rufi. Habitat in *India orientali*.

Nota. *Coracias vivida Lathamii* (*Coracias cyanea Gmelini*) neutiquam huc pertinet ut cl. *Temminck* indicat, nam nec hujus avis color nec ejusdem magnitudo cum *Coracia viridi* conveniunt. (Vide observationes in fine hujus generis.)

5. *C. Temminckii.* Frontis ac totius pilei plumis numerosis, longiusculis, cristae speciem formantibus, laete turcoso-virescentibus; collo postico, facie, uropygio, cauda tota, ejusdem tectricibus superioribus, alis magna parte ac toto corpore subtus amenti initio usque ad crissi finem unicoloribus indico-coeruleis, nonnihil in obscure viola-

ceum vergentibus; dorso, scapularibus et remigibus tergo proximis viridibus. *Adult.*

Le Rollier Temminck. Levaill. Promer. et Guêp. p. 46. t. Fig. G. *Garrulus Temminckii Vieill.* l. c. p. 435.

Rostrum nigrum; pedes fusco-rubicundi; cauda aequalis; crista ut in *Pica glandaria*. *Coracia garrula* vix paulo major. Habitat in *India orientali*. *Levaill.* (*Mus. Lugd.*)

6. *C. Cyanogaster.* Cauda furcata cum rectrice laterali utrinque extima elongata ac alulae margine turcoso-viridibus, reatricibus extimis apice nigro-coerulescentibus; capite et collo totis pectoreque subvinateo-rufis, viridescenti-tinctis; ventre, lateribus, abdomine, femoribus, uropygio, caudae tectricibus superioribus ac inferioribus alarumque superioribus omnibus saturate indico-coeruleis; remigibus coeruleis, medio turcoso-viridibus, apice nigris; dorso supremo scapularibusque fuscolivaceis, unicoloribus. *Adult.*

Le Rollier à ventre bleu Levaill. Ois. de Parad. 1. p. 78. t. 26. *Coracias Cyanogaster Cuv. Garrulus Cyanogaster Vieill.* l. c. p. 436.

Coracia garrula paulo major; rostrum nigrum; pedes griseo-fusci. Habitat in insula *Java*, et non, ut cl. *Vieillot* indicat, in *Africa*.

Observationes.

1. *Coracias cayanensis Gmel.*, *Lath.* est: *Habia à sourcils blancs Azar. Saltator virescens et Saltat. coerulescens Vieill.* N. D. — *Tanagra decumana Lichtenst.* Vide: *Tanagra superciliaris Spix* Av. Brasil. 1. t. 57. f. 1.
2. *Coracias mexicana Gmel.*, *Lath.* spectat, ni fallor, ad *Picam infaustam. Sebae* icon aequae ac descriptio pessimae derivantem destituunt. Deleatur hoc avis nomen.

3. *Coracias striata* Lath., Gmel. *Philemon sagittatus* Vieill. *Georgii Forsteri* icon hujus avis optima ab eo in *Nova-Caledonia* elaborata et in operis sui inediti tabula 54 sub nomine „*Coracias pacifica*“ conspicua, a *Lathamio* silentio depicta, exhibet pulchram speciem e genere *Lanii*, *Lan. striat. m.*
4. *Coracias strepera* Lath. Vide: *Barit. strep. Temm.*
5. *Coracias varia* Lath. Vide: *Barit. var. Temm.*
6. *Coracias sinensis* Gmel., Lath. Vide: *Pica. specios. Shaw.*
7. *Coracias Tibicen* Lath. Vide: *Barit. Tibic. Temm.*
8. *Coracias militaris* Lath., (*Buceros ruber* Lath., Shaw) Vide: *Ampel. militar.*
9. *Coracias docilis* Gmel., Lath. Vide: *Past. docil.*
10. *Coracias caudata* Linn., Lath., Gmel. a *Brissonio* ad avem artificiose compositam (*Corac. caudat.*), cui caput *Coraciae naeviae* insertum erat, describebatur. Hanc debemus notam cl. *Levaillantio* qui hoc ipse vidit artefactum.
11. *Coracias scutata* Shaw, Lath. est *Vieillotii* et *Temminckii Coracina scutata.*
12. *Coracias Puella* Lath., *Irena Puella Horsf.* Vide: *Edol. Puell. Temm.*
13. *Coracias vagabunda* Lath. Vide: *Pic. vagab. Vieill.*
14. *Coracias nigra* Lath. Vide: *Cryptorhin. Piapiac.*
15. *Corac. melanocephala* Lath. — *Cuculus sinensis* Linn., Gmel., Lath. — *Corvus Erythrorhynchus* Gmel., Lath. Vide: *Picam Erythrorhynch.*
16. *Coracias afra* Lath. Vide: *Colar. purpurasc.*
17. *Coracias madagascariensis* Gmel., Lath. Vide: *Colar. violac.*
18. *Coracias orientalis* Gmel., Lath. Vide: *Colar. cyanicol.*
19. *Coracias caffra* Linn., Gmel., est *Nabouroup Levaillantii* (Ois. d'Afr. 2. p. 123. t. 91.) et nec *Turdus nitens* auctorum ut cl. *Cuvier* suspicatur, nec *Turdus Morio* similimus at vix coeruleo-nitens. Vide: *Lamprotorn. Naburup.*
20. *Coracias sagittata* Lath. Suppl. est secundum *Vieillot* species quaedam e suo genere *Philemon.*
21. *Coracias Melanops* et *Coracina Melanops* Vieill., *Corvus Melanops* Lath. Suppl., *Le Rollier à masque noir Levaill.* Ois. de Parad. 1. t. 30. Vide: *Ceblephyr. Melanops.*
22. *Coracias Sumatranus* *Raffles* *Transact. of the Linn. Soc.* 13. p. 303. Vide: *Eurylaim. Corydon.*

Nota. Lathamii Blue Roller (solum in *Synopseos* volumine primo descripta, *Gmelinii Coracias coerulea*) et ejusdem *Coracias vivida* (*Gmelinii Coracias cyanea*) ab hoc auctore ad specimina (ex *Alcedinis* genere species exhibitia) mutilata sic obscure descriptae sunt, ut impossibile sit earum quamquam pro specie distincta determinare, ex avium systemate prorsus relegendur. Hanc *Shawii* observationem affirmare valeo sed nec *Alcedo atricapilla* nec *Alcedinis smyrnensis* varietas γ ab hoc auctore citatae illas exhibent.

Lathamii Coracias pacifica species ambigua a me nondum visa ante in hoc genus receptionem examinauda est.

GENUS GRUS.*

ROSTRUM capite longius aut ejusdem fere longitudine, rectum, compressum, crassiusculum, apice elongato aut convexiusculo-conicum; maxilla cum mandibula aequali fere longitudine et aequali altitudine, compressiuscula, per totam fere longitudinem aequali altitudine, versus apicem rectiusculum aut rectum obtuse acuminatum, integrum subdescendens, culmine indistincto a basi ultra medium plana, dein usque ad apicem rotundata, paratonis sulco a basi usque ultra medium ducto, dein ante apicem sensim obsolete excurrente, latissimo, rectissimo, profundo, postice ceromatis specie obducto, culminis et tomiorum aciem prosilientem, rectam, rotundatam relinquire munita; tomia integra apice interdum denticulato-emarginata, recta, acie longitudinaliter exarata, apice solum patentiuscula; maxilla rectissima, valida, gnathidiis subexarata, apice recto obtusiuscula, tomis rectissimis interdum versus apicem incisula, gonyde ascendente culmine planiusculo-rotundato; angulus mentalis dimidiam mandibulae partem occupans, acutiusculus, cum apice ramphothecae substantiam corneam obsolete intrans.

NARES pone medium maxillae in sulco laterali sitae, concavae, perviae, oblique aut horizontaliter ellipticae, postice membrana clausae.

LINGUA carnosa, lata, acuta.

PEDES grallarii, elongati, congrui, tetradactyli, digitis sublopatinis; tibiae pars magna nuda; digiti robusti, breviusculi; hallux parvus totus amotus, supra pternae medium positus; digitus intermedius omnium longissimus, quam tarsus triplo fere brevior, cum externo quam internus parum longiore membrana verruculosa usque ad medium phalangis primae aut ultra ducta conjunctus; internus digitus fere totus liber; enemidia et plantae squamis longiusculis, quadratis, interdum hispidis, in acrotarsiis majoribus aut transversis, scuti-formibus; acrodactyla scutulata,

*) *Brisson, Pall., Cuv., Lacép., Dumer., Bochst., Meyer, Illig., Temm., Vieill. Ardea Linn., Gmel., Lath., - Anthropoides Vieill.*

hypodactyla hispide verruculosa; ungues falculae arcuatae validae, acutissimae, teretiusculae, omnes integerrimae.

CAUDA mediocris alarum apicibus tecta, latiuscula, apice rotundata rectricibus 12.

ALAE mediocres, apice obtusae; remix prima quam secunda brevior, tertia et quarta omnium longissimae.

PILIOSIS. Colli teretis plumae nunc subulato-elongatae, lineares, nunc breves, subdiscretae et adpressae; remiges secundariae tergo proximae his latissimae, elongatae, arcuato-crispae, interdum pogonio externo discretae, illis subulatae, elongatae, rectae, flexiles; capitis illis latera, his vertex, rarius colli pars implumia, vertex interdum et facies crinita.

G R U S.

α. *Rostrum caput parum longitudine superante a medio ad apicem subdistinctum usque convexo-subintumido.*

1. *G. pavonina.* Occipite crista erecta, subglobulosa e rhachibus nudis, siccis, subcylindraceo-contortis, elongatis, rarissime pilulosis, setis porcinis similibus, albido-fuscescentibus, subtiliter, imprimis apice, nigricanti variegatis composita; capite toto ad latera nudo; regione pone oculos, mandibulae basin et tota parotica; maculae gulae nuda, prominula, diyaricata, laete roseo-sanguineis; occipitis lateribus sensim candidis; regione circa oculos et ad gulae latera nuda coeruleo-nigra; frontis, totius pilei ac striae gularis intermediae plumis velutino-tomentosis, breviusculis, nigerrimis; plumis totius colli, pectoris, epigastrii, dorsi supremi, hypochondriorum et fere tibiarum elongatis, angustis, acutis, densis, laete ardesiacis, corporis caeteris infimi, crissi, tergi, cauda tota scapularibusque nigris,

nonnihil in virorem vergentibus; alarum tectricibus superioribus ac inferioribus omnibus albis; remigibus primariis nigris, secundariis rufo-castaneis harumque ultimis pogonio externo discretis, tectricibus superincumbentibus magnis fulvescentibus, diffractis. *Mas et Foem. adult.*

The crowned african Crane. Edw. 4. p. 192. t. 192. (*fig. bona.*) *L'oiseau royal.* Buff. pl. enl. n. 265. (*fig. mala.*) *Ardea pavonina Auctor. Anthropoides pavonina Vieill.*

Juv. hornot. Pilei, colli supremi occipitisque cristae densae, breviusculae plumis curtis, velutino-rufescentibus; gula et regione parotica albido-plumosis; collo infimo, dorso et toto corpore subtus nigris, pluma quavis margine terminali ochrascente; alis isabellinis; abdomine crissoque albis; cauda nigra; rostro corneo-fusco.

Rostrum nigrum, apice corneo-albidum; pedes nigri cinerascenti-lavati, tarsus lateraliter squamulis lanceolatis perhispidis; ungues robusti, perarcuati, nigri, irides albae. Longitu-

do totalis 3' 5½'', rostri ab oris angulo 2½'' 8''', alae 21'', caudae apice rotundatae 16'', tarsi 6¾'', cnemidii 5½'', digiti intermedii, excluso ungue, 3'' 8''', altitudo cristae occipitis 4½''. Habitat in *Africa*, frequens ad caput viride, in Guinea et in Senegambia; vitae ratio et nutritio eadem quae aliarum specierum hujus generis; agilissima, contemplantem corporis sui inclinationibus crebris quasi consalutans. (*Mus. Paris., collectio mea; multas vivas vidi.*)

Nota. In foemina mare vix minore capitis calvities minus saturate rubro-tincta et ejusdem pars alba eodem colore subtiliter nubilata est; macula nuda gulae prominula rubra ut in mare.

2. *G. Virgo.* Capite fasciculo plumarum utrinque pone oculos orto versus occipitis latera arcuato-reclinatarum, longarum, sericearum, candidarum; vertice griseo; capitis parte caetera, colli parte suprema et tota antica plumis subulato-acuminatis, longis, mollibus, in pectus dependentibus, nigerrimis; partibus corporis omnibus caeteris saturate ardesiacis, exceptis remigibus reetricibusque nigris; caudae tetricibus superioribus acuminatis, pendulis. *Mas et Foem. adult.*

Edw. t. 134. (fig. bona.) La Demoiselle Buff. pl. enl. n. 241. (fig. accurat.) Ardea Virgo Auctor. Anthropoides Virgo Vieill. N. D.

Rostrum breviusculum, basi virescens, medio flavum, apice rubrum, acutum, capite vix longius; irides testaceo-aurantiae; pedes unguisque nigerrimi. Longitudo totalis 3' 3'', rostri solius ab oris angulo 2½'', caudae 0½'', cnemidii 3'', tarsi 7''. Habitat in *Europae* terris Asiae confinibus, circa mare nigrum et caspicum, nec non ad lacum *Baikal*, in multis *Africae* partibus, in Guinea, Numidia, frequens in *Aegypto australiore* ubi, teste cl. *Hasselquist*,

auctumno inferiores hujus terrae partes petit, plerumque juxta flumina et in paludosis; avis veteris notissima respectu morum *Grui pavoninae* simillima, facillime mansuefacienda. (*Mus. Paris.; multas vivas vidi.*)

3. *G. Stanleyana.* Rostro pallide rubro; venticis plumis mollibus albidis; collo, alis et toto trunco unicoloribus cinereo-coerulescentibus, exceptis remigum apicibus, pteromatibus caudaeque fusco-nigris et taenia postoculari fusca. *Adult.*

Anthropoides Stanleyanus Vigors Zoological Journ. 2. n. 6. p. 234. t. 8. (fig. bona.) — Bullet. des scienc. et de l'industr. n. 3. 1826. p. 376.

Habitus *Gruis Virginis*; irides castaneo-fuscae; collum elongatum, gracile. Longitudo totalis 3' 6'', tarsi 8'', caudae 9'', rostri 4''. Habitat in *India orientali.*

Nota. Vidi hanc speciem vivam Londini.

- β. Rostro caput longitudine multo superante a medio usque ad apicem elongato-conico, continuo.

4. *G. carunculata.* Rostro a basi ad medium rubro, inde ad apicem nigro, basi membrana papillosa, nuda, rubra obsito; caruncula membranacea utrinque infra mandibulae basin, pendula, margine infimo rotundata et toto collo albo-plumosis; corpore subtus inferius a pectore usque ad crissi finem remigibusque nigris; capite supra, dorso ac caeteris partibus superioribus laete ardesiacis; orbitis large nudis, rubris; remigibus secundariis dorso proximis elongatis, subarcuato-pendulis. *Mas et Foem. adult.*

Ardea carunculata Forst. Icon. inedit. c. fig. bona. Lath. Synops. 5. t. 78., Gmel. Grus carunculata Vieill.

Grue cinerea multo major, 5' longa; pedes nigri, plumbeo-lavati; irides laetissime croceoflavae. Habitat in *Africa me-*

ridionali, in terra Caffrorum. (*Mus. Paris.*; avem vivam, mitissimam Londini vidi.)

5. *G. Leucogeranus*. Unicolor candidissima, exceptis remigibus primariis 10 cum tectricibus nigris; remigibus dorso proximis quam in *G. cinerea minus longis*; rostro pedibusque rubris; fronte et facie ultra oculos calvis, rugosis, setis numerosis rubro-flavis obsitis. *Adult.*

Juv. hornot. Corpore toto supra ochrascente, subtus albedo; capite et rostro nigricantibus; facie, regione ad rostrum pedibusque fusco-virescentibus.

Juv. biennis. Adultae similis, excepto collo postico vulpino-lavato.

Grus Leucogeranus Pallas Reise 2. S. 438 et 714. t. 1. *Ardea gigantea Gmelin* Reise 2. S. 189. t. 21. et *Auctor.*

Irides pallide flavae; ungues nigri. Longitudo totalis 4' 9", rostri a fronte 6". Habitat in *Persia*, circa mare *Caspicum*, et in *Siberiae* vastissimis paludibus campisque lacuum maxima copia irrigatis circa fluvios *Ischim*, *Irtim* et *Ob* et in septentrionalibus, inter arundines inaccessas supra cumulos cespitum majores ex herbis congestis nidum struens et ova 2 flavo-virescentia fusco-maculata, anserinis aequalia pariens quibus mas et foemina alternatim incubunt; timidissima, crebro clamans, pisciculis, ranis, lacertis et serpentibus victitans; *Russis-Sterch*, *Baschkiris Acturna*, *Tataris Kengolok. Pallas, Gmel.*

6. *G. Struthio*. Cauda et toto corpore unicoloribus candidissimis, exceptis remigibus primariis nigris, macula occipitali nigricante, fronte, vertice et occipite ex parte ac vitta utrinque pone oris angulum deorsum ducta, acuminate terminata calvis, rubris, nigro-pilosis; remigibus dorso proximis elongatis, superioribus fere ut in *Struthione* formati, largis, mollibus, sub-

arcuato-pendulis, sequentibus acuminatis. *Mas et Foem. adult.*

The hooping-Crane from Hudson's-Bay Edw. t. 132. (*fig. mediocr.*) *Grue d'Amérique Buff.* pl. enl. n. 389. (*fig. bona.*) *Ardea americana Auctor., Wils.* 8. t. 64. f. 3. (*fig. opt.*)

Juv. Dorso, scapularibus et alarum tectricibus rufo-fusco tinctis; remigibus primariis in fuscum vergentibus.

Rostrum flavido-fuscum, 5 1/2" longum; irides lacte flavae; pedes nigri. Longitudo 4'. Habitat migratoria per totam *Americam septentrionalem a Florida* usque ad *sinum Hudsonis*, in *Mexico* quoque et in nonnullis insulis *Antillis*, locis humilibus et in oryzae plantationibus, cujus seminibus, sicut muribus, insectis, etc. victitat; timidissima; caro vix edulis; vox alta, penetrans; altissime in gyros volat; nidum struit in terrae cumulo a humo parum elevato gramine alto obsito, ova 2 pallide coerulea, in utroque apice fusco-maculata pariens. (*Mus. Paris.*)

7. *G. poliophaea*. Fronte sincipiteque calvis dilute rubris; raro nigro-pilosis; capite ad latera infra oculos mentoque albis; capite postice, collo toto et corpore subtus, tergo uropygioque cinerascens; collo infimo pectoraque rufescenti-fuscescente tinctis; dorso tectricibusque alarum rufo-fuscescentibus, his apice obscurius limbatis; remigibus primariis fusco-nigris, rhachi alba, subtus fascia obliqua cinereo-albida; tectricibus alarum majoribus in serie obliqua cinereis, reetricibus ejusdem coloris, obscurioribus. *Mas et Foem. adult.*

The brown and ash-colour'd Crane Edw. t. 133. (*fig. bona.*) *Ardea canadensis Auctor.*

Rostrum nigricans, mandibulae apice pallide rubicundum; pedes nigri; remiges secundariae longiusculae, rectae. Lon-

gitudino ultra 3'. Habitat migratoria in *America septentrionali* a *Floridis* usque ad sinum *Hudsonis*, in *Mexico* quoque et in regionibus hujus terrae occidentalibus; ponit ova coerulescentia, *Meleagridis* his majora; vox harmonica; victitat segetibus variis, imprimis oryzae, insectis vermibusque; vere humum ad radices plantae ejusdam ad incolis *Pea-vine* nominatae quirendas eradit; caro sapida. (*Edw. Jam. Exped.*)

Nota. Species ab antecedente distincta et neutiquam ejusdem juvenilis avis.

8. *G. paradisea.* Corpore toto ardesiaco, exceptis pileo plumis brevibus albis obsito, alis caudae nigris collique partibus superioribus circumquaque magis nigricantibus; remigibus secundariis longissimis, extra caudae apicem protensis. *Adult.*

Ardea paradisea Lichtens. Catal. Hamb. p. 28. *Mey.* Zool. Annal. S. 152. *Bechst.* in *Lath.* Uebers. 3. S. 78.

Rostrum 4'' l., basi rubrum, versus apicem album; pedes et ungues nigri; plumae pectorales paulo elongatae, angustiores, laxae. Longitudo totalis 3½', a rostri apice usque ad finem remigum secundariorum 4½', tarsi 9''. Habitat in *Africae australis* desertis interioribus a capite bonae spei versus septentrionem dissitis. (*Mus. Paris.*)

9. *G. cinerea.* Fronte, sincipite et loris nigro-villosis; occipite et vertice ex parte calvis, rubris, raro nigro-pilosis; taenia utrinque pone oculos superne versus collum posticum ducta, larga, alba; macula pone occiput longitudinali magna, genis et collo antico ac laterali usque ad medium nigricanti-cinereis; remigibus et tectricum majorum scapulariumque flexibiliun et subarcuatarum apicibus nigris; caeteris omnibus corporis partibus unicoloribus sub-

plumbeo-cinereis, cauda parum obscuriore. *Mas et Foem. adult.*

La Grue Buff. pl. enl. n. 769. (fig. bona.) *Ardea Grus Auctor.* (exclusa var. β .) *Grus cinerea Bechst., Meyer, Temminck, Naum. Vög. t. 2. f. 2.*

Juv. hornot. Capite supra absque calvitie aut eadem vix conspicua; collo antico ac laterali supremo maculae pone occiput caeteris partibus concoloribus aut maculis longitudinalibus insignibus.

Rostrum apice et basi virescens, medio corneo-fuscescens, 4'' l.; irides pallide et laete testaceae; pedes nigri. Longitudo 3' 8-10'', tarsi 8½''. Habitat per totam *Europam*, autumno e regionibus borealibus gregatim in *Asiam* australem et *Africanam* septentrionalem migrans, mense Septembri et Octobri, teste cl. *Hasselquist*, sub finem primi et sub initium secundi ex *Graecia* et *Turcia* in *Aegyptum* adiveniens ibique hibernans; frequentissima in *Suecia* et *Polonia*, in plurimis terris solum migrationis tempore, locis paludosis, reptilibus, conchis, seminibus plantisque aquaticis victitans; nidificat in regionibus borealibus in uliginosis inter juncos et alnorum frutices, rarius in aedificiorum solitariorum tectis, ova 2 cinereo-coerulescentia, fusco-maculata pariens; avis vigilantissima saepissime super unum pedem stans et volans voce personora clamans. (*Mus. Paris., Monac. etc.*)

10. *G. Antigone.* Habitu, magnitudine et piloseos pictura universaliter *Grui cinereae* simillima, diversa ab ea: regione parotica cinereo-plumosa, mandibulae lateribus basalibus mentoque raro nigro-pilosis, fronte et toto capite supra nudis, albis, lateribus capitis totius, occipitis nuhaeque papillosae nudis, rubris, remigibus secundariis non elongatis et crispis, rectis. *Adult.*

The greater Indian Crane.
Edw. t. 45. (fig. satis accurata.) *Ardea Antigone Auctor.*
(exclus. var. β .) *Lath.* Synops. Suppl. 2. p. 298. n. 3.

Pedes (avis vivae) rubri; irides rubicundo-fuscae; rostrum virescenti-flavidum, culmine obscurius. Habitat in *India orientali* et in *Nova-Hollandia*. (*Mus. Societat. Linnaean. Londin.*)

Nota. Teste cl. *Pennant* migrat haec species ex Indiae terris meridionalibus usque in regiones lacus *Baikal* fluminumque *Onon* et *Argun*; specimen e *Nova-Hollandia* allatum, a me loco citato examinatum, ab exemplaribus indicis nullo modo discrepat. *Grus torquata*, a cl. *Temminck* cum hac specie unita (*Man. d'Ornith. Analyse* p. 100) quam in museo Parisiensi observavi, prorsus differt.

11. *G. torquata.* *Grui Antigone* simillima, diversa ab ea: plumis secundariis elongatis, crispis ut in *Grue cinerea*, rostro magno, longo, toto nigro, pedibus nigricantibus, capite et collo supremo totis nudis, incar-

natis, raro griseo-pilosis, annulo colli medii latiusculo, rubro subsequente alio latiore albo; colli parte infima et caeteris corporis partibus, excepta cauda nigricante, laete ardesiacis. *Adult.*

La grue à collier Buff. pl. enl. n. 865. (fig. bona.) *Ardea Antigone* var. β .) *Auctor.* *Grus torquata Vieill.* N. D.

Longitudo totalis 4f. Habitat in *India orientali.* (*Mus. Paris.*)

Nota. Haec species a praecedente undique diversa format colli structura pulchrum transitum a *Gruibus* ad *Ciconias* primae divisionis.

Observationes.

1. Varietas β *Ardeae Gruis* auctorum (*Gruis cinereae*) format sine dubio speciem distinctam. Ejus imaginem omnes fere chinesis picturae exhibent, sed descriptionem secundum specimen naturale nondum possidemus.
2. Varietas β *Ardeae canadensis* auctorum (*Gruis poliophaeae*) exhibet forsan avem juvenilem. Descriptio manca provisoriae et foro ornithologico relegenda est.

GENUS COLUMBA.*

ROSTRUM mediocre gracilius aut validiusculum, rectum, compressiusculum, altius quam latum; maxilla a basi usque ad medium aut ultra aequalis, dein deretro laevi, tumido, his rectiusculo, membrana subcornea obtecto, illis plus minusve arcuato adscendente et descendente, vagina dura, cornea incluso munita, basi ceromate molli utrinque tumido, quovis gibbere narium regionem tegente, antrorsum angustato obrita; mesorhinium planiusculum; dertri culmen convexo-compressiusculum; tomia integra, ad dertri latera interdum sinuata; apex devexus acuto-rotundatus; mandibula quam maxilla paulo brevior gnathidiis debilibus lateraliter sulcato-imprensa; myxa brevis plus minusve incrassata, gonyde angulose ascendens; tomia integra, subintracta, apice subdeclivi interdum subemarginata; angulus mentalis ultra mandibulae medium ductus; acutus.

NARES in medio maxillae antice sub ceromatis gibbere, apertae, lineares.

LINGUA mediocris, acuminata, integra.

PEDES gradarii, breviusculi, raro longiusculi, congrui, tetradactyli, his fissi, illis digito externo cum intermedio ultra basin connato; tarsus his digito medio brevior, scutatus, illis eodem longior, squamatus; hypodactyla multis basi dilatata; hallux incumbens, longiusculus; ungues falculae falcatae, acutae.

CAUDA forma varians, aequalis, rotundata, cuneata, conica, his mediocris aut breviuscula, illis elongata, rectricibus planis, rectis, latiusculis, 12—16.

ALAE mediocres aut breves, illis acutiusculae, his obtusae.

PTILOSIS. Trunci plumae numerosae, molles, et subdensae et sublacerae, basin versus praeplumulosae, uropygii rhachi valida, versus scapum cuti parum implantatum depressa; tarsi in multis plumis diffractis obsiti.

*) *Linnaei* et omnium auctorum.

A. *Columbae bucerotopodiae.*

Tarsus validus, digito intermedio brevior, scutatus, totus aut antice basi plumosus; hypodactyla basi dilatata; digitus externus cum intermedio ultra basin coadunatus.

α. Rostrum validum dextro distincto arcuato-curvato, vagina cornea, intumida incluso.

1. *C. phoenicoptera.* Capite toto et cervice dilute griseo-coerulescentibus; pectore colloque flavis; alarum tectricibus minoribus humeralibus laete fusco-purpureis; dorso subolivascenti-viridi; uropygio sensim grisescenti-tincto; remigibus omnibus nigris, primariis extus flavo-albido, ultimis et tectricibus alarum majoribus flavo-olivaceo limbatis; ventre alisque subtus griseo-coerulescentibus; caudae tectricibus inferioribus rufis, quavis pluma albo-terminata; tibiis laete stramineo-flavis; rectricibus intermediis totis viridibus, lateralibus viridibus apicem versus griseis, subtus a basi fere ultra medium nigris, dein griseo-albicantibus. *Mas adult.*

Columba militaris Temm. Fig. p. 23. t. 1. (*fig. accurata.*) *Id.* Fig. et Gallin. p. 39. *Columba phoenicoptera (Descriptio accurata)* et *Columba pompadora Auct. (Descriptio inaccurata).*

Foem. Mari similis; pectore sordide viridi-flavido; nucha obscure olivacea et cervice dilute grisea; humeris minus pure fusco-purpureis; scapularibus viridi-grisescentibus; ventre virescente; rectricibus lateralibus totis griseis, intermediis, viridibus; abdominis plumis flavo-terminatis.

Temm. l. c. t. 2.

Tarsi nudi digitique rubri; rostrum griseum, apice corneum, robustum ac intumidum ibique tomis emarginatum; cauda mediocris, aequalis rectrici-

bus 14. Longitudo 12 $\frac{1}{2}$ ''', rostri 11'''. Habitat in India. (*Mus. Paris.*)

Nota. Auctorum descriptio *Columbae S. Thomae* a cl. *Temminck* citata neutiquam ad hanc speciem spectat. Manca et e systemate avium prorsus relegenda est. Nec e *Brownii* iconibus pessimis *Columbae pompadorae*, nec ex adjecta descriptione veritas vix ulla colligenda est.

2. *C. humeralis.* Capite, collo pectoreque ex parte unicoloribus griseis, subtiliter olivascenti-lavatis; scapularibus, dorso, uropygio caudaeque tectricibus superioribus viridi-olivaceis; alarum tectricibus superioribus minoribus oranibus e rubente violaceis, tectricibus majoribus remigibusque omnibus nigris, laete flavo-limbatis; epigastrio ac ventre laete ranunculaceo-flavis, abdomine sensim tibiisque in album vergentibus, nigricanti-variegatis; caudae tectricibus inferioribus rufocastaneis, albido-limbatis; rectricibus omnibus supra griseo-coerulescentibus, subtus nigris, large albo-terminatis. *Mas adult.*

Waalia Pigeon Bruce Voy. App. c. f. *Columba abyssinica Latr.* Ind. Suppl. p. 60. *Temm.* Fig. p. 37. t. 8. (*fig. bona.*) *Le Colombar à épaulette violettes Levaill.* Ois. d'Afr. 6. p. 66. t. 276. (*fig. bona.*)

Foem. adult. Capite, collo, pectore, ventre lateribusque dilute olivascenti-viridibus; dorso, tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus ejusdem coloris, obscurioribus; caeteris partibus omnino ut in ma-

re, minus nitidis, macula humerali violacea minus extensa.

Palumbus viridis madagascariensis *Bris s.* 1. p. 142. t. 14. f. 2. (*Descript. complet.*) *Pigeon Ramier verd de Madagascar* *Buff.* Pl. enl. n. 111. (*fig. satis accurata.*) *Columba australis* *Linn., Lath., Temm.* Fig. t. 3. (*fig. opt.*) *Id.* Fig. et Gallin. p. 43. *Columba madagascariensis* var. β . *Gmel.* — *Levaill.* l. c. t. 277. — *Temm.* l. c. t. 9.

Juv. viril. Foeminae adultae similis, humeris violaceis.

Juv. foem. Foeminae adultae similis, absque humerorum macula violacea.

Tarsi ultra medium plumosi; cauda mediocris apice subrotundata; tarsorum pars nuda digitique rubri; irides aurantiae; rostrum validum, rubrum, apice intumido, adunco flavidum. Longitudo totalis $11\frac{1}{2}$ - $12''$, rostri solius ab oris angulo $11''$, caudae $3\frac{1}{2}''$, tarsi $9''$. Habitat gregibus magnis in *Madagascaria* et in *Abyssinia* hic inde tempestate pluviarum in *Africam meridionalem* migrans ibique per paria in sylvis degens et in arboribus cavis in musco foliisque siccis ova quatuor albo-fulva seu isabellina pariens, porro satis frequens in *Senegambia*; *Madagascariensis* *Funingo-Mait-su.* (*Mus. Monac.* etc.)

Nota. Conjunxi auctorum *Columbam australem* cum hac specie, nam *Brissonii* descriptio primo dictae prorsus in foeminam *Columbae humeralis* quadrat. Alii hujus conjunctionis veritatem autopsia probent!

3. *C. calva.* Rostri cera frontem paulo intrante calva, aurantia; capite et collo totis, pectore et toto corpore subtus laete dilute viridibus; caudae tectricibus inferioribus rufo-cinnamomeis, albo-terminatis; tarso ad medium usque flavo-plumoso; humeris obscure violaceis; alarum tectricibus majoribus nonnullis remigibusque secundariis albo-

flavido limbatis; remigibus nigris; reatricibus duabus intermediis viridibus, lateralibus dilute griseis, apice large obscure griseis, dilute griseo-terminatis, omnibus subtus nigris, grisescenti-terminatis; trunci partibus caeteris superioribus obscure viridibus, dorso supremo nonnihil in colorem grisescentem vergente.

Columba calva *Temminck* Fig. 35. t. 7. (*fig. cum descriptione non undique congruens.*) — *Id.* Fig. et Gall. p. 63.

Habitus *Columbae aromaticae*; rostrum validum, durum, $10''$ l., apice griseo-argentinum, adunco, inde aurantium; tarsi pars nuda et digiti aurantii. Longitudo $11''$. Habitat in *Africa australi.* *Temm.* (*Mus. Lugd.*)

4. *C. psittacina.* Capite, collo et omnibus caeteris corporis partibus unicoloribus laete viridibus, exceptis crissi plumis fuscis albo-terminatis, remigibus primariis ac secundariis nigris, his extus flavo-limbatis; cauda cinerea fascia intermedia nigra, dein alba, exceptis reatricibus duabus intermediis totis, sequentibus duabus longitudinaliter dimidia parte viridibus. *Adult.*

Columba psittacea. *Temm.* Fig. p. 28. t. 4. *Id.* Fig. et Gallin. p. 47.

Juv. Ptilosi griseo-lavata; alarum margine tectricibusque nonnullis majoribus griseo-nigricantibus.

Rostrum plumbeum, basi rubicundum; tarsorum plumosorum pars nuda digitique coeruleo-nigricantes; cauda mediocris, subaequalis; unguis fusci. Longitudo totalis $10\frac{1}{2}''$. Habitat in insulis *Java* et *Timor.* (*Temm.*)

Nota. Cl. *Temminckii* icon exhibet alarum tectrices superiores nigras, flavo-marginatas.

5. *C. Capellei.* Fronte et vertice canescentibus, olivascenti-lava-

tis; capitis parte caetera, collo toto, dorso, tergo, uropygio, caudae ac alarum tectricibus superioribus dilute olivaceo-viridibus, subtilissime canescenti-pulverulentis; pectore et ex parte collo antico infimo macula ingente ferrugineo-fulva obtectis; axillis, tectricibus alarum superioribus mediis ac majoribus, remigibus primariis ac secundariis in fundo ardesiaco canescenti-pulverulentis, secundariis et nonnullis alarum tectricibus majoribus extus laetissime flavo-marginatis; corpore subtus inferius a pectoris macula usque ad abdomen pallide virescente, abdomine ad latera isabellino-albido maculato; caudae tectricibus inferioribus unicoloribus castaneis, alarum canescentibus, virescenti-lavatis; reetricibus duabus intermediis caeteris vix longioribus, apice rotundatis, flavicanti-olivaceis, tribus sequentibus utrinque extus ejusdem coloris intus et apice grisescentibus, extimis trinis laterilibus ardesiacis apice griseis, omnibus subtus nigris, apice largiuscule canis. *Mas adult.*

Columba Capellei Temm. Pl. col. t. 143. (*fig. satis accurata.*)

Foem. Corporis viredine magis cano-lavata; pectoris fascia viridi-flavida; caudae nigredine subtiliter virescenti-mixta; abdomine maculis albidis notato; crisso albo rufescenti-lavato maculis viridibus notato. *Temm.*

Habitus *Columbae aromaticae*; regio ophthalmica nudiuscula; rostrum validum viridi-coerulescens; tarsi digitique rubri (in exuviis flavi); cauda subaequalis reetricibus 12. Longitudo totalis 13½", caudae 4½", alae 7", tarsi semiplumosi 11", rostri ab oris angulo 13¾". Habitat satis frequens in insulis *Java* et *Sumatra*. (*Mus. Lugd., Paris., Monac.*)

6. *C. Oxyura*. Cauda trigono-gradata reetricibus duabus intermediis acuminatis caeteris pol-

lice longioribus, supra cinereo-fuscescentibus, basin versus griseis, subtus totis in albidum vergentibus, sequentibus utrinque binis acuminato-obtusis plumbeis, medio obsolete nigricantibus, caeteris obtusis, canescentibus, medio nigris, omnibus subtus, exceptis duabus intermediis, a basi ultra medium nigris, dein albo-canescens; tectricibus caudae inferioribus duabus intermediis reetricum fere longitudine, isabellino-flavis, caeteris citreo flavis, obscure viridi fimbriatis; ventre et abdomine medio citreo-flavis; horum lateribus, tibiis, epigastrio, pectore et toto collo antico ac laterali flavido-viridibus, plumis colli antichi infimi versus basin vinaceis, extus vestigium faseiae relinquentibus; capite toto et collo postico olivascenti-viridibus; dorso, tergo, uropygio, caudae alarumque tectricibus superioribus omnibus ejusdem coloris, obscurioribus; fascia cervicis obsoleta, subconspicua, canescente; remigibus primariis nigris, secundariis extus canescentibus, his dorso proximis extus dorso concoloribus, omnibus subtus alarumque tectricibus inferioribus plumbeo-ardesiatis. *Mas adult.*

Columba Oxyura Temm. Pl. col. t. 240. (*fig. satis accurata.*)

Foem. A mare ptilosius paulominus nitida vix distinguenda.

Tarsi ultra medium plumosi; lora et regio circa oculos parum nuda; rostrum plumbeo-nigricans, apice flavum; tarsi parte reliqua digitique rubri; unguis corneo-fusci. Longitudo a rostri apice usque ad caudae basin 6¾", reetricum 2 intermediarum 5¾", extimarum 3½", alae 6" 1", rostri ab oris angulo 1", tarsi 10". Habitat in insula *Java*, frequentissima. (*Mus. Paris., Lugd., Monac.*)

7. *C. aromatica*. Fronte ac pileo cano-caesiis; capitis lateribus, collo toto, et corpore subtus a mento griseo-lavato usque ad

abdomen pallide olivascenti-viridibus, abdomine nonnihil in flavidum vergente; tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus saturate e flavido olivaceo-viridibus; dorso supremo, tectricibus minoribus internis scapularibusque saturate et laete purpurino-castaneis, illo subtilissime canescenti-pulverulento; tectricibus alarum inferioribus omnibus et superioribus humeralibus minoribus ardesiacis, his olivascenti-lavatis, tectricibus majoribus et mediis omnibus laete flavo-marginatis; remigibus subtus ardesiacis; primariis supra totis ardesiaco-nigris, secundariis tergo proximis subtiliter viridi-lavatis; crissi plumis mediis longis, rufis, lateralibus viridibus fascia ante apicem alba; hypochondriis tibiisque uropygio concoloribus albo-variegatis; reetricibus duabus intermediis totis uropygii colore, sequentibus duabus utrinque extus ejusdem coloris, apice canis, intus ad colorem nigricantem vergentibus, caeteris canis fascia extra medium ardesiaca, omnibus subtus a basi usque ultra medium nigris, dein albidis, vix conspicue viridi-terminatis. *Adult.*

Columba viridis amboinensis *Brisson*. 1. p. 145. t. 10. f. 2. (*Descript. compl.*) *Pigeon verd d'Amboine Buff.* Pl. enl. n. 163. (*fig. vitiosis.*) *Columba curvirostra* et *Columba aromatica Auctor., Temm.* Fig. p. 29. t. 5. (*fig. bona.*)

Rostrum breviusculum culmine percurvato, virescens, basi coeruleascenti-nigricans, myxa flava fasciola subapicali strictissima cinerascens; tarsi maxima parte nudi digitique rubri; ungues corneo-cinerascens; cauda rotundata, breviuscula reetricibus 14, duabus intermediis quam caeterae paulo longioribus, apice rotundatis; irides rubrae; regio circa oculos nudiuscula glauca. Longitudo totalis 11 $\frac{1}{2}$ '' , rostri ab oris angulo 10'' , tarsi 9 $\frac{1}{4}$ '' , caudae 3 $\frac{3}{4}$ '' , alae 5 $\frac{1}{4}$ '' . Habitat satis frequens

in *Amboina, Java, Sumatra* et in maris pacifici insula *Tanna*, ad sylvarum margines, *fici religiosae* fructibus victitans. (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. Sexus respectu ptiloseos picturae haud differre videntur. Duodecim circiter individua quae vidi ptilosi descripta induta erant. Foeminam sic nominatam *Columbae curvirostrae* ad foeminam *Columbae vernantis* spectare suspicor. *Lathamii* descriptio *Columbae curvirostrae* prorsus in hanc avem quadrat, si excipias mensuram, sine dubio false exhibitam.

8. *C. fulvicollis. Columbae aromaticae* habitu iique similis, diversa ab ea: capite ac collo totis nec non pectore ex parte cinnamomeo-fulvis, epigastrio ac ventre plumbeis, tibiis flavis, dorso toto ac alarum tectricibus superioribus minoribus ac scapularibus purpureo-castaneis, tectricibus omnibus majoribus nec non remigibus secundariis tergo proximis flavo-marginatis, cauda subtus nigra, sordide albo-terminata, reetricibus intermediis viridibus, lateralibus intus ejusdem coloris.

Columba aromatica Var. *Temminck.* Fig. p. 30. t. 6. *Id.* Fig. et Gallin. Ind. p. 442. Var. d.

Rostrum plumbeum; pedes nudi rubicundi. Magnitudo praecedentis. Habitat in insula *Java*.

Nota. Inter multas aves ex insulis Philippinis missas vidi Amstelodami specimen hujus avis, quod mihi a praecedente diversitatem satis probavit.

9. *C. vernans.* Capite toto et gula canis (fronte et gula in nonnullis speciminibus plus minusve olivascenti-lavatis); collo toto unicolore laete vinaceo; pectore macula maxima indistincte marginata cum colli infimi colore subito confluyente laete aurantia; dorso, tergo, uropygio, scapularibus alarumque tectricibus superioribus omni-

bus laete olivascanti-viridibus, tectricibus majoribus marginalibus externis et remigibus secundariis extus sulphureo-flavo marginatis, unde lineam in ala longitudinalem formantibus; tectricibus caudae superioribus nonnihil in colorem fuscescentem vergentibus, alarum inferioribus remigibusque subtus plumbeis, his supra nigris; cauda tota supra plumbea fascia apicali nigricante, strictissime plumbeo-terminata, subtus nigricante apice angustissime grisea; caudae tectricibus inferioribus rectricum longitudine, unicoloribus cinnamomeo-rufis; epigastrio ac ventre flavido-viridibus; lateribus in olivaceum vergentibus; abdomine medio pure flavo; hypochondriorum tibiaramque plumis olivaceo-viridibus, flavo-variegatis. *Mas adult.*

Columba viridis philippinensis *Bris.* 1. p. 143. t. 11. f. 2. (*Descriptio completa*). *Pigeon verd des Philippines Buff.* Pl. enl. n. 138. (*fig. mediocr.*) *Columba vernans Auct., Temm.* Fig. p. 40. t. 10. (*fig. inaccurata.*) *Id.* Fig. et Gallin. p. 70. *Columba purpurea Auctor.* (*Descriptio vitiosa.*)

Foem. Collo et pectore viridibus, partibus caeteris ut in mare.

Columba tannensis Lath. (*Descript. manca e pictura*) *Col. vern. Temm.* Fig. t. 11.

Habitus prorsus *Columbae aromaticae*; regio circa oculos loraque plumosa; rostrum coeruleo-nigricans apice flavidum; tarsi maxima parte nudi digitique rubri; ungues dilute cornei apice nigricante; cauda breviuscula, subrotundata rectricibus 14. Longitudo totalis $10\frac{3}{4}''$, rostri ab oris angulo $9\frac{1}{4}''$, caudae $3\frac{1}{2}''$, tarsi $8\frac{1}{4}''$, alae $5''$. Habitat satis frequens in insulis *Java, Sumatra, Banda, Manilla*, ac in maris pacifici insula *Tanna*; *Javanis Kate*, foemina *Jowar*, *Sumatranis Punai.* (*Mus. Paris., Lugd., Monaco.*)

Nota. Vidi circiter sexaginta specimina hujus speciei quae caput superius canum, frontem vero gulamque in tali fundo plus minusve olivascanti-lavatas habuerunt. Haec secundum avis aetatem variare videtur capitis pictura. Specimina capite toto viridi nondum vidi. *Columba purpurea* auctorum sane huc spectat; ejus descriptio vitiosa innitur icone a *Brownio* data pessima.

10. *C. olax.* Capite et collo totis corporisque inferioris lateribus caesiis; gula albida; pectore speculo magno aurantio-rufescente; epigastrio, ventre et tibiaram parte antica viridibus; tibiis postice, abdomine ad latera ac crisso saturate fusco-castaneis; dorso scapularibusque saturate castaneo-fusco purpuriis; uropygio nigro-ardesiaco; cauda supra ardesiaco-nigra large cinerascenti-, subtus nigra large albido-terminata; alis supra nigerrimis, tectricibus et remigibus secundariis subtiliter flavido-limbatis. *Mas adult.*

Columba olax Temm. Pl. col. t. 241. (*fig. opt.*)

Habitus *Columbae aromaticae* eadem multo minor; rostrum a basi usque ad medium coeruleum dein virescenti-flavidum, gracilius, dextro minus intumido, vagina subcornea inclusum, tibiae pars nuda digitique rubri; ungues nigri; cauda fere aequalis. Longitudo totalis $7\frac{1}{2}$ - $8''$, alae $4\frac{1}{2}''$. Habitat in insula *Sumatra.* (*Mus. Lugd., Paris.*)

β . *Rostri gracilioris dextro recticulo vagina intumida vix cornea oblecto.*

* *Cauda mediocri, apice aequali aut rotundata.*

11. *C. dilopha.* Magna, capite bicristato; frontis crista parva compressa, e plumis reclinatorum erectis, densis, angustis, griseo-cinereis, altera a sincipite usque ad occiput ducta altiore e

plumis ejusdem structurae saturate rufis, utrinque nigro-marginatis composita; capite ad latera, collo toto, dorso, uropygio et corpore inferius a mento usque ad crissi finem plumbeo-ardesiaceis, corpore subtus paulo dilutiore; colli inferioris plumis, pectoris et nuchae emarginatis; tectricibus alarum superioribus omnibus dorso concoloribus; cauda nigra fascia subbasali cinerea et altera subapicali alba; remigibus totis nigris. *Adult.*

Columba dilopha Temm. Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 124. *Id.* Pl. col. t. 162. (*fig. opt.*)

Habitus *Columbae spadiceae*; cauda mediocris, aequalis; tarsi usque ad digitos plumosi; digiti violaceo-rubri; irides laete rubrae; rostrum rubicundum, apice parum inflatum. Longitudo totalis 20'', caudae 6½''. Habitat non infrequens in regionibus interioribus *Novae-Hollandiae* et in insula *Java*. (*Mus. Lugd., Soc. Linnaean., Londin., collect. doct. Sieber, Sturm.*)

Nota. Multa specimina hujus speciei vidi, inter quae nunquam ptiloseos picturae varietatem observavi; omnia indicatam longitudinem habebant, quam vero cl. *Temminckii* descriptio aliter (15'') exhibet.

12. *C. Leucogaster.* Magna; capite toto, collo antico et pectore alarumque tectricibus mediis laete et obscure aureo-viridibus; corpore subtus inferius a pectore usque ad crissi finem pure et unicoloribus albis; occipite et collo postico rufescenti-viridibus; dorso supremo, scapularibus alarumque tectricibus superioribus minoribus spadiceis, metallice resplendentibus; remigibus primariis obscure griseo-coerulescentibus, extus viridi-renitentibus, intermediis, tectricibus magnis, tergo ac uropygio dilute griseo-coerulescentibus, virescenti-renitentibus;

cauda supra fusco-viridi obscure purpureo renitente, ochraceo-terminata, subtus griseo-albida metallice viridi-renitente. *Adult.*

Columba spadicea Latr. Suppl. n. 7. (*Descriptio manca*) *Temminck*. Fig. p. 2. t. 1. *Id.* Fig. et Gallin. p. 74.

Cauda apice subemarginata; pedes rostrumque rubri. Longitudo 18-20''. Habitat in oceani australis insula *Norfolk*. *Temminck*. (*Mus. Lugd.*)

13. *C. perspicillata.* Capite, genis nuchaque saturate ardesiaceis; fasciola frontis et alia orbitas nudiusculas cingente candidis; corpore toto subtus inferius a mento usque ad crissi finem unicolore cano; colli lateribus nitentibus; collo postico infimo, dorso, tergo, uropygio, caudae alarumque tectricibus superioribus metallice et laete viridibus, in coeruleum vix vergentibus; remigibus et cauda tota metallice coeruleis. *Adult.*

Columba perspicillata Temm. Pl. col. t. 246. (*fig. opt.*)

Juv. Remigibus coeruleo-nigris.

Habitus *Columbae aeneae*; cauda longiuscula aequalis; tibiae pars nuda digitique sanguineo-rubri; rostrum validiusculum albidum; irides albae. Longitudo totalis 18''. Habitat in *Philippinis insulis* et in nonnullis *Moluccis*. (*Mus. Lugd., Paris.*)

14. *C. cristata.* Crista occipitali majuscula, obtusa, capite, collo, pectore et ventre grisescentibus, pectore et collo ad latera metallice virescenti-purpurino renitentibus; macula ab oris angulo infra oculos versus aures ducta, ibi latiuscula gulaque subrufescenti-ochraceis; dorso supremo, scapularibus alarumque tectricibus minoribus nitide violaceo-purpurinis, tectricibus majoribus et remigibus secundariis nigricantibus, primo dictis subpurpuri-

no renitentibus; tergo et tota cauda nigro-virescentibus; tibiis, abdomine crissoque laete ferrugineis; remigibus primariis laete ac saturate rufis. *Adult.*

Columba cristata Temm. Fig. p. 20. t. 9. (fig. opt.) *Id.* Fig. et Gall. p. 108. (sed non *Col. crist. Lath. et Gmel.*)

Rostrum fuscum; pedes nudi rubri; cauda mediocris apice rotundata. Longitudo $13\frac{1}{2}''$. Habitat in insulis amicis maris pacifici. (*Mus. Lugd., collect. dom. Ryals Londin.*)

Nota. *Lathamii* *Columba pacifica* a cl. *Temminck* hic citata exhibet marem *Columbae aeneae* copulae tempore.

15. *C. aenea*. Dorsi, tergi, uropygii plumis, caudae alarumque tectricibus superioribus omnibus, scapularibus, cauda tota supra remigibusque secundariis extus nitidissime metallice aereo-viridibus, pro vario ad lucem objectu in cupreo-aureum mutantibus; cauda subtus unicolore nigricante; capite, collo et toto corpore subtus unicoloribus laete et pure plumbeis, aut plus minusve vinaceo-lavatis, excepto crisso obscure castaneo-rufo; remigibus omnibus supra nigricantibus subtilissime grisescenti-pulverulentis, pro vario ad lucem objectu nonnihil in nitorem aeneo-virescentem vergentibus; colli postici plumis laxis, longiusculis; mento albido. *Mas et Foem. adult.*

Palumbus moluccensis *Brisson*. 1. p. 148. t. 13. f. 2. (*Descript. compl.*) *Pigeon - Ramier des Moluques Buff.* Pl. enl. n. 164. *Columba aenea* *Auctor.* cum var. β . *Temm.* Fig. p. 7. t. 3. (fig. opt.)

Mas adult. copulae tempore (?) Praecedenti respectu ptiloseos picturae similis, maxillae basi tuberculo rotundo, cerasi parvi magnitudine nigro munita.

Columba aenea *Quoy et Gaim.* Voy. du Cap. *Freyc.* Atl. t. 29. *Columba pacifica* var. β . *Lath.*

Juv. adultae ptilosin induens. *Adulta* paulo minor; collo corporeque subtus in fundo griseo saturatius vinaceo-tinctis, collo postico obscure rufescente, remigibus caudaque minus niti-dis.

Col. aenea *Foem. Temm.* l. c. t. 4.

Juv. Capite, collo corporeque plus minusve obscure rufescenti-tinctis; alis et dorso fuscis viridi renitentibus; remigibus reetricibusque nigro-grisescensibus. (*Temm.*)

Columba pacifica *Gmel., Lath.* (*Descriptio speciminis adultae avis ptilosin induentis.*)

Pedes robusti rubri (in exuviis fuscis); ungues cinereo-cornei; tarsi vix semiplumosi; cauda aequalis; regio ophthalmica loraeque plumosa; irides coeruleae; rostrum coeruleo-nigrum apice albido. Longitudo totalis $15-15\frac{1}{4}''$, rostri ab oris angulo $11\frac{1}{4}''$, alae $8\frac{1}{2}''$, caudae $5\frac{3}{4}''$, tarsi $12\frac{1}{2}''$. Habitat in omnibus fere insulis *Moluccis* ac *Philippinis* et, ut videtur, in insulis *Amicis* nec non in *Nova-Seelandia*, imprimis frequens in *Java* ac *Sumatra*, myristica victitans; *Sumatranis Pergam.* (*Mus. Paris., Lugd., Monac.*)

Nota. *Historia naturalis* hujus speciei ulteriore examine indiget. *Foeminam* a mare respectu ptiloseos picturae haud discrepare, quadraginta circiter quae examinavi exempla satis me docuerunt. *Avis* a cl. *Temminck* pro foemina exhibita gerit nonnullas adhuc plumas avis juvenilis. *Irides* secundum cl. *Raffles* (*Transact. of the Linn. Soc.* 13. p. 316.) coeruleae, hae *Columbae pacificae* secundum *Latham* sunt aurantiae; qua indicationum diversitate mihi fit credere difficile hanc speciem copulae tempore tuberculo ante frontem esse praeditam. Putarem potius *Lathamii* *Columbam pacificam* speciem distinctam formare. — Adjecta etiam *Colum-*

bae aeneae varietas β in hanc speciem non prorsus quadrat, descriptiones tales vero mancae derivantem destituunt; provisorice hanc sic nominatam varietatem huc poni velim. Cauda hujus speciei non e duodecim sed e reetricibus quatuordecim composita est.

16. *C. lacernulata*. Fronte, toto pileo, occipite genisque plumbeis; mento ac gulae parte suprema pallide rosaceo-vinaceis; crisso laete rufo; dorso, tergo, scapularibus ac alis supra totis fuliginoso-nigris pro vario ad lucem objectu nonnihil in colorem metallice virescentem vergentibus; collo toto, pectore, epigastrio, ventre, abdomine ac tibiis in fundo cinerascete lacte vinaceo-lavatis; uropygio, caudae tetricibus superioribus, alarum inferioribus ac corporis inferioris lateribus ardesiaco-plumbeis; cauda supra a basi ultra medium ardesiaco-nigricante, dein plumbea, subtus a basi ultra medium cinerea dein griseo-alba; remigibus omnibus totis dorso concoloribus. *Mas* (et *Foem.*?) *adult.*

Columba lacernulata Temm.
Pl. col. t. 164. (*fig. satis accurata.*)

Habitus prorsus *Columbae aeneae* iique subsimilis; cauda aequalis, longiuscula, reetricibus 14; tarsi semiplumosi; horum pars nuda digitique rubri; unguis corneo-fusci; rostrum totum nigrum; lora plumosa; orbitae vix nuda; remiges mediae parabolice truncatae. Longitudo totalis 14 $\frac{1}{2}$ ''; rostri solius ab oris angulo 1'' $\frac{1}{4}$ ''; caudae 6'' 5''; alae 7 $\frac{1}{2}$ ''; tarsi 11'''. Habitat in insula *Java*. (*Mus. Paris., Lugd., Monac.*)

17. *C. Pinon*. *Columbae lacernulatae* habitu iique similis, eadem major; capite, collo, pectore et dorsi magna parte cinereo-fuscis, vinaceo-lavatis; orbitis et rostri basi plumis brevibus albis obsitis; alis totis supra ac subtus, remigibus cau-

daque laete ardesiacis, hac extra medium fascia larga alba notata; ventre crissoque rufo-ferugineis; tarsorum plumis albis apice rufis.

Columba Pinon Quoy et Gaim. Voy. du Cap. Freyc. Atl. p. 118. t. 28. (*fig. cum descriptione parum congruens.*)

Tarsi semiplumosi; cauda aequalis; rostrum nigrum, apice album; tarsi pars nuda digitique rubri; irides rubicundae. Longitudo totalis 17'' 3''', caudae 5 $\frac{1}{2}$ ''; alae 10 $\frac{1}{2}$ ''; rostri 14'''. Habitat in Papuana insula *Rawa*. (*Quoy et Gaim.*)

Nota. Figura pulchra cum descriptione parum congruit, in ea capitis pars suprema coeruleascens, collum, dorsum supremum et pectus griseo-vinacea, epigaster ac venter violaceo-purpurini, crissum rufum conspiciuntur. Avem hic descriptam nondum vidi.

18. *C. badia*. Genarum parte infima, mento gulaque pure albis; fronte, toto pileo capitisque lateribus pure canis; occipite, collo postico et cervice laete sed pallidiuscule vinaceo-roseis, subtilissime canescenti-pulverulentis; collo laterali sensim, toto antico, pectore et toto corpore subtus canescentibus, subtilissime vinaceo-lavatis; dorso supremo, scapularibus alarumque tetricibus superioribus minoribus saturate badio-purpurinis, tetricibus majoribus fuliginoso-nigrificantibus eodem colore, pallidior limbatis; tergo fusco-nigricante, plumis marginibus apicalibus badii; caudae tetricibus superioribus nigrificantibus, inferioribus unicoloribus pallide ochroleutis; abdomine nonnihil in cinereum vergente; alarum tetricibus inferioribus nigrificantibus, superioribus majoribus fuliginosis, pro vario ad lucem objectu nonnihil in colorem aeneo-virescentem vergentibus; reetricibus supra a basi multo ultra medium nigrificantibus, dein cinereis, omnibus sub-

tus in griseum vergentibus, apice dilutiore; remigibus totis fuliginoso-nigricantibus. *Mas et Foem. adult.*

Columba badia *Raffl.* Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 317. n. 3. *Columba capistrata* *Temminck.* Pl. col. t. 165. (fig. bona.)

Habitus *Columbae aeneae*, eadem major; cauda elongata, aequalis, rectricibus 14 apice rotundatis; caudae tectrices superiores longae, densae, latae, apice rotundae; tarsi maxima parte plumosi, caetera parte digitique violaceo-sanguinei; ungues corneo-fusci, eulmine rubro; irides albae; rostrum rubrum apice flavum; regium circa oculos nudiuscula; lora plumosa. Longitudo totalis 17 $\frac{3}{4}$ "¹¹, caudae solius 7 $\frac{1}{2}$ "¹¹¹, alae 8 $\frac{1}{2}$ "¹¹, tarsi 1 $\frac{1}{2}$ "²¹¹¹, rostri a fronte 1 $\frac{1}{2}$ "¹¹¹¹. Habitat in insulis *Sumatra* et *Java*, *Sumatranis Lampattu* sive *Pergam Kalabu*, *Javanis Sugo*. (*Mus. Lugd., Monac.*)

19. *C. cincta*. Capite toto colloque supremo pure albis; colli parte caetera et pectore sensim flavescenti-tinctis; hoc inferius fascia larga, nigra cincto; dorso alisque unicoloribus nigrovirescentibus; uropygio virescente; cauda supra nigro-virescente subvirescenti-griseo terminata, subtus cinerascete, apice alba; ventre, tibiis abdomineque laete flavis; caudae tectricibus inferioribus griseis, flavo-marginatis. *Adult.*

Columba cincta *Temminck* Fig. p. 58. t. 23. *Id.* Fig. et Gall. p. 243.

Rostrum albo-flavidum; cauda aequalis; tarsi ad digitos usque plumosi; digiti validi plumosi. Longitudo 13"¹¹. Habitat in *Asia australi*. *Temminck*. (*Mus. Lugd.*)

20. *C. alba*. Unicolor pure alba, exceptis caudae apice, remigibus primariis totis, secundariis maxima parte nigris; rostro nigro. *Adult.*

Le pigeon blanc mangeur de

muscade *Sonner.* Voy. t. 103. *Columba alba* *Gmel., Lath.* *Columbalittoralis* *Temminck.* Fig. p. 15. t. 7. (fig. bona.)

Var. α . Tota alba. (*Temminck.*)

Irides dilute flavae; regio orbitarum nudiuscula; tarsorum pars nuda digitique rubicundi; cauda aequalis. Longitudo totalis 13"¹¹. Habitat in *Nova-Guinea* et in insulis *Moluccis*, migratoria et gregaria in insula *Java*, ibi in rupium cavis ad maris littora sitarum nidificans; turbis magnis palmae cuidam, a *Javanis Pukio-Kebau* dicta incidit ejus fructibus victitans; myristica, potissimum macere vesceus semina aromatis cum excrementis spargit integra; *Javanis Burong doru luw* (*Columba marina*). (*Mus. Paris.*)

21. *C. luctuosa*. Tota pure alba, exceptis remigibus in fundo nigro laete cano-tinctis, margine externo subtili nigro, macula pone suffraginem majuscula nigra, rectricibus a medio usque ad apicem nigris, subtus basi aureo-flavo lavatis, extima utrinque subtus absque nigredine, rostro flavescenti-albo, plumis abdominis medii nigro-terminatis. *Adult.*

Columba luctuosa *Temminck.* Pl. col. t. 247. (fig. opt.)

Cauda mediocris, aequalis; tarsi plumosi; digiti nigri; habitus *Columbae albae*. Longitudo totalis 15"¹¹. Habitat gregibus numerosis in insulis *Moluccis* ad littora inter saxa, fructibus *eugeniae* ejusdam imprimis victitans. (*Mus. Paris., Lugd.*)

Nota. Species haec cum praecedente simili non confundenda est, differt satis caracteribus indicatis.

22. *C. jubata*. Plumis capitis totius, colli pectorisque longis, distinctis, angustis, subulato-acuminatis, apice duriusculis, subcartilaginosis, politis, unicoloribus laete griseo-albidis; dorso, alis et toto corpore in-

ferius a pectore usque ad crissi finem obscure coeruleo-violaceis; regione tota ophthalmica genisque nudis, laevibus, incarnato-rubris; uropygio caudaque supra laete coeruleo-rubris, rectricum intermediarum rhachi violacea; remigibus intus nigricantibus. *Adult.*

Le pigeon hollandais Sonnerat. Voy. t. 101. Columba Franciae Lath., Gmel., Temminck Fig. p. 50. t. 19. (*fig. bona.*) *Le Ramier hérissé Levaill. Ois. d'Afr. 6. t. 267. (fig. bona.)*

Rostrum nigricans apice flavum, basi rubrum; irides rubrae; pedes nigricantes, tarso maxima parte plumosi; cauda aequalis. Longitudo 12-13'', rostri ab oris angulo 1''. Habitat migratoria et gregaria in *Africa meridionali* et in insula *Franciae*. (*Mus. Paris.*)

23. *C. Phoenicura*. Toto corpore unicolore saturate ac splendide nigricanti-coeruleo, crissi plumis exceptis purpurino-violascentibus caudaque tota splendide phoenicea; rostro, tarsi parte nuda, digitis ac regione ophthalmica largiuscule nuda rubris, primo dicto apice nigro; colli plumis elongatis, strictis. *Mas-adult.*

Palumbus coeruleus madagascariensis *Brisson. 1. p. 140. (Descript. completa.) Columba madagascariensis* *Auctor. (exclusa Gmelini var. citata β ad foeminam Columbae humeralis spectante)* *Temminck* Fig. p. 46. t. 17. (*fig. bona.*) *Colombe Fouinigo Levaill. Ois. d'Afr. 6. p. 52. t. 266. (fig. bona.)*

Foem. adult. Mari simillima, eodem paulo minor, ptilosi parum minus nitida.

Cauda mediocris apice subrotundata; irides fusco-rubrae; tarsi ad digitos usque plumosi. Longitudo totalis 10 $\frac{1}{2}$ ''-11'', rostri solius ab oris angulo 11''', caudae 3'' 3''', tarsi 11'''. Habitat in *Madagascaria*, Februa-

rio in terram *Caffrorum Africae meridionalis* migrans, in sylvarum densarum arboribus altissimis degens, fructibus granisque vicitans, timidissima, voce lugubri.

24. *C. rubricapilla*. Frontis pileique plumis longiusculis, discretis, nitidissime rubris; maxillae basi laterali, Ioris et regione circa oculos largiuscule nudis, laete incarnato-rubris, Ioris subplicatis plumulis intermixtis minimis; collo toto, dorso supremo pectoreque laete griseo-coerulescentibus; cauda, alis et omnibus caeteris corporis partibus nigris, in colorem coerulescenti-violascentem vergentibus, unicoloribus, exceptis remigibus rectricibusque quasi griseo-pulverulentis.

Pigeon violet à tête rouge d'Antigue Sonner. Voy. p. 112. t. 67. Columba rubricapilla *Auctor. Temminck* Fig. t. 20. *Id.* Fig. et Gall. p. 233.

Habitus *Oenae*; cauda mediocris, subaequalis; tarsi semiplumosi, horum pars nuda digitique griseo-cinerei; rostrum griseum; irides laete rubrae, pupilla griseo-cincta; colli plumae elongatae, sericeae. Longitudo 10''. Habitat in insula *Panay*; avis colli pileique plumas longiusculas erigere valet. (*Mus. Lugd., Paris.*)

25. *C. holosericea*. Remigibus primariis subaciniaciformi-flexis apice emarginato parabolice introrsum curvatis; ptilosi tota holosericea, imprimis alarum tectricibus, plumis totius corporis superioris, colli, totius capitis, pectoris laterumque dilute viridibus, renitentibus; gula pure alba; pectore inferius fascia nigra, antice albo marginata terminato; epigastrio ac ventre flavo-virescentibus; alis fasciis duabus obliquis, largis, griseo-argenteis; remigibus apice et intus nigris, extus ex parte argentino-griseis, virescenti-tinctis; cauda supra dorso concolore, zona apicali obscurius viridi, su-

btus grisea, tectricibus superioribus ac inferioribus rectricum longitudine, inferioribus laete flavis; tarsis albo-plumosis.

Columba holosericea Temminck Fig. p. 73. t. 32. *Id.* Fig. et Gall. p. 269.

Cauda aequalis; digiti dilute grisei; rostrum longiusculum, gracile, nigrum. Longitudo 10 $\frac{1}{2}$ ". Habitat in maris pacifici insula Sandwich; avis perpulchra. *Temm.* (*Mus. Lugd.*)

26. *C. magnifica*. Abdomine, tibiis, crisso caudaeque tectricibus superioribus obscure flavis; capite toto et collo laete cinerascanti-canis; collo antico a gula (ibi stricte) et pectore in medio, epigastrio ventraeque laetissime ac saturatissime violaceo-purpurinis, nitidis; pectoris nuchaeque lateribus, dorso, tergo, alis totis ac cauda supra laete et nitide viridibus, variantibus, tectricibus alarum superioribus maculis intermixtis laete flavis; alarum tectricibus inferioribus omnibus laete aureo-flavis; cauda subtus cinerea. *Adult.*

Columba magnifica Temm. *Transact. of the Linn. Soc.* 13. p. 125. *Id.* Pl. col. t. 163. (*fig. opt.*)

Habitus *Columbae aeneae*; tarsi ad digitos usque plumosi; rostrum fuscum apice rubicundum; irides et orbitae rubrae; digiti caesii; cauda apice subrotundata. Longitudo totalis 15-16". Habitat in regionibus orientalibus *Novae-Hollandiae* frequens, baccis victitans, carne sapidissima. (*Mus. Lugd., Soc. Linnaean. Londin., Doct. Sieber, Sturm.*)

27. *C. roseicollis*. Capite et collo totis pectoreque laetissime unicoloribus coccineo-roseis; fascia pectorali alba, postice alia nigra marginata; ventre medio laete cano; tibiis, hypochondriis, tarso et abdomine dilute flavido-olivaceis; abdominis crissique plumis viridi-oli-

vascentibus, large sulphureo-flavo marginatis; dorso, tergo, uropygio et alis supra totis unicoloribus virescenti-olivaceis, in certa luce subaureo-, remigibus nigris extus aeneo-nitentibus; rectricibus subtus nigricantibus, fascia apice larga griseo-albicante, supra olivascanti-aureo tinctis, intus nigricantibus, omnibus apice dilutiore; alarum tectricibus inferioribus cano-coerulescentibus. *Mas et Foem. adult.*

Columba porphyrea Reinw. *Temminck.* Pl. col. t. 106. (*fig. opt.*)

Juv. hornot. Capite, collo, pectore et toto corpore supra obscure viridibus; plumis dorsi ac alarum obscurioribus, flavo-terminatis; abdomine dilute viridi-flavido; fascia pectorali nulla.

Rostrum apice flavidum; tarsi plumosi, digiti rubri; cauda subaequalis. Longitudo 10-11", rostri solius ab oris angulo 10", alae 5" 8", caudae 4" 1", tarsi 9". Habitat in insulis *Philippinis* et *Moluccis*, frequens in *Java*; *Javanis Waluk mirha.* (*Mus. Paris., Lugd., Monac.*)

Nota. Nomen specificum a cl. *Temminck* datum ob *Forsteri Columbam porphyream* mutandum erat.

28. *C. Jambu*. Pileo genisque scarlatino-amethystino rubris; mento nigro absque nitore; pectore in fundo albo magno speculo ovali rosaceo; cauda et alis supra et omnibus partibus corporis superioribus laete obscure viridibus, illa apice albidis; collo laterali albo; pectore laterali et caeteris corporis partibus inferioribus albidis excepto crisso rufo-fusco; cauda subtus nigra, omnibus rectricibus albo-terminatis. *Mas adult.*

Pooni Jambou Marsd. *Su-matr.* p. 84. *Columba Jambu* *Gmel.* (*Descript. defecta*) *Col. Jambos* *Lath.* (*descript. incompleta.*) *Temm.* Fig. p. 65. t. 27. (*fig. opt.*) *Id.* Fig. et Gal-

lin. p. 257. — *Raffl.* Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 316.

Foem. Partibus corporis omnibus superioribus, collo pectoreque unicoloribus viridibus, quam in mare minus nitidis; pileo genisque fusco-virescentibus; mento fusco; ventre ac abdomine albo-griscentibus, ad latera maculis irregularibus plus minusve viridibus conspersis; cauda subtus nigricante, griscenti-terminata. (*Tem m.*)

Tem m. Fig. t. 28.

Juv. Fere tota viridis, pectore absque maculis rubris.

Tarsi plumosi; rostrum flavum; tarsi pars parva nuda et digiti rubri; irides aurantiae; regio circa oculos nudiuscula flava; cauda mediocris fere aequalis. Longitudo $9\frac{1}{2}$ - $10\frac{1}{4}$. Habitat in sylvis densis terrae interioris insularum *Java* et *Sumatra*, a Sumatranis *Pooni-Jambo* nominata, baccis (ab incolis *rum-pooni* nominatis) victians. (*Mus. Lugd., Monac.*)

29. *C. Xanthogaster.* Pileo cinerascens; stria ab oris angulo supra oculos et versus occipitis latera ducta, gula, epigastrio, ventre crissoque laete flavis; abdominis lateribus tibiisque laete viridi-variegatis; capitis parte reliqua ac collo toto albis, subtilissime virescenti-flavido lavatis, imprimis colli antici infimi plumis apice emarginatis; dorso, tergo, uropygio, caudae ac alarum tectricibus superioribus ac cauda supra laete ac saturate viridibus, hac fasciola apicali dilutiore; tectricibus alarum majoribus, remigibus secundariis hisque tergo proximis nonnihil in coeruleum vergentibus extus laete flavo-, primariis extus subtiliter albido-limbatis. *Mas* et *Foem. adult.*

Columba purpurata *Foem.* *Tem m.* Pl. col t. 254. (*fig. satis accurata.*)

Rostrum pedesque nigricantes, hoc apice flavidum; tarsi semiplumosi; cauda mediocris subaequalis; remigis primae forma et habitus corporis univer-

salis - *Columbae purpuratae.* Longitudo totalis $8\frac{1}{4}$ - $9\frac{1}{4}$, rostri solius ab oris angulo $7\frac{1}{4}$ '''', caudae $3\frac{1}{4}$ '''. Habitat in insula *Celebes.* (*Mus. Lugd., Monac.*)

30. *C. purpurata.* Capite toto supra laete (plus minusve obscure) roseo-rubro stria flava stricta marginato; capitis parte reliqua, collo, pectore ac epigastrio pallide viridibus, nonnihil in griseum vergentibus; ventre crissoque aurantio-flavis; dorso, tergo, uropygio, caudae alarumque tectricibus superioribus laete et saturate viridibus, nitidis, imprimis alarum tectricibus obscurioribus, majoribus harum flavo-marginatis; remigibus nigris, extus, exceptis extimis, viridi-, secundariis flavo-marginatis, apice virescenti-albidis; rectricibus pogonio externo viridibus, interno versus apicem nigricantibus; tarsorum parte nuda digitisque nigris (obscuris rubris secund. cl. *Lath.*) *Mas* et *Foem. adult.*

Columba purpurata *Lath.* *Synops.* 4. p. 626. (*Descriptio speciminis ex insula Tonga-Tabu*) *Tem m.* Fig. p. 77. t. 34. (*fig. opt.*)

Juv. Fronte griseo-lilacea tannia flavo-olivacea cincta; occipite, collo et pectore griseis et sordide flavidis; alis, dorso ac cauda obscure viridibus, parum nitidis; tectricibus alarum omnibus ochraceo-limbatis; cauda fascia strictissima obscure grisea terminata; ventre, abdomine caudaeque tectricibus inferioribus olivaceis et griseo-virescentibus; rostro griseo; pedibus fuscis. *Tem m.*

Tarsi semiplumosi; remigis primae pogonium internum strictum, acuminatum; rostrum nigrum apice albidum; irides pallide flavae; cauda mediocris tectricibus 14 aequalibus; colli antici plumae apice emarginatae. Longitudo totalis $9\frac{1}{4}$ ''', caudae solius $2\frac{3}{4}$ '''. Habitat in insulis amicis *Ulietea* et *Tonga-Tabu*, porro in *Mariannis*, imprimis frequens in insula *Guam* nec

non in insulis *Celebes* ac *Timor*, fructibus rubris aculeatae *Limoniae trifoliatae* et his *bananarum* victitans; vox non ingrata, gemens; *Tongatabuanis Curucuru*, *Mariannis Totot*. (*Mus. Paris., Londin.* etc.)

Nota. Specimina absque rubedine in capitea clis *Latham* et *Temminck*, nondum a me observata huc non pertinere, sed speciem distinctam exhibere videntur.

31. *C. porphyrea*. *Columbae purpuratae* simillima, diversa ab ea: cauda paulo brevior, capite supra saturate violaceo-purpureo absque fascia laterali flava, corpore toto subtus viridi, exceptis abdomine crissoque flavis, remigibus primariis solis, non tectricibus extus flavo-limbatis. *Mas* et *Foem. adult.*

Columba porphyrea *Forster*. Icon. inedit. cum fig. opt. *Columba purpurata* *Lath.* Ind. 2. p. 598. n. 17. *Id.* Synops. l. c. (*descriptio prima*), *Gmel.* *Col. purpurat.* var. *Temminck*. Fig. t. 35. (*fig. satis accurata sed false capitis fasciam flavam exhibens.*) *Col. porphyraea* *Temminck*. *Transact. of the Linn. Soc.* 13. p. 130.

Rostrum pedesque nigri; irides flavae. Habitus et magnitudo prorsus speciei praecedentis. Habitat in insulis *O-Tahiti* et in *Timor*, nec non in *Nova-Hollandia*, *Otahitis Upa* seu *Uparra*. (*Mus. Paris., Soc. Linn. Londin.*)

32. *C. superba*. Fronte ac pileo nitide violaceis; occipite genisque dilute viridibus; cervice fusco-rubicunda; dorso toto, alarum tectricibus magnis et mediis nitide viridibus, subolivaceo-tinctis, nonnullis apicem versus macula ovata coeruleo-nigricante; humeris subviolaceo-coeruleis; remigibus secundariis intus nigris, extus obscure viridibus, omnibus, aequae ac tectricibus, flavo-limbatis, remigibus primariis nigricantibus flavo-albido limbatis; gula et

collo antico griseo-cinereis, plumis omnibus basi violaceis; pectore fascia larga, coerulea; ventre medio abdomineque albis, lateribus albo-maculatis tibiisque ex parte viridibus; cauda subtus grisea, albo-terminata, supra viridi apice albido-virescente, rectricibus 3 utrinque lateralibus nigris, caeteris intus eodem colore; crissi plumis albis, intus maculis oblongis viridibus. *Adult.*

Columba superba *Temminck* Fig. p. 75. t. 33. *Id.* Fig. et Gall. p. 277.

Cauda rectricibus 16, medio-cris, apice perrotundata; rostrum nigrum; orbitarum regio nudiuscula et irides rubrae; rostrum corneum; tarsi semiplumosi; horum pars nuda digitique rubri. Longitudo 9 $\frac{1}{2}$ ". Habitat in insula amica *O-Tahiti*, incolis *Pukio* *o. Temminck*. (*Mus. Lugd.*)

33. *C. melanocephala*. Capite cano; macula larga occipitali longiuscula saturate violaceo-nigra; stria in mento et gula longitudinali, abdomine postice, caudae tectricibus inferioribus primariis laete et saturate aureo-flavis; caudae tectricibus inferioribus posticis roseo-coccineis; dorso, tergo, uropygio, alis supra totis, cauda supra et corpore inferius a gula usque ad abdomen in certa luce ex aureo olivascens viridibus, in altera laetissime et pure smaragdino-viridibus; cauda subtus cinerea extimo apice grisea; remigibus secundariis extus et alarum tectricibus inferioribus tenerime metallice aureo-limbatis. *Adult.*

Columba melanocephala. *Forster* Zool. Ind. t. 7. (*fig. opt.*) *Lath., Gmel., Temminck* Fig. p. 69. t. 30. (*fig. opt.*) *Id.* Fig. et Gallin. p. 263. *Tourterelle de Batavia* *Buff.* Pl. enl. n. 214. (*fig. mala.*)

Cauda breviscula aequalis; rostrum (in exuvia) nigricans, apice livido; tarsi semiplumosi, caetera parte cum digitis et un-

guibus flavicantes; irides fusco-rubicundae. Longitudo totalis ultra 8'', caudae solius 2'' 11''', alae 4'' 4''', rostri ab oris angulo 8''', tarsi 8'''. Habitat in insula Java. (Mus. Paris., Monac.)

34. *C. iogastra*. Capite supra et ad latera mentoque caesiis; occipite, collo, dorso toto, pectore lateribusque nitidissime et obscure viridibus; aliis caudaque ejusdem coloris, dorso paulo obscurioribus; ventre medio laete et obscure purpureo; abdomine crissoque laete flavis; alarum superioribus tectricibus magnis nonnullis pure cinereo-terminatis; remigibus secundariis extus subtiliter flavido-marginatis; reatricibus lateralibus intus apice macula magna virescenti-cinerea.

Columba hyogastra Reinwardt et Temm. Pl. col. t. 252.

Cauda breviuscula aequalis; pedes rubri; rostrum nigricans apice flavido. Longitudo totalis 8''. Habitat in insula Celebes. *Temm.* (Mus. Lugd.)

35. *C. Monacha*. Parva, laete viridis; fronte cum toto pileo, striola utrinque pone oris angulum longitudinali maculaque epigastrii magna laetissime et pure coeruleis; taenia ab oris angulo supra oculos ducta, in occipite connexa, mento, gula, abdomine crissoque laete flavis; remigibus secundariis extus subtiliter flavo-limbatis; reatricibus supra viridibus intus cinereis, lateralibus intus versus apicem macula obscure viridicoerulescente notatis.

Columba Monacha Reinw. et Temm. Pl. col. t. 253.

Cauda mediocris, aequalis; tarsi maxima parte plumosi; digiti rubri; rostrum nigricans. Longitudo totalis 7''. Habitat in insula Celebes. *Temm.* (Mus. Lugd.)

- * * *Cauda elongata, gradata.*

36. *C. Phasianella*. Cauda praelonga tota supra, ejus tectrici-

bus superioribus, uropygio, tergo, dorso, scapularibus, alarum tectricibus superioribus omnibus remigibusque dorso proximis unicoloribus obscurissime rubicundo-cinnamomeis, nonnihil in cupreum vergentibus, partibus omnibus hisce atomis, vix conspicuis conspersis, tectricibus limbo apicali dilutiore subfusco-purpurino, reatricibus binis utrinque extimis macula nigricante obsoletissima, in externa versus apicem, in sequente latere interno medio posita; collo infimo postico ejusdem coloris laete ac saturate violaceo-purpurino relucente; capite toto, collo laterali ac antico toto corpore subtus cum crisso, nec non cauda subtus ac alarum tectricibus inferioribus unicoloribus cinnamomeo-rufis; gula albidula aut subflavida; remigibus fuliginoso-nigricantibus limbo interno rufo-lavato. *Mas et Foem. adult.*

Columba Phasianella Temm. Pl. col. t. 100. (fig. bona.)

Juv. Capite, collo et toto corpore subtus a mento flavido usque ad crissi finem cinnamomeo-rufescentibus, plumis colli inferioris ac pectoris basi nigricantibus, fasciola angusta ante apicem subdenticulato-arcuata nigra; dorso, scapularibus, cauda alarumque tectricibus supra unicoloribus obscure rufescenti-fuscis, exceptis tectricibus scapularibusque fascioliis fusco-rubicundis terminatis, reatricibus 3 utrinque extimis macula transversa, nigricante, obsoletissima notatis; tergo ad uropygio saturate cinnamomeo-rufis; remigibus fuliginoso-fuscis limbo externo subtilissimo, interno rufo; rostro fusco subtus apicem versus flavido; pedibus cum unguibus fuscis.

Turtur amboinensis Briss. 1. p. 127. t. 9. f. 3. (Descript. opt.) *Columba amboinensis Auctor.*

Pullus sive Juv. hornot. Juvene multo minor; fronte, toto capite supra unicoloribus rufis; colli postici dorsique plumis ru-

fescentibus, basi griseis, fasciola ante apicem nigricante, pro vario ad lucem objectu in aureo-viride vergente; dorso in fuscum vergente, fasciolis obsolete; scapularibus alarumque tectricibus superioribus omnibus nigricantibus, omnibus laetissime et large cinnamomeo-rufo marginatis; uropygii plumis caudaeque tectricibus superioribus apice rufescente atomis subtilissimis, vix conspicuis, nigricantibus conspersis; rectricibus duabus intermediis cinerascanti-rufescentibus, laterali-bus fuliginoso-fuscis fascia intermedia obliquissima cinnamomeo-rufa, rufescenti-terminatis, extimis utrinque totis rufis fascia ante apicem nigra; mento rufescenti-albido; colli antici pectorisque plumis nigricantibus, apice largissime rufis; caeteris corporis partibus inferioribus crissoque rufescentibus, plumis versus basin cinereis; alarum tectricibus inferioribus remigibusque intus ut in juvene tinctis; remigibus secundariis extus rufo-marginatis.

Juv. adultae ptilosin induens. Ptilosi quam in juvene obscuriore, collo infimo nonnihil in aureo-purpurinum vergente, plus minusve fasciolis strictis nigricantibus notato; rostro pedibusque fusco-rubicundis.

Columba Phasianella Temm. Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 129.

Tarsi breves basi plumosi, caetera parte ac digiti rubri; unguis flavidi; rostrum fusciscenti-rubicundum, maxillae apice emarginatum; regio ophthalmica nudiuscula rubra; cauda cuneata rectricibus latiusculis, apice obtusis 12. Longitudo totalis 13-15", caudae solius 6" 8", alae 6" 1/2", rostri ab oris angulo 1" 1/2", tarsi 9" 1/2". Habitat in plurimis insulis Philippinis ac Moluccis, imprimis frequens in Java, porro in Nova-Hollandia, fructibus victitans; caro nigra, sapidissima; in Manilla copulae tempus Februarius. (*Mus. Paris., Lugd., Monac.*)

Nota. Avis a cl. *Temminckio* pro juvenili hujus speciei descripta (Pl. col. n. 17.) pertinet manifeste ad speciem distinctam. Remiges *Phasianellae* et in ave pulla, juvenili et in adulta intus plus minusve saturate rufo-limbatae sunt, ut ex meis descriptionibus hic datis satis patet. Vide *Columbam Unchall* et notam in descriptionis fine exhibitam.

37. *C. macrura.* Cauda larga, longissima, gradata, cinnamomeo-rufa, *rectricibus lateralibus albo-terminatis*; capite, alis et toto trunco supra saturate cinnamomeo-rufis; gula alba; pectore rufo-vinaceo; caeteris corporis partibus inferioribus rufo-albidis.

La Tourterelle à large queue Buff. Pl. enl. n. 329. *Columba macrura Auctor.*

Rostrum pedesque nudi rubri. Longitudo totalis 12", caudae solius 6".

Nota. Hanc speciem nondum vidi; eam *Ceylonam* et non *Senegambiam* inhabitare putandum est. *Columbae Phasianellae* peraffinis esse videtur et ab ea forsitan non distinguenda.

38. *C. Unchall.* Fronte et gula e pallidissime rufescente albis; capite et collo ad latera, quoque hoc antice grisescentibus, plumis omnibus nitore argentinovirescente resplendentibus, atomis vix conspicuis fusciscentibus conspersis; *pectoris ac epigastrii plumis in fundo vinaceo laetissime argentino-* et pro vario ad lucem objectu *aureo-viridi* relucentibus, basin versus griseis, quavis *ante apicem fasciolam*, margine subdentata, latiuscula nigra notata; plumis corporis inferioris lateralis ejusdem picturae, pallidioribus, absque nitore metallico; ventre, abdomine medio crissique plumis pallide rufescenti-ochrascentibus, crissi atomis nonnullis cinereis conspersis; colli po-

stici cervicisque plumis aureo-viridibus et paulo amethystino-relucentibus, in alia luce quasi grisescenti-pulverulentis; *remigibus extus et intus unicoloribus nigricantibus; rectricibus duabus utrinque extimis canis, fascia ante apicem lata nigra (an ptilosis avis adultae?) caeteris omnibus, alarum ac caudae tectricibus superioribus omnibus, plumis dorsi ac tergi nigris, fascioliis numerosis, angustis saturate cinnamomeo-rufis, in rectricibus rhachi interruptis, in caeteris partibus in plumarum margine apicali conspicuis; capitis pileo rufo fascioliis numerosis nigris; alarum tectricibus inferioribus internis totis nigris, externis rufo-fasciulatis (an ptilosis avis juvenilis?). Avis juv. adultae ptilosi se induens.*

Columba Phasianella Juv. Temm. Pl. col. N. 17.

Juv. hornot. Collo antico et corpore subtus pallide rufescenti-ochrascentibus, pluma quavis fasciola ante apicem latiuscula, subarcuata, nigricante.

Habitus prorsus *Columbae Phasianellae*; rostrum quam in ea multo gracilius, dextro longiore, minus arcuato et intumido, minus emarginato, unicolor obscure fuscum; cauda longa ut in *Phasianella*; pedes graciliores et ungues obscure fusci; tarsi ad basin vix plumosi; regio ophthalmica nudiuscula. Longitudo totalis 12 $\frac{1}{2}$ '' , caudae

6'' 8''' , rostri ab oris angulo 10''' , tarsi 9''' , alae 6'' . Habitat in Java insula, inquilinis Buróng-Unchall. (Mus. Monac.)

Nota. Specimina duo a cl. doctore Kollmann ex insula Java in museum regium nostrum missa, ptilosius perfecta nondum exstructa sunt, quare ea ante perfectae cognitionem meliorem sane non descripserim, nisi jam hoc fecisset cl. Temminck, hanc speciem in descriptione avis juvenilis *Phasianellae* comprehendens. Differt satis ab ea characteribus indicatis.

39. *C. Reinwardtii*. Capite, collo et toto corpore subtus cum crisso dilute canescentibus, exceptis facie, collo antico et pectore pure albis; dorso, scapularibus, alarum tectricibus superioribus majoribus et rectricibus quatuor intermediis totis saturate rufo-cinnamomeis; alarum parte caetera nigra; rectricibus quatuor utriusque lateralibus basi nigris, medio cinereis, nigro - aut rufo-terminatis, externa albo-marginata; cauda longa, cuneata; regione ophthalmica lorisque nudiusculis, rubris. Adult.

Columba Reinwardtii Temminck. Pl. col. t. 248.

Rostrum validum rubrum apice caesio, duro, intumido ut in *Columba aenea*, pedes nudi, rubri. Longitudo totalis 18-19'' . Habitat in insula Celebes. Temminck. (Mus. Lugd.)

B. Columbae antarchopodiae.

Tarsus scutatus mediocris, nudus, raro basi aut ultra plumosus, digiti medii longitudine aut eodem paulo longior; digiti liberi, vix basi subcoadunati; rostrum rectum, molle, apice subduro.

* *Cauda mediocri, apice aequali aut rotundata.*

40. *C. Temminckii*. Fronte caruncula globulosa, tuberculosa, loris ac regione circa oculos nudis, rubris (?); mento, gula, collo antico et laterali ex parte nudis, coeruleis (?); caruncula nuda utrinque infra oculos in-

cipiente, longitudinali, longa, compressa, simplice, pendula, et altera ejusdem formae, subplicata a mento usque ultra colli antici medium ducta rubris (?); pileo, colli parte caetera et tota ptilosius unicoloribus albis, exceptis alula griseo-nigricante, cauda maxima parte nigra, basi grisea, rectricibus lateralibus ex-

tus ultra medium albis, remigibus basi griseo-albis, versus apicem nigris, remige utrinque prima tota nigra. *Adult.*

Columba auricularis Temm. Fig. p. 54. t. 21. (*fig. et descript. opt.*) *Id.* Fig. et Gallin. p. 236.

Juv. (?) Adultae similis, ptilosi plus minusve maculis griseis et nigris conspersa. (*Temminck.*)

Var. c. Alis totis albis. (*Temm.*)

Habitus et magnitudo *Oenae*; cauda aequalis; pedes nudi rubri; rostrum gracilius nigrum. Habitat, ut suspicandum est, in *insulis amicis*.

Nota. Vidi Londini specimen hujus speciei adultum nitidissimum, ni fallor in collectione dom. *Ryals* asservatum, ex quo descriptionem hausi. Nomen a cl. *Temminckio* datum specificum ineptum ad errores evitandos mutandum erat.

41. *C. carunculata.* Fronte et rostri basi nudis; caruncula mentali et alia ab oris angulo infra genas versus aures ducta carnosus, nudis, rubris; capite, genis, collo pectoreque griseo-ardesiaceis; scapularibus alarumque tectricibus superioribus griseo-argentinis, subtiliter albo-limbatis; ventre, uropygio, crasso, alarum tectricibus inferioribus, apice et margine externo rectricis utrinque extimae pure albis; cauda superius unicolore fusco-rufa, subtus nigricante. *Mas adult.*

Foem. Absque caruncula; ptilosi ut in mare, minus nitida; alarum tectricibus non albo-limbatis.

Le Colombi - Galline *Levaill.* Ois. d'Afr. 5. t. 278. (*fig. mediocr.*) *Columba carunculata* *Temminck* Fig. p. 19. t. 11. (*fig. cum descriptione parum congruens.*) *Id.* Fig. et Gall. p. 415.

Pedes altiusculi vinaceo-rubri, nudis; rostrum rubrum apice nigrum; oculi circulo uno flavo, altero rubro; cauda mediocris, apice rotundata. Longitudo 10''.

Habitat in *Africa meridionali* in terra Namaquorum; nidificat in terrae fovea parva virgulis ac herbis siccis strata, ova 6-8 albo-rufa pariens, quibus mas et foemina alternatim incubant; pulli immediate post nativitatem lanugine griseo-rufescente tecti parentes sequuntur a quibus assidue convocantur, alis obteguntur, et formicarum larvis insectisque mortuis nutriuntur; fortiores cum parentibus ipsis exquirunt vermes, grana baccasque; adultae copulae solum tempore per copia reperiuntur. (*Levaill.*)

42. *C. picata.* Occipite, genis, dorso, tergo, uropygio caudae tectricibus superioribus, alis supra totis et toto collo saturate et laete ardesiacis, excepta pectoris albedine utrinque ad latera in forma arcus colli latera intrante, maculis nonnullis parvis ardesiacis conspersa; crissi plumis albedo-fuscescentibus, macula intermedia nigricante; capistro, sincipite, linea horizontali infra oculos ducta et corpore subtus medio albis; striola ab oris angulo ad oculum ducta ardesiaca; remigibus saturate nigricanti-ardesiaceis, extus parum dilutius limbatis; cauda dorso concolore, rectricibus lateralibus albedo-terminatis; corporis inferioris lateralis plumis ardesiacis, totis large albo-marginatis. *Adult.*

Columba picata *Lath.* Suppl. (*Descriptio vitiosa.*) *Columba armillaris* *Temminck* Fig. p. 13. t. 6. (*fig. non satis accurata.*) *Columba Jamieson* *Quoy* et *Gaim.* Voy. Partie zoolog. p. 123.

Habitus *Columbae Palumbi*, eadem fere paulo major; rostrum plumbeum; ejusdem cera et orbitae incarnato-violascentes; irides nigricanti-fuscae; pedes nudi violascenti-rubri; cauda aequalis. Habitat in *Nova-Hollandia*, timidissima, in captivitate vix mansuefacienda, sed cannabis semine facile nutrienda; vox profunde murmu-

rans, vix et raro audienda; ramis insidet. (*Mus. Lugd., Soc. Linn. Londin.*; exemplum vivum ipse possedi.)

43. *C. Palumbus*. Capite toto, gula, uropygio, caudae tectricibus superioribus alarumque majoribus ex parte laete cinereo-griseis; collo superius ad latera et postice viridi-purpurino nitente, maculaque utrinque ad latera nitente alba; collo antico inferiore pectoreque vinaceis; ventre et caeteris partibus posticis albis, grisescenti-lavatis; alarum tectricum marginalium remigumque primariorum margine albo; dorso, alarum tectricibus minoribus omnibus remigibusque dorso proximis cinereis; rectricibus omnibus supra a basi ad medium usque cauis, dein sensim nigricantibus, subtus nigricantibus fascia intermedia albo-grisescente. *Mas adult.*

Le Pigeon Ramier Buff. Pl. enl. n. 316. (*fig. accurata.*) *Columba Palumbus Auctor.* *Temminck* Fig. t. 2. (*fig. opt.*) *Naum.* t. 14. f. 33. (*fig. opt.*)

Foem. Mari similitis, colli macula alba minore; alarum marginis albedine minus extensa.

Av. junior. Macula collari alba nulla; collo absque nitore, caetera ptiloseos pictura minus pura.

Var. c. Tota alba, pectore vinaceo-lavato. (*Bechst.*)

Narium membrana albedo pulverulenta; cauda mediocris, subaequalis; rostrum pedesque basi plumosi rubri; irides pallide sed pure flavae. Longitudo totalis 16'', rostri ab oris angulo 1'' 2''', tarsi 13''', caudae 6'' 1/4''. Habitat per totam *Europam* ad *Siberiam* usque, imprimis in regionibus meridionalibus, in *Africa septentrionali* quoque, in sylvis et interdum in urbibus in arboribus nidum e virgulis struens et duo ova alba pariens; timida, autumnus ex *Europae* regionibus borealibus migrans.

44. *C. Livia*. Tergo ac uropygio albis; capite, dorso, alarum tectricibus superioribus, pectore, ventre, lateribus, abdomine, caudae tectricibus superioribus ac inferioribus saturate plumbeis, collo ad latera viridi-aureo splendente; remigibus majoribus cinereo-nigricantibus, secundariis cinereo-coerulescentibus, apicibus nigris, unde in utraque ala fascia duplex; rectricibus obscurius plumbeis, apice nigris, extima utrinque pogonio externo albedo. *Mas et Foem. adult.*

Columba Livia Briss. 1. p. 82. n. 3. (*Descript. complet.*) *Meyer et Wolf* Taschenb. der deutsch. Vögelk. 1. p. 288. *Temminck* Fig. p. 27. t. 12. (*fig. opt.*) *Id.* Fig. et Gallin. p. 125. *Le Biset Buff.* pl. enl. n. 510. (*fig. mediocr.*) *Columba domestica* var. β . *Lath., Gmel.*

Juv. Adultae similis, ptilosi minus pura, colli lateribus minus nitidis; tergo albo.

Habitus et magnitudo *Oenae*, ii similis, tergo ac uropygio albis alarumque pictura diversa; pedes sanguineo-rubri; rostrum pallide rubens cera albo-pulverulenta; irides rubro-flavae; cauda rectricibus 12, mediocris, subaequalis. Longitudo totalis 13'', rostri ab oris angulo 10'', caudae 4'' 1/4'', tarsi 1'', alae 7'' 1/2''. Habitat in rupibus maritimis insularum nonnullarum maris *Mediterranei*, in *Sardinia*, *Italia*, *Gallia meridionali* ac satis frequens in *Africa septentrionali*, imprimis in *Aegypto*, quoque in insula *Teneriffa*; nidificat in rupibus, interdum in turribus, ova 2 alba pariens; typus, ut videtur, columbae domesticae.

Nota. De innumeris varietatibus hujus speciei domesticis vide: *Brisson* l. c. p. 71., *Bechst.* Naturg. Deutschl. 3. S. 985., *Vieill.* N. D. 26. p. 291., *Temm.* Hist. nat. des Fig. p. 125.

45. *C. Oenas*. Capite, alis, tergo, uropygio; caudae tectricibus superioribus ac collo antico supremo plumbeis; dorso alarumque tectricibus superioribus ejusdem coloris, obscurioribus; colli parte antica reliqua pectoreque vinaceo-tinctis; ventre, tibiis, abdomine crissoque dilutius plumbeis; collo laterali viridi-aureo splendente, nonnihil in purpurinum vergente; fascia alarum duplice nigra; cauda a basi ultra medium obscure plumbea, reliqua parte nigra; remigibus obscure plumbeis, apicem versus nigricantibus. *Mas* et *Foem. adult.*

Columba saxatilis *Bris s.* 1. p. 84. n. 4. *Columba domestica* var. γ : *Gmel., Lath. Columba Oenas Gmel., Lath.* et *Auctor. recentior. Temminck.* Fig. t. 11. (*fig. non satis accurat.*) *Naum. Vög.* t. 15. f. 34. — *Descript. de l'Égypte* t. 13. f. 7. (*fig. opt.*)

Juv. hornot. Alis fasciis, pectore colore vinaceo expertibus, collo minus aut vix nitido; partibus corporis cinereis sordidioribus.

Rostrum rubicundum cera rubra; pedes sanguineo-rubri; cauda mediocris, subaequalis; irides fuscae. Longitudo totalis 18'', rostri ab oris angulo 11'', caudae 5'', tarsi 1''. Habitat in pluribus *Europae* regionibus ad Sibiriam usque frequens praesertim in Germania et Francia nec non in *Africa* septentrionali, in Aegypto, migratoria in Europa; nidificat in arboribus cavis ova 2 alba pariens.

Nota. Varietas a cl. *Lichtenstein* descripta (*Eversmann's Reise nach Buchara* S. 132.) e *Tataria* missa, ptilosi saturatius plumbea, colore pectoris vinaceo obscuriore, nitore metallico in cervice quoque spectando, tergo dilutissime cinereo, plumis ibi basi albis, 11/2 pollices longa, tarsis et digitis quam in *Oena* validioribus speciem distinctam formare videtur. Hujus varietatis (?) solum unicum

vidi specimen, quare de sua diversitate vera ab *Oena* nihil certi affirmare possum.

46. *C. Lamprauchen*. Capite, collo antico, toto corpore supra, corporis inferioris lateribus, tibiis, abdomine crissoque ardesiacis, capite vix conspicue, collo infimo sensim, epigastrio ac ventre laete in rufo-purpurinum vergentibus; collo postico ac infimo laterali ex parte violaceo-purpurino ac aureo-viridi laete relucente; alis ex parte extus ad rufum inclinantibus; cauda nigricante fascia vix media ardesiaca in caudae parte inferiore albida. *Adult.*

Columba caribaea *Temm.* Fig. p. 22. t. 10. (*fig. opt.*) *Id.* Fig. et *Gallin.* p. 114.

Habitus et magnitudo prorsus *Columbae Oenae*, ii persimilis; pedes rubri; rostrum flavidum, cera rubra; cauda aequalis. Habitat in *Portorico*. (*Mus. Paris.*)

Nota. *Columba caribaea* auctorum sane huc pertinere, sed data de ea descriptio non satis accurata esse videtur; ante conjunctionem cum hac specie indiget ulteriore examine. Varietas β *columbae caribaeae* exhibet avem undique diversam, cauda cuneata praeditam a me nondum visam.

47. *C. fasciata*. Capite purpureo-griseo, dorso et colli lateribus nitide aureo-viridibus; lunula ad capitis basin alba; collo inferiore vinaceo-flavo purpurino, partibus posticis sensim dilutioribus; abdomine crissoque albis; dorso supremo, alarum tectricibus scapularibusque fusciscenti-cinereis; remigibus primariis obscure fusco-nigricantibus, limbo externo albedo, basi fusciscenti-purpurinis; tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus alarum inferioribus ac lateribus griseo-coerulescentibus; cauda basi coerulescenti-grisea, apice sordide alba, medio nigra.

Columba fasciata *Edw. Jam.*

Account of an Expedit. to the Rocky-mountains. Lond. 1823. Isis 1824. Heft 11. S. 272.

Cauda mediocris, rotundata, reetricibus 12; rostrum flavum, nigro-atomarium, pone nares subgibbosum; irides rubrae; pedes flavi; unguis nigri. Habitat in montosis *Americae septentrionalis*.

48. *C. imbricata*. Alis, cauda et toto corpore unicoloribus saturate ardesiacis, exceptis capite ac collo totis nec non dorsi pectorisque suprema parte saturate purpurino-vinaceis; colli postici infimi plumis latiusculis, densis, imbricatim positis, margine rotundatis, in violaceum-purpurinum et in viride vergentibus, margine apicali distincto absque nitore; occipitis parte infima serie longitudinali plumarum rufescenti-fuscarum, velutinarum; regione ophthalmica large nuda, rubro-papillosa. *Adult.*

Columba corensis Gmel., *Lath. Columba portoricensis* Temm. Fig. p. 41. t. 15. (fig. bona.) *Id.* Fig. et Gallin. p. 211. *Columba Monticola* Vieill.

Habitus *Columbae Oenae*, pedes quam in ea validiores rostrumque rubri; cauda aequalis, reetricibus 12, irides rubrae; unguis flavi. Longitudo totalis $14\frac{1}{2}$ "", rostri 13"". Habitat in *Dominicensi* insula, in *Portorico* et in *Venezuela* *Americae australis*; avis junior facile cicuranda, carne eduli. (*Mus. Paris.*)

49. *C. poiciloptera*. Capite et collo totis, corpore subtus ejusque lateribus, tectricibus alarum inferioribus, dorso et uropygio griseo-plumbeis; tectricibus alarum superioribus omnibus fuscis versus apicem macula parva alba notatis, minoribus praeterea extus albo-limbatis; colli plumis absque nitore; ptiloseos partibus reliquis *columbae loricatae*. *Mas adult.*

Le pigeon aux ailes tachetées *Azar.* Voy. n. 318. *Columba*

maculosa Temm. Fig. et Gallin. 1. p. 113. *Columba poiciloptera* Vieill. N. D. 26. p. 344.

Pedes obscure violaceo-rubri; irides pure albae; rostrum apice nigricans; lora plumosa; regio ophthalmica nudiuscula; retrices extimae caeteris 4"" breviores. Longitudo totalis 12"", caudae $4\frac{1}{6}$ "", tarsi 18"". Habitat in *Paraguayae*. Foemina a mare respectu ptiloseos picturae haud differre videtur. (*Azar.*)

50. *C. Arquatrix*. Pileo ac occipite canescentibus; fronte, facie, dorso supremo, toto corpore subtus obscure fusco rubicundo-vinaceis, colli pectorisque plumis nigris, margine rubicundo-vinaceis, quare squamosse apparentibus; epigastrio ac ventre maculis subtriangularibus albis-, alarum tectricibus superioribus minoribus ac mediis in fundo dorso concolore maculis fere rotundatis, albis variegatis; remigibus reetricibusque nigricantibus, margine externo griseo-lavatis. *Mas adult.*

Le Ramier Rameron *Levaill.* Ois. d'Afr. 6. p. 49. t. 264. (fig. bona.) *Columba Arquatrix* *Temm.* Fig. p. 11. t. 5. (fig. bona.) *Id.* Fig. et Gallin. p. 93.

Foem. Mari simillima, eodem paullo minor, tectricibus alarum ac corpore inferiore minus albo-maculatis.

Cauda mediocris apice subrotundata; rostrum gracilius pedesque cum unguibus flavi, tarsi basi plumosi; irides griseo-perlaceae; regio ophthalmica, imprimis inferior, nudiuscula laete aurantia; habitus *Palumbi*. Longitudo totalis 15"". Habitat frequentissima in *Africa meridionali*, ad Caput bonae spei, gregaria in sylvis, copulae tempore per paria, nidum in morem *Palumbi* in arboribus struens et ova duo tota alba pariens, quae diebus tredecim aut quatuordecim excluduntur; inter volatum brevem, quasi ar-

euantem melodice clamat, in plana descendens victitat diversis seminibus et fructibus parvis. (*Mus. Lugd., dom. Fl. Prévost Paris.*)

51. *C. trigonigera*. Capite, gula et toto corpore subtus cum crasso griseo-cinerascentibus, unicoloribus; plumis colli rubicundo-vinaceis, profunde emarginatis, apicibus acutis, longiusculis aureo splendidibus; alarum tectricibus, dorso remigibusque illi proximis fusco-rubicundis, nonnihil in violaceum vergentibus, tectrice quavis ac nonnullis remigibus dorso proximis apice macula triangulari alba notatis; remigibus fuscis, extus griseo-lavatis; regione ophthalmica nuda, laete rubra; reatricibus griseis, nigro-terminatis; tectricibus caudae superioribus canescentibus, uropygio et tergo in album vergentibus. *Mas et Foem. adult.*

The triangular spotted Pigeon Edw. n. 75. (*fig. mediocr.*) *Columba guinea* Auctor, *Temminck* Fig. t. 16. *Id.* Fig. et Gallin. p. 214. *Le Ramier roussard* *Levaill.* Ois. d'Afr. p. 51. t. 265. (*fig. bona.*)

Rostrum nigricans; irides laete aurantiae; pedes nudi rubro-vinacei; cauda mediocris, subaequalis. Habitus et fere magnitudo *Oenae*. Longitudo $12\frac{1}{2}$ "', rostri 1"'. Habitat ad caput bonae spei frequens, in Guinea, Angola (et, ut videtur, in Malabarica), gregaria, segetibus infestissima; nidificat in rupibus cavis aut in arboribus, duo ova alba pariens.

Nota. Auctorum *Columbam malabaricam* interim huc pono. Ejusdem descriptio, praeter rostrum rubrum et magnitudinem, prorsus in hanc avem quadrat.

52. *C. leucocephala*. Fronte et toto pileo pure albis; capitis parte reliqua, collo postico supremo, toto laterali ac antico obscure purpurinis, nitentibus, occipite in violaceum vergente;

colli postici inferioris plumis latiusculis, rotundatis, imbricatum positis, aureo-viridibus, margine apicali nigris; dorso, tergo, uropygio, alarum tectricibus superioribus omnibus et corpore subtus inferius a pectore usque ad crissi finem unicoloribus plumbeis; reatricibus et remigibus omnibus ejusdem coloris, obscurioribus. *Mas et Foem. adult.*

White-crowned Pigeon *Catesb.* Carol. 1. t. 25. *Columba saxatilis jamaicensis* *Brisson*. 1. p. 137. *Columba leucocephala* Auctor. *Temm.* Fig. p. 37. t. 13. (*fig. opt.*) *Id.* Fig. et Gall. p. 204.

Juv. Ptilosi minus nitida, capite supra griseo.

Habitus speciei praecedentis; orbitarum regio nudiuscula alba, copulae tempore rubra; irides flavae; pedes nudi rubri, unguibus fuscis; rostrum rubrum, apice albidum; cauda aequalis reatricibus. Longitudo totalis 13"', rostri ab oris angulo 1"', caudae 5"', tarsi 1"'. Habitat in America septentrionali, in insulis Portorico, Jamaica, Cuba, S. Dominico, Bahamensibus, Antillis magnis et in Mexico, in sylvis magnis, inter rupes ova pariens, baccis victitans; caro esculenta, pro anni tempore pabulique indole nunc dulcis nunc amara. (*Mus. Paris.*)

53. *C. loricata*. Capite toto, mento, collo antico, pectore, epigastrio ventreque saturate vinaceis; colli postici medii plumis imbricatum positis, latiusculis, apice recto-truncatis, subdiffractis, medio pallidissime vinaceis, dein ardesiacis et pro vario ad lucem objectu nonnihil in obscure viride vergentibus, fasciola ante apicem subarcuata, stricta, alba, sub certa luce subtilissime in amethystinum vergente; auchenii plumis ejusdem structurae vinaceis, vix violaceo-nitentibus, fasciola ante apicem vinaceum alba, stricta, vinaceo-lavata notatis; lateribus cor-

poris inferioris, alarum tectricibus inferioribus omnibus, tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus laete et saturate plumbeis; abdomine crissoque ejusdem coloris subtiliter vinaceo-lavatis; dorso, scapularibus alarumque tectricibus superioribus cinerascenti-fuscescentibus, tectricibus limbo dilutiore, tectricibus majoribus ad ardesiacum inclinantibus, extus large albo-limbatis; reetricibus omnibus supra et subtus a basi usque ultra medium plumbeis, dein sensim nigris; remigibus unicoloribus nigricantibus, extus subtilissime albo-marginatis. *Mas et Foem. adult.*

Columba Gymnophthalmos Temm. Fig. p. 48. t. 18. (fig. satis accurata.) *Id.* Fig. et Gallin. p. 228. *Vieill. N. D. Col. leucoptera Neww.* Reise 2. p. 242.

Avis junior. Mare simili paulo minor; corpore subtus a collo vinaceo usque ad crissum subgriseo-vinaceo; auchenii plumis dorso concoloribus fascia ante apicem saturate fusco-purpurinum albido-vinacea; mento albido.

Le Picazuro Azara Voy. n. 317. Columba Picazuro Temm. Fig. et Gallin. 1. p. 111., *Vieill. l. c. p. 357. Columba loricata Lichtens. Vög. Verz. S. 67.*

Av. hornot. Plumis colli postici ut in adulta formati, coloribus quam in juniore ave multo dilutiore pictis; dorso alarumque tectricibus superioribus omnibus sordide cinereis, limbo subalbido, majoribus strictius albo-marginatis; corpore subtus griseo-vinaceo; corporis partibus reliquis ut in adulta, minus nitidis.

Habitus *Palumbi*; pedes nudi violaceo-sanguinei; orbitae loraque stricte nuda sanguinea; irides laete rubro-flavae; rostrum obscure plumbeum, albo-pulverulentum, apice dilutius nebulatum; cauda reetricibus 12, mediocris, apice subrotundata. Longitudo tota-

lis $12\frac{1}{2}$ - $13\frac{1}{2}$ '' , rostri ab oris angulo 13 '' , caudae $4\frac{3}{4}$ '' , tarsi 11 '' , alae 8 '' . Habitat satis frequens in *Brasilia* et *Paraguay*, in campis per pária aut gregibus magnis, non migratoria, timida, seminibus victitans et zaeae segetibus infesta, imo cadavera appetens, arborum ramis mortuis aut parum frondosis insidens, carne amara. (*Mus. Monac. etc.*)

Nota. Temminckii Columba Gymnophthalmos et quoad de ea datam iconem et descriptionem huc sane referenda est. Striola infra aures nec non calvities coerulea circa oculos in quidem *Columba loricata* non conspiciuntur, sed characteres hos sicut patriae indicationem erroneam cl. auctor ex *Edwardssii* descriptione citata *Columba leucopterae* submissilis at undique diversae hausisse, et hujus speciei expositioni applicasse videtur. Caeterum credere fas sit regionis ophthalmicae calvitiam copulae tempore in hac ave conspicuorem et *Temminckii* de ea datam iconem ad specimen hoc tempore occisum delineatam esse.

54. *C. sylvestris.* Capitis parte antica dimidia, collo toto, gula alarumque tectricibus superioribus minoribus cinnamomeo-rubris in violaceum vergentibus; capitis parte reliqua usque ad oris angulum obscure rufa, pure aureo viridi et purpurino resplendente; alis caudaeque nigricantibus, hac albo-terminata; reliquis ptiloseos partibus caesio-rufescentibus, ventre dilutiore.

Le pigeon sauvage Azar. Voy. n. 319. Columba melanoptera Temm. (sed non alior. auctor.) Fig. et Gallin. 1. p. 361. *Columba sylvestris Vieill. N. D. 26. p. 366.*

Rostrum nigerrimum; oculi circulis duobus, angustiore cinereo, latiore granatino-rubro;

cauda rotundata. Longitudo totalis 12'', caudae 4'', tarsi 14''', rostri 8'''. Habitat in *Paraguayae* sylvis arboribus altissimis, aestatis tempore ad sylvarum, margines humilioribus insidens; timidissima, subgregaria. (*Azara*.)

Columba rufinae peraffinis esse videtur haec species.

55. *C. coerulea*. Fronte, toto pileo, collo postico, alis, cauda et omnibus caeteris trunci partibus superioribus unicoloribus laete turcoso-coeruleis, genis gulaque pure albis; collo antico pectoreque fusco-vinaceis; corpore subtus inferius a pectore usque ad crissi finem unicolore albedo. *Adult.*

Columba coerulea *Temm.* Fig. p. 82. t. 37. *Id.* Fig. et Gall. p. 290.

Orbitalium regio nudiuscula pedesque nudi rubra; rostrum basi rubicundum, apice albo-flavidum; cauda breviuscula subaequalis. Longitudo 9''. Habitat in *Bengala* (?) *Temm.*

56. *C. leucomelana*. Capite et collo pure albis, hujus lateribus subtilissime in nitide purpurinum vergentibus; toto corpore inferiore ejusdem coloris, minus puro, hypochondriis ventreque ex parte paulo et sensim ad colorem cinerascens inclinans; uropygio, caudae et alarum tectricibus superioribus, illa ipsa tota remigibusque fusco-nigris; scapularibus nigris purpurino-marginatis; dorso ac tergo in medio saturate et nitide purpureis; alarum tectricibus superioribus nonnullis stricte metallice marginatis. *Adult.*

Columba leucomela *Temm.* *Transact. of the Linn. Soc.* 13. p. 126. — *Id.* Pl. col. t. 186. (*fig. opt.*)

Magnitudo et habitus *Palumbi*; pedes nudi rostrumque flavidi; cauda aequalis. Habitat in *Nova-Hollandia*. (*Mus. Soc. Linn. Londin.*)

57. *C. chalconoptera*. Fronte, sin-

ta albis; vertice parum in dilute roseum occipite et verticis margine in violaceum vergentibus; gula griseo-albida; alarum tectricibus superioribus magnis apicem versus metallice rubineo-opalino nitidissimis fascisque duas formantibus, apice perlaceo-albis; tectricibus minoribus plus minusve regulariter maculis ejusdem coloris, nitidissimis pictis, griseo-flavido terminatis; remigibus secundariis extus magna parte purpurino-viridibus; partibus corporis superioribus caeteris aureo-fuscis, quavis pluma fuscescentiflavido marginata, partibus inferioribus griseis, pectore vinaceo-tincto; collo ad latera plumbeo; remigibus intus aeruginoso-rufis; cauda cinerea versus apicem fascia nigra, reatricibus 18, duabus intermediis dorso concoloribus, reliquis pallide plumbeis, fascia prope apicem nigricante. *Mas adult.*

Columba chalconoptera *Temminck* Fig. t. 8. *Id.* Fig. et Gall. p. 103. *Shaw Mus. Lev.* e. (*fig. pessim.*) *Lath.*

Foem. Fronte non alba, capite toto griseo-cinereo; corpore supra ut in mare, quavis pluma albo-flavido marginata; tectricibus alarum potius in metallice viride vergentibus; remigibus secundariis minore parte viridibus et minus nitidis.

Juv. Cinereo-nigricans, plumis omnibus terrae umbrinae colore marginatis; fronte gulaque albidis; speculis remigum secundariorum obscuris, virescenti-nitentibus.

Rostrum nigricans basi rubicundum; pedes nudi rubri; cauda mediocri subcuneata. Longitudo 15'', caudae 5''. Habitat frequens in *Nova-Hollandia*, in terra van *Diemen* et in insula *Norfolk*, locis aridis, arenosis, in humo aut in arborum ramis humilibus per paria degens, nidum in arborum cavis e terra subelevatarum saepius in ipsa terra struens et ova duo alba pariens; fructibus victitat et ab incolis *Novae-Hollandiae*

Goad-Gang nominatur. (*Mus. Paris.*, *Soc. Linn. Lond.*, *collect. dom. Sturm* etc.)

58. *C. elegans*. Vertice dilute cinnamomeo; occipite et nucha nigricanti-griseis; vitta utrinque ab oris angulo per oculos ducta, occiput cingente, inferius albo-marginata, gula ac collo postico obscure purpurino-rufis; genis, colli lateribus et parte antica reliqua ac toto corpore subtus plumbeis, abdomine paulo dilutiore; corporis partibus superioribus reliquis alisque fuscis, nonnihil in nitorem purpurinum vergentibus; tectricibus alarum mediis laete cinnamomeo-rufis, majoribus fascia duplici laetissime viridi-aureo et violaceo-purpurino relucente, utraque pone albido-limbata; remigibus primariis ac secundariis nigricantibus, extus rufo-limbatis; cauda cinerea, fascia nigricante subapicali, margine apicali superiore rufo-fusco inferiore rufescenti-griseo. *Mas* et *Foem. adult.*

Columba elegans *Temm.* Fig. p. 56. t. 22. (*fig. satis accurata.*) *Id.* Fig. et Gallin. p. 240. *Columba Lawsonii* *Sieber* *Isis* n. 67.

Habitus prorsus *Columbae chalconpterae* iique peraffinis; cauda mediocris apice rotundata; rostrum gracile nigricans; pedes nudi rubicundi. Longitudo totalis 11'' 9 $\frac{1}{2}$ ''^{'''}, rostri ab oris angulo 9 $\frac{1}{2}$ ''^{'''}, tarsi 11 $\frac{1}{2}$ ''^{'''}, caudae 3'' 6''^{'''}, alae 5'' 8''^{'''}. Habitat in *Nova-Hollandia* et in *terra van Diemen* non infrequens. (*Mus. Paris.*, *collectio dom. D. Sieber*, *Sturm.*)

59. *C. inscripta*. Alarum tectricibus supernis majoribus stricto albo-marginatis laetissime viridi et opalino-aureo relucentibus, in certa luce in violaceum vergentibus, tectricibus minoribus omnibus, remigibus totis, caudae tectricibus superioribus, uropygio, tergo, dorso, collo postico et inferiore laterali nec non pileo terreo-fuscis; gula al-

ba nigro-cincta; capite ad latera albo striis duabus subhorizontalibus, distinctis, margine denticulatis, nigris; pectore ventrae medio ad caesium inclinantibus; lateribus, abdomine, crisso alarumque tectricibus inferioribus albis; rectricibus omnibus, exceptis duabus intermediis, totis dorso concoloribus, a basi usque ad medium intermediarum colore, inde saturate nigris. *Adult.*

Columba scripta *Temm.* *Transact. of the Linn. Soc.* 13. p. 127. — *Id.* *Pl. col. t.* 187. (*fig. bona.*)

Juv. (et *Foem?*) *Adultae* similis, tectricum superiorum majorum nitore obsoleto.

Habitus *Columbae Jambos*; pedes nudi, fuscis; rostrum nigrum; cauda aequalis. Longitudo totalis 10-10 $\frac{1}{2}$ ''^{'''}. Habitat in *Nova-Hollandia* orientali. (*Mus. Soc. Linn. Londin.*, *collect. Doct. Sieber.*)

60. *C. Leucotis*. Vitta mediocri ad aures subdeorsum ducta candida; linea vittam nominatam superne marginante infra oculos ad oris angulum ducta nigra; gula rufescente; fronte et toto pileo cinereis, occipite sensim olivaceo-lavato; collo postico ac laterali viridibus, metallice resplendentibus; collo antico, pectore, epigastrio abdominisque lateribus rufescenti-olivascensibus, in certa luce metallice nitentibus, abdomine sensim pallidior; crisso cinereo; tergo, uropygio, caudae tectricibus ac alarum superioribus majoribus olivascentibus, paulo in viride vergentibus; remigibus nigris; cauda fusco-purpurina, fascia cinerascente terminata.

Columba Leucotis *Temm.* *Pl. col. t.* 189.

Habitus fere *Oenae*; rostrum validiusculum totum nigrum; pedes flavidi (in exuvia); cauda mediocris apice rotundata. Longitudo totalis ultra 10''^{'''}. Habitat in Philippinarum insulis *Luzon* et *Manilla*. (*Mus. Paris.*)

61. *C. picturata*. Capite, gutturo et nucha canis; collo infimo, pectore et ventre dilute vinaceis; plumis colli supremi lateralis apice in medio emarginatis, basi nigris, dilute vinaceo-terminatis, ante apicem albidis; dorso supremo alarumque tectricibus superioribus minoribus ac scapularibus obscure brunneo-purpurascensibus, variantibus; dorso infimo, uropygio et lateribus corporis inferioris griseo-albidis; abdomine crissoque albidis; remigibus brunneis, pallide marginatis; rectricibus subtus nigris, apice albidis, 4 externis utrinque supra nigris, large griseo-terminatis, reliquis brunneis.

Columba picturata Temm. Fig. et Gall. 2. p. 315. et p. 480. Id. Pl. col. t. 242. *Columba picturata* et *Col. Dufresnii* Shaw Gen. Zool. 11. T. 1. p. 77. t. 3. et p. 85.

Pedes coerulescentes; rostrum fuscens; cauda sublonga, apice subrotundata. Longitudo 11-12." Habitat in India orientali et gregibus magnis migratoria in insulis St. Francis et St. Ludovici. (Mus. Lugd.)

62. *C. Locutrix*. Collo postico infimo fascia lata e plumis latiusculis, rotundatis, medio excisulis, cinereo-fuscensibus, in utroque vexillo versus apicem macula subrotunda, latiuscula, purpurino-rosea notatis composita; gula ac capistro vinaceo-tinctis, parum in flavidum vergentibus; collo capiteque in fundo fuscens cinerascens subpurpurino-tinctis; pectore ac epigastrio cinereo-fuscensibus; ventre, abdomine crissoque cinerascensibus; cauda tota, dorso, tergo alisque fusco-cinereis, vix metallice-, cauda parum chalybeo-renitentibus. *Mas adult.*

Columba plumbea Vieill. N. D. 26. p. 358. *Columba Locutrix* Prinz. v. Neuw. Reise nach Brasil. 2. p. 118. — *Temminck* Pl. col. t. 166. (fig. bona.)

Foem. Mari simillima, maculis fasciae colli postici minus laetis.

Juv. hornot. Fascia colli postici maculis roseis nullis.

Habitus *Oenae*, eadem gravior; rostrum totum nigrum; pedes nudi saturate coccineorubri; orbitae obscure violaceorubrae; cauda aequalis breviuscula. Longitudo totalis 12 1/4". Habitat satis frequens in *Brasiliae* sylvis densis, voce leni, sonora, harmonice modulata *humso-fico* clamans; caro amara. (Mus. Paris.)

63. *C. speciosa*. Colli totius pectorisque plumis apice rotundatis squamato-positis basi cinereis, dein fascia isabellina notatis, pro vario ad lucem objectu in amethystinum vergente, antice lunula candida terminata, omnibus margine extimo nitide amethystino-violaceo, in quadam luce nigro; plumis epigastrii ventrisque albis, vinaceo-lavatis, epigastrii laterumque margine obscuriore, submicante; tibiis, abdomine crissoque fere totis albis; capite toto, dorso, tergo, uropygio, scapularibus alarum caudaeque tectricibus superioribus omnibus saturate cupreo-cinnamomeis, in quadam luce paulo purpurinorenitentibus; alarum tectricibus inferioribus cinereis; remigibus caudaeque tectricibus superioribus omnibus saturate cupreo-cinnamomeis, in quadam luce paulo purpurinorenitentibus; alarum tectricibus inferioribus cinereis; remigibus caudaeque supra et subtus unicoloribus nigricantibus. *Mas adult.*

Pigeon ramier de Caj. Buff. Pl. enl. n. 213. (fig. mediocr.) *Columba speciosa Auctor.* Temm. Fig. t. 14. (Fig. accurata.)

Foem. Mari similis, ptiloseos pictura minus obscura et nitida.

Juv. Foeminae similis, colli pectorisque plumis pictura pallidior, parum nitida; dorso, tergo, uropygio ac alis totis obscure cinereo-fuscis; cauda

COLUMBA.

nigricante; alarum tectricibus inferioribus fuliginoso-fuscis.

Habitus *Oenae*; rostrum rubrum apice flavidum; pedes rubri unguibus corneo-fuscis; tarsi antice ad basin subplumosi; regio circa oculos nudiuscula; cauda mediocris, aequalis. Longitudo totalis $11\frac{3}{4}$ - 12 '' , rostri ab oris angulo $11\frac{1}{4}$ '' , caudae $3\frac{3}{4}$ '' , tarsi 11 '' , alae 7 '' . Habitat non infrequens in *Brasilia*, *Guiana* et *Cajenna*. (*Mus. Paris.*, *Monac.* etc.)

64. *C. rufina*. Macula occipitis magna viridi-aenea; genis gulaque cinereis; fronte ac vertice, collo, dorso supremo, pectore alarumque tectricibus superioribus minoribus saturate cinnamomeo-cupreis, collo postico ac dorso subhyalino-micantibus; tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus, alarum inferioribus et superioribus majoribus, corporis inferioris lateribus, abdomine ac ventre plumbeis; remigibus unicoloribus nigricantibus; cauda subtus cinereo-nigricante apice largo albicante, supra nigricante, plumbeo-lavata, apice et reetricibus duabus intermediis totis dilute cinerascenti-fuscescentibus. *Mas adult.*

Columba rufina Temm. Fig. p. 59. t. 24. (*fig. satis accurata.*) *Id.* Fig. et Gallin. p. 245. — *Vieill.* N. D.

Foem. adult. Mare simili minor, occipitis macula minus nitida et magis in purpurinum vergente; dorso, tergo alarumque tectricibus superioribus obscure fuscis; frontis, colli caeteraque ptiloseos pictura maris, minus saturata.

Juv. hornot. Foeminae similis, capite toto plumbeo, occipite parum viridi-aeneo tincto; dorso ac collo nec non alarum tectricibus superioribus minoribus pallide vinaceo-rufescentibus; reliquis trunci partibus dilute et laete plumbeis; remigibus cinereo-fuscescentibus; cauda ut in adulta, pallidiore.

Habitus *Oenae*; rostrum nig-

rum; pedes rubri, tarsi antice ad basin subplumosi; cauda mediocris, rotundata; irides flavo-rubrae. Longitudo totalis $12\frac{1}{2}$ '' , rostri ab oris angulo 1 '' , tarsi 11 '' , caudae 5 '' , alae 6 '' 11 '' . Habitat in *Guiana* et *Brasilia* ac in insulis *Cajenna*, *Cuba*, *S. Dominici* et *Jamaica*. (*Mus. Paris.*, *Monac.*)

65. *C. infuscata*. Vinacea, alis, dorso, uropygio caudaque fuscescentibus, olivaceo-indutis; mento albido; imo ventre cinerascente; cauda elongata, rotundata; alis brevibus medium caudae haud attingentibus; interscapuliis (in mare) maculis violaceis signatis.

Columba infuscata Lichtenst. Vög. Doubl. Verz. p. 66.

Longitudo $12\frac{1}{2}$ '' , caudae $5\frac{1}{2}$ '' . Habitat in *Brasilia*. *Columbae rufinae* affinis, ab ea autem uropygio caudaque concoloribus, mensura alarum et caudae, rostroque breviora diversa. (*Lichtenst.*)

66. *C. mystacea*. Gula et vitta utrinque ab oris angulo infra oculos ultra aures ducta albis; capite supra, tergo, uropygio, reetricibus duabus intermediis alarumque tectricibus superioribus omnibus obscure fuscis, metallice renitentibus; colli pectorisque lateribus et dorso supremo aureo-viridibus, subviolaceo-purpurino nitentibus; pectore vinaceo-tincto, epigastrio ac ventre sensim sordide vinaceis, abdomine caudaeque tectricibus inferioribus albo-rufescentibus; remigibus omnibus ac reetricibus lateribus laetissime rufis. *Adult.*

Columba mystacea. Temm. Fig. p. 124. t. 56. *Id.* Fig. et Gall. p. 275.

Cauda mediocris, aequalis; rostrum pedesque nudi rubri. Longitudo $11\frac{1}{2}$ '' . Habitat in *America australi*. *Temm.* (*Mus. Lugd.*)

67. *C. larvata*. Fronte, genis gulaque albis; capitatis parte reli-

qua et toto corpore subtus cum crisso unicoloribus rufis; collo laterali aureo-viridi relucente; dorso toto, uropygio ac alis fusco-rufis, in violaceo-purpurinum vergentibus; remigibus nigricantibus, extus canescenti-limbatis; rectricibus intermediis dorso concoloribus, caeteris nigris cano-terminatis. *Mas adult.*

La Tourterelle à masque blanc. Levaill. Ois. d'Afr. 6. p. 58. t. 269. Columba larvata Temm. Fig. t. 31. Id. Fig. et Gallin. p. 266.

Foem. Mari similis, ab eodem ptilosi minus laeta vix distinguenda.

Rostrum coerulescens; pedes rubro-vinacei; irides aurantiae. Longitudo $10\frac{1}{2}''$. Habitat in Africa meridionali, nidum planum in arborum ramis humilibus struens et ova 2 albo-fulva pariens; in humo currens nutritum quaerit. *Levaill., Temminck.*

68. *C. Erythrothorax.* Fronte, sincipite, loris gulaque grisescenti-albis; vertice, collo pectoreque lacte vinaceis, pectore obscuriore; macula transversa colli postici infimi violacea aureo-viridi nitente; ventre, abdomine, tibiis caudaeque tectricibus inferioribus unicoloribus ferrugineo-fuscis; dorso, tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus, alis supra totis rectricibusque duabus intermediis fuliginoso-fuscis; rectricibus lateralibus supra nigris, apice large griseis, omnibus subtus nigris apice large albis; remigibus nigricantibus, griseo-limbatis. *Mas.*

Columb. Erythrothorax Temminck Fig. p. 15. t. 7.

Regio orbitarum papillosa pedesque rubra; rostrum nigrum; cauda mediocris apice subrotundata. Longitudo $10\frac{1}{2}''$. Habitat in Surinamo. (*Temm.*)

69. *C. Rufaxilla.* Remige prima brevi pogonio interno versus apicem excisa, stricta, acuta;

fronte et sincipite canescentibus, fronte subtilissime roseo-lavata; occipite ac collo postico vinaceis, viridi-purpurino nitentibus; gula albida; cervice canescente; dorso, tergo, uropygio alarum caudaeque tectricibus superioribus omnibus unicoloribus subcinerascenti-olivascensibus, pro vario lucis obiectu nonnihil in colorem metallice virescentem mutantibus; genis, collo antico, pectore, epigastrio ac lateribus pallide vinaceis; ventre sensim, abdomine, tibiis crissoque in albidum vergentibus; remigibus omnibus fuliginoso-fuscis pogonio interno a basi ultra medium cinnamomeis; alarum tectricibus inferioribus omnibus cinnamomeo-rufis; rectricibus supra dorso concoloribus, basin versus in griseum vergentibus, apice vix obscurioribus, subtus nigricantibus, rectricibus 3 utrinque lateralibus albo-terminatis. *Mas.*

Foem. Mari similis, ptilosi minus nitida, frontis parte antica minus alba.

Columba Rufaxilla. Act. de la Soc. d'hist. nat. de Par. T. 1. P. 1. 1792. n. 74. Meyer Zool. Annal. 1. p. 159. Le pigeon brun à couvertures inférieures des ailes rouges. Azar. Voy. n. 320. Columba frontalis Temm. Fig. p. 18. t. 10. (fig. accurata.) Columba jamaicensis Temm. Fig. et Gallin. p. 411.

Regio ophthalmica loraque nudiusscula violacea, paulo sanguineo-rubro mixta; irides aurantiae; pedes nudi rubri unguibus obscure corneo-fuscis; rostrum coeruleo-nigricans; cauda fere aequalis. Longitudo totalis $9\frac{1}{2}$ - $10\frac{1}{2}''$, rostri solius ab oris angulo $11''$, caudae $4''$, tarsi $11''$, alae $4''$ $11''$. Habitat in America meridionali, satis frequens in Cajenna, Brasilia, Guiana et in Paraguay ad flumen Plata usque, in sylvis arborum ramis humilibus et fruticibus dense frondosis insidens, nutritum vero in terra exquirens;

solitaria aut per paria, raro gregibus parvis, non migratoria; Guaranis Paraguayae *Yeruti*; volatus a terra parum elevatus. (*Mus. Paris., Monac.*)

Columba jamaicensis auctorum interim huc ponenda est; ex ejusdem descriptione manca nihil certi colligi potest. — *Azaræ* indicatio tectricum alarum inferiorum *coccinearum* falsa emendata est; tarsi mensura in ejusdem auctoris opere (1711) forsitan ex errore typographico nimis longa exhibita est.

70. *C. aurita*. Mento gulaque plus minusve pure albis, interdum vinaceo-lavatis; fronte capitisque lateribus subvinaceis; maculis nonnullis utrinque pone oculos incipientibus ac infra aures ductis chalybeo-nigris; collo toto, pectore epigastrioque pallide vinaceis, abdomine crissoque eodem colore lavatis in album vergentibus; collo postico, imprimis laterali laetissime metallice amethystino resplendente; capite supra, dorso, tergo, uropygio, alarum caudaeque tectricibus superioribus cinereo-fuscis, olivascenti-lavatis, tectricibus magnis dorso proximis maculis ovalibus, longitudinalibus nigris, absque splendore, tectricibus majoribus subtiliter griseo-lavatis; alarum tectricibus inferioribus omnibus, lateribus corporis inferioris hypochondriisque plumbeis; remigibus primariis ac secundariis totis nigris, primariis extus subtilissime albidomarginatis; rectricibus duabus intermediis dorso concoloribus, sequentibus duabus utrinque totis plumbeis, fascia multum ante apicem nigra, reliquis plumbeis, large albo-terminatis, fascia antecedente subangulosa nigra, extrema utrinque toto pogonio externo albo. *Mas adult.*

Le Pigeon brun tacheté Azar. Voy. n. 322. *Columba aurita Temm.* Fig. p. 60. t. 25. (*Fig. et descriptio non satis accuratae.*)

Foem. Mari similis, ptilosi

minus nitida; colli nitore maculisque aurium minus extensis, maculis in alis minus numerosis.

Juv. Foeminae similis, ptilosi minus nitida, fascia rectricum nigra minus lata, maculis prope aures vix aut non conspicuis.

Temm. l. c. t. 25. (*fig. non satis accurata.*)

Rostrum totum nigrum; pedes nudi sanguineo-rubri unguibus corneo-fuscescentibus; regio circa oculos nudiuscula coerulea; cauda rotundato-subconica rectricibus 14. Longitudo totalis 9¹¹, rostri solius ab oris angulo 9¹¹, alae 10¹¹ 11¹¹/₂, caudae 3¹¹/₄, tarsi 9¹¹. Habitat in *Brasilia* et in *Paraguay* frequens per paria, per familias aut gregibus majusculis in campis, non timida. (*Mus. Paris., Monac.* etc.)

Nota. Haec species, *columbae marginatae* respectu ptiloseos picturae simillima, differt a *columba castanea*, quacum a cl. *Temminck* jungitur, non solum statura multo minore sed quoque ptiloseos pictura.

71. *C. leucoptera*. Regione circa oculos lorisque nudis laete coeruleis; capite antice, collo pectoreque dilute fusco-flavidis; capite et collo postice obscurius flavis; stria utrinque infra aures transversa, aliis plumis subobtectata, e plumis brevioribus composita nigra; regione infra hanc striam aureo-viridi; colli postici lateralisque parte reliqua violaceo resplendente; dorso, alarum tectricibus superioribus scapularibusque obscure fusco-rufescentibus, nonnihil in colorem coeruleo-tem vergentibus, tectricibus majoribus large albo-limbatis; alis subtus, ventre crissoque laete plumbeis; tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus obscure cinereis; rectricibus duabus intermediis dorso concoloribus, caeteris obscure cinereis, large albo-terminatis; remigibus primariis

totis nigris, secundariis ejusdem coloris albo-terminatis.

The brown indian Dove. Edw. t. 76. *Columba leucoptera* Temminck.

Habitus et magnitudo *Columbae auritae* iique similis; pedes nudi, rubri, unguibus fuscis; irides coccineae; rostrum nigrum. Habitat in *Jamaica*, ut videtur, vix in *India.* (Edw.)

72. *C. violacea.* Dorso, tergo, uropygio, alarum caudaeque tectricibus superioribus caudaque supra saturate castaneis, laete violaceo-amethystino resplendentibus; collo postico infimo laetissime ex aureo violaceo nitente; fronte, gula, ventre, abdomine, crisso ac lateribus pure albis; pectore purpurino-violaceo lavato, subaeneo micante; remigibus cinnamomeo-rufis; capitis parte reliqua canescente, occipite purpurino-lavato. *Adult.*

Columba violacea Temm. Fig. p. 67. t. 29. (fig. accurata.) *Id.* Fig. et Gallin. *Vieill.* N. D.

Regio ophthalmica nuda, rostrum pedesque nudi rubra; cauda mediocris, subrotundata; alae caudae medium attingentes. Habitus *Columbae speciosae.* Longitudo totalis 9". Habitat in *America meridionali.* (Mus. Paris.)

73. *C. cruenta.* Fronte et vertice cano-griseis; gula, collo antico et laterali pectoreque medio pure albis, hoc macula majuscula, indistincte marginata, sanguineo-rubra notato; occipite et collo postico nitide obscure violaceis; dorso, scapularibus, alarum tectricibus minoribus pectorisque lateribus griseo-ardesiatis, plumis omnibus metallice viridi terminatis; ventre et lateribus pallide rosaceis, abdomine crissoque parum in griseum vergentibus; alarum tectricibus mediis fasciis tribus subobliquis griseis et duabus nigris; rectricibus duabus intermediis griseo-fuscis, latera-

libus griseo-cinereis fascia nigra; remigibus nigris. *Mas adult.*

Tourterelle grise ensanglantée Sonnerat Voy. t. 21. *Columba cruenta* Auctor. Temminck Fig. p. 16. t. 8. (fig. opt.)

Foem. Mari simillima ptilosius minus nitida.

Varietas a. Tota alba, sed vestigio fasciarum alarum pelliculente, macula pectoris medii lacte sanguinea; rostro rubicundo; iridibus ex rubescente-purpureis.

La Tourterelle blanche ensanglantée Sonn. l. c. t. 20. *Columba sanguinea* Auctor. — Temm. l. c. t. 9.

Magnitudo *Turturis*, 10 $\frac{1}{2}$ " l.; rostrum nigrum; pedes nudi e rubro-violacei; irides ferrugineae; cauda mediocris, aequalis. Habitat in *insulis Philippinis.* (Mus. Lugd., Paris.)

74. *C. erythroptera.* Fronte, vitula superciliari larga, mento, gula, collo antico pectoreque pure albis; occipite, collo postico, dorso ac alarum tectricibus minoribus in fundo nigro violascenti-purpurinis, tectricibus in nitorem granatino-rubrum vergentibus; ventre et caeteris corporis partibus inferioribus ac superioribus nigris, purpurino-nitentibus, exceptis alarum tectricibus magnis remigibusque nigris; cauda aequali obscure cinerea, fascia nigra terminata. *Adult.*

Columba erythroptera Lath. cum. var. γ . Gmel., Temm. Fig. p. 123. t. 53. (fig. bona.) *Id.* Fig. et Gallin. p. 273.

Avis jun. (?) Superciliis ferrugineis paullo versus collum ductis; ventre obscuro; remigibus caudaque nigricantibus; dorso obscure nigro; alarum tectricibus, scapularibus caeterisque partibus ut in adulta. *Lath.*

Col. erythropt. var. β . *Lath.*

Rostrum gracilius nigrum; pedes nudi rubicundi; cauda mediocris aequalis. Longitudo totalis 10". Habitat in *insulis Eimeo, O-Tahiti, Tanna* et in

COLUMBA.

nonnullis *Marianarum*. (*Collect. dom. Ryals Londin.*)

Nota. Specimina a cl. *Temminck* observata in collo antico et pectore albedine privata vix huc spectant. Avem juvenilem nondum vidi. Ejusdem mea indicatio inter conjecturas numeranda.

75. *C. montana*. Stria infra oculos transversa lata, mento, collo supremo antico ac laterali albidis, subtilissime roseo-lavatis; pectore sensim laete vinaceo, utrinque ad latera infra alas fere macula transversa longa laete violaceo-purpurina, subsequente taenia albida; epigastrio sensim, crisso ventreque ex albo ochrascenti-flavidis; vitta transversa infra genas, fronte, toto capite et collo supra, dorso, scapularibus, tergo, uropygio, caudae alarumque tectricibus superioribus in fundo saturate cinnamomeo-rufo laetissime amethystino resplendentibus; cauda supra ejusdem coloris, minus amethystino relucente; hac et alis subtus nec non harum tectricibus inferioribus omnibus cinnamomeis; remigibus supra obscurius cinnamomeis per totam juxta rhachin longitudinem subtiliter nigricanti-lavatis. *Mas adult.*

The Mountain-Partridge Edw. 3. t. 119. (*fig. et descript. accurata.*) *Columba rufa cayennensis* *Bris*s. 1. p. 131. t. 12. f. 2. (*fig. inaccurata.*) *Columba montana* *Auctor.*, *Temm.* *Fig.* p. 10. t. 4. *Id.* *Columba martinica* *Fig.* p. 12. t. 5. (*fig. accurata sed nimis magna exposita.*) *Pigeon roux de Caj.* *Buff.* pl. enl. n. 141. (*fig. pessim.*) *Le Colombi-perdrix roux violet* *Lévai*ll. Ois. d'Afr. 6. p. 82. t. 282. (*fig. satis accurata.*) *Le pigeon rouge et jaune* *Azar.* Voy. n. 321.

Foem. Partibus corporis superioribus magis in fusco-rufum vergentibus, quam in mare simili minus nitidis; pectore pallide vinaceo.

Col. martinic. *Temm.* l. c.

t. 6. (*figura haec potius avem juniorem exhibere videtur.*)

Rostrum gracile, compressum; rubrum; pedes incarnato-rubri, graciles unguibus fusciscentibus; regio ophthalmica lo-raque largiuscule nuda, sanguineo-rubra; irides laete flavae; cauda breviuscula aequalis, re-tricibus 12. Longitudo totalis $8\frac{3}{4}$ "", rostri ab oris angulo $10\frac{1}{2}$ "", tarsi 1"", caudae 3"", alae 5"". Habitat in *Paraguay*, *Bra-silia*, in insulis *Cajenna* et *Jamaica*, in campis montosis.

Nota. Conjunxi cl. *Temminckii columbam montanam* cum sua sic nominata *columba martinica*, nam primo dictae inaccurata icon sicut ii adjecta accurata descriptio in hanc avem quadrant; capitis supremi vero color colligere nunquam in hac specie in viride vergit.

76. *C. cuprea*. Capite, collo, pectore, dorso, uropygio, caudae alarumque tectricibus superioribus laete castaneis, violaceo-resplendentibus; ventre, tibiis crissoque rufescentibus; corporis inferioris lateribus alarumque tectricibus inferioribus rufis; remigibus extus et apice castaneo-violaceis, intus rufis; re-tricibus in utroque latere castaneo-violaceis.

Columba violacea martinica *Bris*s. 1. p. 129. t. 12. f. 1. *Pigeon de la Martinique* *Buff.* pl. enl. n. 162. *Columba martinica* *Auctor.* (*exclusa varietate β ad Columbam auritam spectante*) sed non *Temminckii*.

Rostrum pedesque rubri; un-gues griseo-fusci; cauda aequalis; regio ophthalmica nuda iri-desque coccineae. Longitudo totalis 9" 3" 11", rostri ab oris angulo 10" 11", caudae 2" 11" 11", tarsi 13" 11" 11"; Habitat in *Marticana* insula. (*Bris*s.)

Nota. Haec species a me nondum observata et in cl. *Temminckii* opere praeclaro non depicta, ab hoc auctore vero false cum *Columba montana*

unita, huic quidem simillima esse videtur, ab ea attamen, quantum ex *Brissonii* descriptione, sine dubio accurata, colligi potest, undique differt.

77. *C. castanea*. Capite, guttore, collo et pectore ex castaneo ad purpureum vergentibus; collo imo violaceo-aureo resplendente; dorso, uropygio, alarum ac caudae tectricibus superioribus ex fusco rufescentibus, tectricibus majoribus tergo proximis maculis quibusdam nigris variegatis; ventre, tibiis crissoque fulvo-vinaceis; corporis inferioris lateribus alarumque tectricibus inferioribus cinereis; remigibus nigricantibus oris externis albicantibus, secundariis nigricantibus apice cinereo-albis; reatricibus duabus intermedii dorso concoloribus, lateralibus a basi usque ultra medium pogonio externo fusco-rufescentibus, interno saturate cinereis, fascia dein sequente nigra, apice cinereo-albis, extima utrinque pogonio externo toto cinereo-alba.

Columba martinicana *Brissonii*. 4. p. 103. n. 14. (*Descriptio completa*.) *Columba martinica* var. β . *Auctor*. (*exclusa citata tabula Buffoniana ad Columbam montanam spectante*) — (*Col. aurit. Temminckii*.)

Rostrum unguisque nigri; pedes rubri; columbam domesticam crassitie circiter aequat. Longitudo totalis 10", rostri solius ab oris angulo 10", caudae 3½", tarsi 11½". Habitat in *Martinicana* insula. (*Brissonii*.)

78. *C. vinacea*. Capite, collo totoque corpore subtus unicoloribus saturate vinaceo-purpureis, nonnihil in amethystinum vergentibus; dorso, cauda alisque unicoloribus fuliginoso-fuscis; rostro nigro.

Columba vinacea *Temminckii*. l. c. p. 87. t. 41. (*fig. parum accurata*.) *Id.* *Fig. et Gall.* p. 303. *Columba bicolor* *Vieill.* N. D.

Pedes fusco-rubri, unguibus fuscis; habitus caudae *Turturis*. Longitudo 10", rostri solius 8". Habitat in *Guiana*. (*Mus. Paris.*)

79. *C. chrysochlora*. Capite toto, collo pectoreque pallide chocoladino-fuscis, subvinaceo-lavatis, unicoloribus; corpore toto subtus eodem colore, pallidior; dorso, scapularibus, alarum tectricibus superioribus omnibus remigibusque dorso proximis laete et nitide aureo-viridibus, tectricibus minoribus marginalibus apice interdum albis; uropygio nigricante fascia cana; caudae tectricibus superioribus fuliginoso-nigris in laete cupreo-purpureum vergentibus; alarum tectricibus inferioribus remigibusque nigricantibus intus versus basin rufescentibus; cauda nigra, reatricibus lateralibus ex parte ardesiacis apice nigris. *Mas* et *Foem. adult.*

Tourterelle de Java Buff. Pl. enl. n. 177. (*fig. mediocr.*) *Columba javanica* *Auctor*. *Temminckii*. Fig. t. 26. (*fig. inaccurata*; *descriptio spectat ad speciem sequentem*.)

Rostrum dilute sanguineo-rubrum cera violascente; irides nigricanti-fuscae; orbitae pallide coccineae; pedes incarnatorubri. Magnitudo et habitus *Turturis*. Longitudo 10". Habitat frequens et gregaria in *Ceylon*, *Java*, *Sumatra* et in *China*. (*Mus. Paris.*, *Monac.* etc.; multas vivas vidi.)

80. *C. superciliaris*. Pileo toto et occipite canis; fronte et stria utrinque ab ea supra oculos versus occipitis latera ducta albis; genis, collo toto, pectore et epigastrio chocoladino-vinaceis, ventre ac abdomine sensim in griseo-cinereum vergentibus; dorso, scapularibus, alarum tectricibus superioribus omnibus remigibusque dorso proximis saturatissime ac laetissime nitide viridibus, in certa luce in aureum

vergentibus; tergo nigro, nonnihil in cupreum vergente fascia intermedia canescente; alarum tectricibus inferioribus et remigibus intus versus basin rufescentibus, tectricibus superioribus nonnullis minoribus apice albis; crisso caudaeque tectricibus superioribus ardesiacis; cauda obscure ardesiaca rectricibus duabus utrinque extremis fascia apice latiuscula nigra. *Adult.*

Juv. hornot. Corpore toto subtus rufescente, plumis ante apicem fasciola nigricante; colli capitisque plumis sordide rufescenti-fuscescentibus, ex parte rufo-marginatis; fronte alba, sincipite canescente; alarum tectricibus superioribus remigibusque secundariis extus cinuamomeo-rufis, fasciolis et lituris nigricantibus variegatis; remigibus primariis rectricibusque intermediis fuliginoso-nigricantibus, primo dictis extus subtilissime rufo-marginatis; (caeteris corporis partibus superioribus aetate maturiore plus minusve aureo-viridi indutis); tergo ut in adulta, vix cupreo-aureo splendente; scapularibus plumis cupreo-rufescentibus limbo apicali rufescente.

Green winged Dove Edw. t. 14. (fig. parum accurata.) *Palumbus amboinensis* Briss. 1. p. 150. t. 15. f. 1. (*Descript. complet.*) Jacq. Beytr. t. 16. (fig. vitios.) *Columba albicapilla* Auctor. *Columba coeruleocephala* Lath., *Col. cyanoccephala* Gmel. *Columba indica* Auctor cum var. β .

Habitus et magnitudo omnino *Columbae chrysochlorae*, eadem vix paulo major; orbitae violascentes; rostrum dilute sanguineo-rubrum cera violascente; irides nigricantifuscae; cauda mediocris, subaequalis; pedes cocineo-rubri unguibus corneo-fuscis. Longitudo totalis 10'', rostri solius ab oris angulo 10'', caudae 3'', tarsi 11'', alae 5'' 4'''. Habitat in India orientali, China, Amboina, Sumatra, Timor, Pa-

nay, Java, et, ut videtur, in Nova-Hollandia, ut plurimum in humo degens. (*Mus. Paris., Monaco.*)

Nota. Londini multa vidi specimina viva hujus speciei, quae, ut mihi dictum est, e Nova-Hollandia allata erant. Conjungitur semper ab auctoribus cum *Columba chrysochlora*, a qua characteribus notatis constanter differre videtur. Alii, qui hanc avem in ejus patria ipsa observandi occasionem habent, praestent, num mea sit recta se junctio. Foemina a mare respectu ptiloseos picturae vix discrepat, nam omnia a me visa exemplaria colore simili praedita erant. — *Columbam albicapillam* huc spectare vix dubitetur attamen magnitudo et iridium color, qualiter hae indicantur, haud in hanc avem quadrant.

81. *C. viridis.* Capitis parte antica guttureque cinerascens; occipite, collo supra, dorso, tergo, uropygio, caudae ac alarum tectricibus superioribus, pectore, epigastrio, ventre, tibiis lateribusque splendide aureo-viridibus, pro vario ad lucem objectu in cupri puri splendentis colorem mutantibus; collo antico infimo purpureo-violaceo; alarum tectricibus superioribus majoribus margine externo sulphureis, inferioribus cinereis; remigibus primariis ac secundariis extus et apice aureo-viridibus, intus nigricantibus; cauda supra dorso concolore, sulphureo-flavo terminata, exceptis duabus intermediis rectricibus, subtus nigricante apice albicante; crissi plumis albidis e viridescente pullulum mixtis.

Turtur viridis amboinensis Briss. 1. p. 152. t. 15. f. 2. *Tourterelle à gorge pourprée d'Amboine* Buff. Pl. enl. n. 142. *Columba viridis* Auctor.

Habitus prorsus *Columbae superciliaris*; cauda aequalis; pedes nudi rostrumque rubri;

ungues griseo-fuscescentes. Longitudo totalis $7\frac{3}{4}$ '' , rostri ab oris angulo 8''' , caudae 2'' 1''' , tarsi 8''' . Habitat in insula *Amboina*. (*Bris s.*)

82. *C. Pampusan*. Capite supra ac ad latera nec non toto collo postico unicoloribus saturate rubicundo-rufis, in cupreum vergentibus; corpore subtus inferioribus a mento usque ad abdomen terreo-fusco, subrufescenti-lavato; dorso metallice virescente; scapularibus, caudae tectricibus superioribus ac inferioribus laete rufis; alarum tectricibus superioribus omnibus in rufum vergentibus, margine apicali laete aureo-rufo; rectricibus lateralibus laetissime aureo-rufis, apice dilute fuscis, fascia antecedente nigra, duabus intermediis totis rufo-olivascensibus; remigibus nigricantibus extus subtiliter rufo-marginatis.

Columba Pampusan Quoy et Gaimard. Voy. du Capit. Freycinet Atl. t. 30. (*fig. non satis accurata*.) *Columba xanthonura Temm*. Pl. col. t. 190. (*fig. opt.*)

Habitus *Columbae maculicollis*; rostrum nigrum apice corneo-fuscum, gracile; pedes graciles, nudi, rufescentes; cauda mediocris apice rotundata. Longitudo totalis 10'' , tarsi 1'' , rostri 9''' . Habitat in Mariana insula *Guam*. (*Mus. Paris.*)

83. *C. Chalcospilos*. Pileo toto cinereo-cano; collo postico, dorso, tergo, et alarum tectricibus superioribus omnibus griseo-fuscis; uropygio et superioribus caudae tectricibus grisescentibus, illo fasciis duabus nigris, his nigro-terminatis; tectricibus alarum majoribus nonnullis macula aureo-viridi, in violaceum vergente, pogonio lateri externo, apicali posita notatis; gula alba; collo antico sensim ac pectore pallide rosaceo-vinaceis; epigastrio sensim, ventre, abdomine, crasso lateribusque albicantibus;

alarum tectricibus inferioribus remigibusque intus rufis, his extus et apice fuscis; cauda subtus nigra excepta rectrice utrinque extrema magna parte pogonio externo et apice supra et subtus alba, rectricibus duabus intermediis supra fusco-nigricantibus, lateralibus basi griseis dein nigricantibus. *Mas adult.*

Turtur senegalensis Bris s. 1. p. 122. t. 10. f. 1. (*Descript. completa*.) *Tourterelle du Senegal Buff*. Pl. enl. n. 160. (*fig. mala*.) *Columba afra Auctor*. *Temminck* Fig. t. 39. (*fig. bona sub denominatione falsa varietatis*.) *Id.* Fig. et Gallin. p. 291. *La Tourterelle émeraude L e v a i l l.* Ois. d'Afr. 6. p. 60. t. 271.

Foem. adult. Mari simillima, eadem paulo minor, tectricum maculis metallicis minoribus.

Var. *α*. Ptilosi quam in praecedentibus simillimis pallidior, caudae tectricibus inferioribus nigris maculisque tectricum magis in violaceo-purpurinum vergentibus. *Temm.*

Temm. Fig. t. 38.

Rostrum pedesque nudi rubri; cauda brevis, subrotundata; ungues fusci; irides rubicundae. Longitudo totalis 8'' , rostri solius ab oris angulo 8''' , caudae $2\frac{3}{4}$ '' , tarsi 8''' . Habitat in *Africa* meridionali, satis frequens in terra Caffrorum, porro in Senegambia; nidificat in frutice ova duo alba pariens; vox lugubris *Columbae risoriae*. (*Mus. Paris., Monac.*)

84. *C. Geoffroyi*. Capite supra, collo antico pectoreque canescentibus; alarum tectricibus superioribus magna parte, collo postico, dorso, tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus perlaceo-canescentibus; tectricibus minoribus maculis majusculis 5-6 nigro-violaceis, pro vario ad lucem objectu in viride mutantibus, tectricibus mediis ac majoribus maculis majoribus 7-8 externis cinnamomeo-rufis, postice nigra linea

terminatis, internis 3 violaceis; corpore subtus albo; remigibus fusco nigris; cauda supra a basi usque ad medium dorso concolore, dein eodem dilutiore.

Adult.

Columba Geoffroyi Temm. Fig. p. 125. t. 57. (*fig. opt.*) *Id.* Fig. et Gallin. p. 297.

Rostrum nigrum; pedes nudi rubri; cauda mediocris apice rotundata; remix prima omnium brevissima versus apicem stric-tissima. Longitudo totalis $7\frac{1}{2}''$. Habitat in *Brasilia*. (*Mus. Paris.*)

85. *C. cinerea*. Alarum tectricibus superioribus maculis parvis rotundatis ac quadratis metallice nigricantibus variegatis; fronte, gula et toto corpore subtus albis, subtiliter cinerascenti lavatis; capite, collo laterali et dorso obscurius griseo-coerulescentibus; tergo, alarum tectricibus, uropygio, reetricibus duabus intermediis et laterali-um basi murino-griseis, reetricibus caeteris nigris; remigibus griseo-fuscis. *Mas adult.*

Columba cinerea Temm. Fig. p. 126. t. 58.

Foem. adult. Alarum tectricibus superioribus in fundo fusco maculis rotundatis ac quadratis fusco-purpureis variegatis; gula, ventre, abdomine, criso lateribusque albis, subtiliter cinerascenti lavatis; pectore collique lateribus fusco-cinereis; partibus corporis superioribus obscure fuscis; tergo infimo ac uropygio in caesium vergentibus; reetricibus duabus intermediis fusco-rufescentibus, caeteris nigris, extus et basi rufescenti-lavatis, extima dilute rufo-limbata.

Temm. Pl. col. t. 260.

Rostrum flavidum; pedes rubri; cauda subaequalis; habitus *Columbae Talpacoti*, cauda longiore. Longitudo totalis $6\frac{3}{4}''$. Habitat in *Brasilia*. (*Mus. Paris., Lugd.*)

86. *C. Talpacoti*. Fronte, vertice et occipite cinereis; collo postico, eodem colore, subtili-

ter lavato, dorso toto, tergo, uropygio alarum tectricibus superioribus remigibusque tergo proximis saturaterufo-cinnamomeis, absque nitore; tectricibus juxta plumas scapulares remigibusque ultimis striolis 11-12 parvis, obliquis, ac alarum tectricibus inferioribus pure nigris; corpore subtus a gula al-bida usque ad crissum cinnamomeo-rufum saturate rufescenti-vinaceo, unicolore; capitis lateribus pallide vinaceis; remigibus primariis unicoloribus nigricantibus; reetricibus duabus intermediis totis dorso concoloribus, caeteris nigris extus basin versus cinnamomeo-lavatis, apice extimo rufo-marginatis.

Mas adult.

Le pigeon rougeâtre Azar. n. 323. *Columba Talpacoti Temm.* Fig. p. 22. t. 12. (*fig. accurat.*) *Id.* Fig. et Gallin. p. Vieill. N. D. *Columbina Cabocolo Spix* Av. Brasil. 2. t. 75^a f. 1. (*fig. accurata.*)

Foem. adult. Capite supra sordide cinereo; collo postico, dorso et tergo cinereo-fuscis, parum rufo-lavatis; collo antico, laterali, pectore ventrequesordidius vinaceis; alis ac partibus reliquis ut in mare.

Rostrum nigricanti-coeruleum; orbitae coeruleae; irides angustae rubrae; pedes obscure rubro-violacei; tarsus latere externo serie plumarum brevissimum longitudinali obsitus; ungues conneo-fusci; cauda mediocris subconico-rotundata. Longitudo totalis $7''$, rostri ab oris angulo $7\frac{1}{2}'''$, alae $3'' 5'''$, tarsi $6'''$, caudae $2'' 11'''$. Habitat in *Brasilia* et *Paraguaya* satis frequens, ut plurimum cum *Columba aurita* consociata, per paria, rarius gregibus parvis in campis sylvis confuibus et libenter in habitaculorum vicinitate, fruticibus et arboribus humilibus insidens; parit ova sphaerica alba; in Europa in caveis facile nutritur et propagatur; pulli in toto corpore nigricantes nascuntur. (*Mus. Paris., Moncc.*; multas vivas vidi.)

87. *C. Picui*. Fronte capitisque lateribus albidis; capite, collo et corpore supra alarumque tectricibus superioribus pure fuscis, excepta in tectricibus macularum serie violacearum, in nonnullis nigrarum, in aliis albarum; remigibus fusco-nigricantibus; rectrice utrinque extima alba, secunda, tertia ac quarta fuscis, versus apicem albis, caeteris dorso concoloribus; alarum tectricibus inferioribus nigerrimis; corpore sub albedo, pectore subvinaceo, collo antico corporisque inferioris lateribus fuscescenti-lavatis. *Adult.*

Le Picui Azar. Voy. n. 324. *Columba Picui Temm.* Fig. et Gallin. 1. p. 435. *Vieill.* N. D.

Pedes obscure violaceo-rubri; rostrum obscure coeruleum; regio ophthalmica loraque nudiuscula coerulescentia; cauda rectricibus 12, extima caeteris $4\frac{1}{2}$ brevior. Longitudo totalis $7\frac{1}{4}$, caudae $2\frac{3}{4}$, tarsi $9\frac{1}{2}$, rostri $5\frac{1}{2}$. Habitat in *Paraguay* frequentissima ad flumen *Plata* usque, in habitaculorum vicinitate, ut plurimum per paria, interdum per familias, aut gregibus haud numerosissimis, nidum planum in frutice aut in arboribus humilibus e virgulis struens et ova 2, fere sphaerica alba pariens, non timida, *Guaranis Picui* dicta. (*Azar.*)

88. *C. passerina*. Fronte, collo antico ac laterali, pectore epigastrioque pallide purpurino-vinaceis, colli antici ac pectoris pluma quavis medio fusca, quare maculatis; colli ac capitis suprema parte reliqua caesia, paulo vinaceo-lavata; dorso, tergo, uropygio alarum caudaeque tectricibus superioribus cinereo-fuscis; tectricibus juxta plumas scapulares purpurino-lavatas maculis chalybeo-nigris, purpurino-micantibus notatis; ventre pallide vinaceo-fusco, abdomine sensim crissoque obscurius cinereis; crissi plumis albidomarginatis; alarum tectricibus inferioribus remigibusque laete

rufis, his extus et apice fuscescenti-nigricantibus; rectricibus duabus intermediis dorso concoloribus, reliquis nigricantibus, extima apice paulo alba. *Mas adult.*

Ground Dove Catesb. Carol. 1. t. 26. *Petite Tourterelle de St. Domingue et pet. Tourt. de la Martinique Buff.* Pl. enl. n. 243. f. 1 et 2. (*fig. satis accuratae.*) *Columba passerina Auctor.* cum varietat. *Temm.* Fig. p. 24. t. 13. (*fig. non satis accurata.*) *Wils.* Americ. Ornith. 6. p. 15. t. 46. f. 2. (*fig. opt.*)

Foem. Corpore toto supra murino-griseo; pectore et collo antico plumis obscurioribus, margine sordide albedo vix vinaceo, collo antico et capite supra in fundo fuscescente vix cano-lavatis; pectoris collique plumis obscuris cinereo-albido marginatis; scapularibus plumis maculis majusculis obscuris castaneo-cyaneis; reliquis corporis partibus ut in mare.

Temm. l. c. t. 14. (*fig. accurata.*) *Wils.* l. c. f. 3. (*fig. opt.*)

Pedes et orbitae flavae; rostrum flavum apice nigrum; irides aurantio-rubrae; cauda mediocris, rotundata, rectricibus 12. Longitudo totalis $6\frac{1}{2}$, rostri ab oris angulo $7\frac{1}{2}$, caudae $2\frac{1}{2}$, tarsi $6\frac{1}{2}$. Habitat in variis *Americae* meridionalis ac septentrionalis regionibus, migratoria in Carolina australi ac septentrionali, in Georgia, Luisiana, Florida et in insulis Caribaeis, gregaria in campis, caudam assidue motitans, oryzae ac *Xanthoxyli clavae Herculis* seminibus praesertim victitans. (*Mus. Paris., Monac.* etc.)

Nota. *Marcgravii Picuipinima* ab auctoribus citata spectat ad *Columbam squamosam*.

89. *C. minuta*. Capite et collo supra, dorso, tergo, uropygio, alarum caudaeque tectricibus superioribus laetissime fuscis; alarum tectricibus nonnihil in rufum vergentibus, majoribus

et minoribus maculis nonnullis parvis splendide chalybeis variegatis; fronte ac gula albo-rufescentibus; collo antico infimo, pectore, ventre, tibiis, crisso lateribusque sordide albis, ad rufum inclinantibus; alarum tectricibus inferioribus totis rufis; remigibus rufis, pogonio externo et apice fusco-nigricantibus; reetricibus duabus intermediis dorso concoloribus, reliquis supra basin versus cinerascenscentibus, dein nigris, margine extimo apicali fuscis, subtus totis nigris apice vix fuscis, extimis duabus utrinque exceptis latere externo paulo albo-terminatis. *Mas adult.*

Turtur parvus fuscus americanus *Briss.* 1. p. 116. t. 8. f. 2. *Columba minuta* *Auctor.* *Temm.* *Fig.* p. 28. t. 16. (*fig. non satis accurata.*) *Le pigeon natn.* *Azar.* *Voy.* n. 325.

Juv. hornot. Remigum reetricumque pictura adultae; capitis superioris plumis subrufescenti-cinereis margine paulo obscuriore; dorso, tergo, uropygio, caudae alarumque tectricibus superioribus sordide cinereo-fuscescentibus, tectricibus omnibus margine subtili apicali albedo, maculis parvis fuscis, paulo micantibus notatis; collo antico pectoreque pallide cinereo-fuscescentibus, plumarum margine apicali subtili dilutiore; reliquis corporis partibus inferioribus sordide fuscescenti-albidis.

Columbina griseola *Spix* *Av. Brasil.* t. 75^a f. 2.

Rostrum obscure fuscum; pedes rubri, albo lavati, unguibus fuscis; cauda mediocris rotundata. Longitudo totalis 5½", rostri ab oris angulo 6", caudae 2", tarsi 6", alae 3". Habitat in *Brasilia*, *Guiana*, *Paraguay* ad flumen *Plata* usque nec non in *insulis Caribaeis* satis frequens. Foemina juvenili avi similis esse videtur. (*Mus. Paris.*, *Monac.* etc.)

nigro-marginata; occipite, regione ophthalmica, collo postico, dorso, tergo, caudae ac alarum tectricibus superioribus laete cinnamomeo-rufis, pluma quavis margine apicali fusca; cauda remigibusque supra totis dorso concoloribus, subtus griseo-nigricantibus; colli antichi infimi, lateralis pectorisque supremi plumis dilute griseo-vinaceis, margine apicali nigricante, praecedente alio albo; caeteris corporis partibus inferioribus dilute rufescentibus. *Mas adult.*

Le Colombi-Caille *Levaill.* *Ois. d'Afr.* 6. p. 83. t. 283. *Columba hottentotta* *Temm.* *Fig.* p. 26. t. 15., *Vieill.*

Foem. adult. Mari simillima, eodem paulo minor, ptilosi vix minus nitida.

Habitus *Columbae minutae*, eadem paulo minor; cauda breviuscula apice rotundata; pedes nudi rubri; rostrum fusco-flavicans; irides rubrae. Habitat gregibus magnis in terra *Namaquorum Africae meridionalis*, locis sterilibus, aridis, montosis, die in humo degens vesperi in fruticeta rediens. *Levaill.*

** *Cauda elongata, cuneata.*

91. *C. migratoria.* Cauda longissima pergradato-cuneata, reetricibus duabus intermediis totis nigris, caeteris canescenti-albis, margine albis, intus basin versus macula magna rufa, et subsequente alia nigricante notatis; capite toto, collo supra, tectricibus mediis ac majoribus alarum, caudae superioribus, tergo ac uropygio plumbeo-caesiis; collo antico pectoreque rufescentibus subvinaceo-lavatis, illo inferius ad latera violaceo-purpurino resplendente; epigastrio, ventre, abdomine crissoque albis, primo dicto subtilissime rufescenti-lavato; tibiis rufescentibus; dorso supremo tectricibusque alarum caeteris terreo-caesiis, scapularibus fuscescenti-lavatis; tectricibus tergo proximis maculis nigris absque nitore notatis; remigibus pri-

90. *C. gularis.* Fronte, toto pileo gulaque albis, hac undique

mariis ac secundariis obscure nigris, extus rufescenti albo limbatis. *Mas adult.*

Pigeon of passage Catesb. 1. t. 23. (*fig. bona.*) *Columba migratoria Auctor., Temm.* Fig. p. 107. t. 48. (*fig. satis accurata.*) *Id.* Fig. et Gallin. p. 346. *Wils. Americ. Ornith.* 5. p. 102. t. 44. f. 1. (*fig. opt.*)

Foem. adult. Mare paulo minor; pectore, capite supra, collo postico, dorso ac alarum tectricibus superioribus griseo-fuscis; his maculis nonnullis nigris; colli infimi lateribus parum violaceo-purpurino nitentibus; uropygio ac tergo canis; caudae tectricibus superioribus reatricibusque duabus intermediis terreo-fuscis; orbitarum regione nuda cinerea; caetera ptilosi ut in mare, minus nitida; iride minus aurantia tineta.

Tourterelle de Canada Buff. Pl. enl. n. 176. (*fig. non accurata.*) *Columba canadensis Auctor. Columb. migrator. var. β. Lath., Temm.* Fig. t. 49. (*fig. opt.*)

Juv. Alarum tectricibus absque maculis, collo absque nitore purpurino, caeterum, excepta ptilosi impura, adultae similis.

Rostrum nigrum; irides laetissime aurantiae; orbitae nudaae laete incarnato-coccineae; cauda reatricibus 12; pedes nudi sanguineo-rubri. Longitudo totalis (maris) 16", caudae solius 8". Habitat gregaria in *America septentrionali* inter vigesimum et sexagesimum latitudinis gradum, vere et auctumno, matutino et vesperi gregibus innumerabilibus migrans, in arboribus bis aut ter in anno nidificans et ova 2 pure alba pariens, aceris, ulmi, mori, nysae, fagopyri, fagi, quercus, tritici, non zae fructibus victitans, segetibus etiam et agris oryza consitis infesta; caro eximia. (*Mus. Paris.*)

Nota. Avis pro foemina *Columbae canadensis* descripta spectat ad avem hornotinam *Columbae marginatae*; neu-

tiquam hujus speciei est varietas.

92. *C. marginata.* Maculis nonnullis parvis, congestis utrinque infra aures nigro-violaceis; cauda elongata acuta, reatricibus quatuor intermediis acuminatis obscure griseo-fuscis, unicoloribus, sequentibus duabus supra plumbeis, ultimis utrinque duabus apice, externa extus quoque, albis, omnibus, exceptis duabus intermediis, fascia media nigra, subtus a basi ultra medium nigris, dein albis; facie et capistro rufescentibus; occipite et collo postico canescentibus; dorso, tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus obscure cinereo-fuscis, pro vario ad lucem objectu subtilissime in colorem olivascenscem vergentibus; remigibus secundariis tergo proximis et nonnullis alarum superioribus tectricibus majoribus macula laterali, nigra, absque nitore notatis; tectricibus majoribus externis et inferioribus in plumbeum vergentibus; remigibus omnibus nigricanti-fuscis, subtus grisescentibus; collo inferiore laterali purpurino-violaceo resplendente; pectore et collo antico vinaceis, hoc paulo cinereo-fuscescente lavato; partibus posticis sensim dilutioribus, abdomine crissoque ochrascentibus. *Mas adult.*

The long tail'd Dove Edw. 1. t. 15. (*fig. mediocr.*) *Turtur carolinensis Briss.* 1. p. 110. t. 8. f. 1. (*Descriptio complet.*) *Columba marginata Auctor. Columba carolinensis Temm.* Fig. p. 111. t. 50. (*fig. opt.*) *Id.* Fig. et Gallin. p. 355. *Wils. Amer. Ornith.* 5. 91. t. 43. f. 1. (*fig. opt.*)

Foem. Mari similis, eodem paulo minor, collo inferiore paulo purpurino splendente, postico dorso concolore, antico, pectore et partibus caeteris inferioribus cinereo-fuscis; cauda brevior, reatricibus subtus minus pure albo-terminatis.

Tourterelle de la Caroline

Buff. Pl. enl. n. 175. (fig. mediocr.) Columba carolinensis Auctor.

Juv. Foeminae similis.

Juv. hornot. Capitis, colli, pectoris dorsique plumis nec non alarum tectricibus superioribus albo-flavido terminatis.

Columba canadensis, Foemina Auctor.

Rostrum nigrum; regio oculorum et stricta lora nudiuscula, pallide virescenti-coerulea; pedes nudi corallino-rubri; cauda pergradato-cuneata, acuta; irides nigro-fuscae. Longitudo totalis 11'', caudae solius 5 $\frac{1}{4}$ '', rostri ab oris angulo 8 $\frac{3}{4}$ '', tarsi fere 10''; alae 5 $\frac{1}{4}$ ''. Habitat in pluribus regionibus Americae meridionalis et septentrionalis, migratoria a Florida usque ad Canadam, primis diebus mensis Maji in arboribus, his in anno, nidificans et ova duo nivo-alba pariens. (*Mus. Paris., Monac. etc.*)

*** *Cauda longiuscula, apice aequali aut rotundata, aut rectricibus extimis solis gradatis.*

93. *C. risoria.* Fronte et genis canescentibus; mento parum albedo; occipite, genis infra, toto collo laterali ac antico pectoreque saturate vinaceis, sterno ventreque sensim dilutioribus; lunula cervicali latissima nigra, superius subconspicue albo-marginata; dorso toto, uropygio, alarum tectricibus superioribus et remigibus dorso proximis dilute fuscis, subnitentibus; tectricibus alarum inferioribus et marginalibus superioribus coerulescenti-griseis; cauda subtus a basi usque ad medium nigra dein alba, supra ut plurimum fusciscenti-tincta; crissi plumis plumbeis, paulo albidotermiatis; remigibus fusco-nigricantibus extus subtiliter albidolimbatis. Longitudo 12-12 $\frac{1}{4}$ ''. *Mas et Foem. adult.*

Columba risoria Lichtenst. Vög. Verz. S. 67. n. 696.

Var. α . climat. ex Africa meridionali. Antecedente multo,

cicurata varietate paulo minor, ultimo dictae pictura, coloribus omnibus saturatoribus, capite schistaceo; nucha et pectore vinaceis; dorso fusco pro vario ad lucem objectu in viride vergente; cauda subtus a basi ultra medium nigra, inde alba, fascia colli latissima. Longitudo 9 $\frac{1}{2}$ ''. *Mas et Foem. adult.*

Turtur torquatus senegalensis Briss. 1. p. 124. t. 11. f. 1. Tourterelle à collier du Senegal Buff. Pl. enl. n. 161. Columba vinacea Auctor.

Variet. cicurat. α . Tota pallide vinaceo-ochracea; fascia cervicis nigra stricta; cauda subtus a basi fere usque ad medium nigricante; iridibus rubris.

La Tourterelle à collier Buff. Pl. enl. n. 244. Columba risoria Auctor. (exclusis varietatib.) Temm. Fig. t. 44.

Var. β . Unicolor candida; pedibus rubris; rostro incarnato; iridibus rubicundis; fasciola colli plumis densis, rotundatis, sericeo-nitentibus indicata.

La Tourterelle blanche Sonnini Edit. de Buff. t. 67. f. 2. Columba alba Temminck Fig. p. 102. t. 46. (fig. opt.) Id. Fig. et Gallin. p. 133.

Var. γ . Ptilosi tota alba, pictura varietatis α obsoletissime pellente.

Var. δ . hybrid. Capite supra et collo vinaceis; dorso toto cinereo rubedine subobscura pellucente, absque maculis; ventre, alis intus et caudae extrema parte per transversum ut in varietate α pictis; remigibus fuscis; pedibus sanguineo-rubris; rostro ex fusco subcoeruleo. Provenit haec varietas ex conjugio *Turturis* masculi et *Columbae risoriae* foeminae.

Turtur hybridus Briss. 1. p. 97. Columba risoria var. γ . Lath., Gmel.

Rostrum nigrum; pedes nudi rubri; cauda longiuscula. Habitat in Africa meridionali ac septentrionali, frequens in terra Namaquorum ac Caffrorum, in Senegambia, Aegypto et Nubia; nidificat in arboribus nidum pla-

numstruens et ova alba pariens. (Mus. Paris., Monac.)

Nota. Descriptio cl. *Levaillantii* de sua „*Tourterelle blonde à collier*“ (Ois. d'Afr. 6. p. 56. t. 268.) data iconque ii adjecta mihi adhuc obscurae sunt. Exemplarium e terra Caffrorum missorum a me visorum nullum tali modo pictum fuit. Descriptio clari viri nominata iconque ab eo data exhibent avem varietati α hujus speciei simillimam et in eo tantum diversam, quod eadem minor sit, ptilosin perlaceo-griseam, vinaceo-lavatum, versus caput et corporis partes inferiores albidam, in dorso alisque fulvo-isabellinam, caudam supra cineream et, exceptis tectricibus duabus intermediis, albo-terminatam habeat; icon exhibet cervicis striolam strictam. Cum specimen tali modo pictum nondum viderim, ab omni judicio abstineo. — Varietatem totam albam a cl. *Temminck* pro specie distincta habitam huc pertinere affirmare possum. Nonnulla individua utriusque sexus tota alba, viva, ipse possedi. Avem cicuratam, nequam feram in *China* inveniri libenter credam. — Vix negari possit specimina a me descripta nubica ac caffrensia huc spectare et varietatem cicuratam esse hujus speciei progeniem.

94. *C. bitorquata*. Capite supracano; hoc ac latera, collo, pectore ventrequae saturate vinaceis; striola mentali longitudinali alba; cervice fasciola nigra, antice alia alba, angustiore marginata; dorso, scapularibus, tergo, uropygio, caudae alarumque tectricibus superioribus mediis e cinereo fuscis; tectricibus externis alarum, inferioribus omnibus et hypochondriis plumbeis; remigibus primariis ac secundariis fusco-griseo nigricantibus, limbo externo subtilissimo albedo; ventre, abdomine crissoque albis, epigastrio sen-

sim in vinaceum vergente; tectricibus 4 utrinque lateralibus supra a basi fere usque ad medium ardesiacis, reliqua parte canescentibus, duabus intermediis dorso concoloribus, sequente utrinque ejusdem coloris, pallidiorae, omnibus subtus, exceptis duabus intermediis, a basi usque ad medium nigris, dein albis, extima utrinque extus tota alba. *Mas* et *Foem. adult.*

Columba bitorquata Temm. Fig. p. 86. t. 40. (fig. accurat.) *Id.* Fig. et Gallin. p. 301.

Pedes nudirubri unguibus nigricantibus; rostrum nigrum; orbitarum regio largiuscule nuda, rubra; cauda longiuscula, fere aequalis. Habitus prorsus *Columbae risoriae*, ii similis. Longitudo totalis $11\frac{1}{2}$ “, rostri ab oris angulo $10\frac{3}{4}$ “, caudae $4\frac{3}{4}$ “, tarsi 10 “, alae $5\frac{3}{4}$ “. Habitat in *Java* insula frequens, inquilinis *Dederuc.* (Mus. Paris., Monac.)

95. *C. humilis*. Capite supra, genis, collo postico supremo, tergo ac uropygio ardesiaco-caesiis; lunula colli postici unicolore nigra; dorso supremo, scapularibus alarumque tectricibus superioribus e cupreo vinaceo-rubris; mento, gula, collo antico, pectore ac epigastrio dorso concoloribus, paulo hoc pallidioribus; corpore subtus inferius a pectore usque ad crissi finem albo, griseo-lavato; rectrice utrinque extima extus, secunda apice albis, caeteris supra caudaeque tectricibus superioribus griseo-nigricantibus; alarum speculo parvo pone albo-marginato alarumque tectricibus inferioribus ardesiacis; remigibus cinereo-nigricantibus. *Mas adult.*

Columba humilis Temm. Pl. col. t. 259. (false sub nomine foeminae.)

Foem. Collo postico ut in mare torquato; fronte et alarum tectricibus superioribus omnibus cinereo-ardesiaticis; gula, abdomine crissoque albidis; remigibus nigricantibus; dorso, tergo ac scapularibus terreo-fus-

cis; capitis partibus caeteris, colli pectorisque vinaceo-tiucis; cauda subtus a basi usque ad medium nigra, inde albida.

Temm. l. c. t. 258. (*false sub nomine maris.*)

Habitus *Columbae risoriae*, eadem vix major, cauda brevior, fere aequali; rostrum nigrum; pedes rubri. Longitudo totalis $8\frac{1}{2}$ -9". Habitat in *Bengala* et in insulis *Luçon* et *Manilla*. (*Mus. Paris., Lugd.*)

96. *C. tigrina*. Colli postici inferioris cervicisque plumis profunde furcato-emarginatis uigris, macula apicali subquadrata alba, in plumis posticis rufescente; fronte, sincipite, regione ante et infra oculos caescente; striola utrinque poue oris angulum minuta nigra; mento medio albo; colli parte reliqua ac pectore vinaceis; epigastrio, ventre, abdomine crissoque albidis, subochraceo-lavatis; lateribus canis; alarum tectricibus superioribus extimis canis apice striola longitudinali media nigra, omnibus caeteris, scapularibus ac remigibus tergo proximis cinereo-fuscis, limbo nonnihil in rufum vergente, omnibus striola longitudinali media, apicali, apicem versus latiore, nigra notatis; dorso, tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus ejusdem coloris, striolis obsoletis aut minus conspicuis; alarum tectricibus inferioribus externis canis, internis nigricantibus; remigibus unicoloribus nigricantifuscis; rectricibus quatuor intermediis totis remigibus concoloribus, sequentibus a basi grisescente ultra medium nigris, dein albis. *Mas* et *Foem. adult.*

Tourterelle grise de la Chine *Sonner.* Voy. 2. p. 176. t. 102. *Columba risoria* var. β . *Gmel., Lath. Tourterelle de Surate* *Sonner.* l. c. p. 179. *Columba suratensis* *Auctor.* *Columba tigrina* *Temm.* Fig. p. 94. t. 43. (fig. bona.) *Id.* Fig. et *Gallin.* p. 317.

Rostrum nigrum; orbitarum regio vix nuda; cauda longa, gradata, obtusa; pedes nudi et irides rubra; ungues nigri. Habitus *Turturis*. Longitudo totalis $11\frac{1}{4}$ ", rostri ab oris angulo $10\frac{1}{2}$ ", alae $5\frac{1}{2}$ " $5\frac{1}{2}$ ", tarsi $9\frac{1}{2}$ ", caudae $5\frac{1}{2}$ " $5\frac{1}{2}$ ". Habitat in *India orientali*, in *Bengala*, *China*, imprimis frequens in insulis *Java* et *Timor*; *Javanis Tecucuve*. (*Mus. Paris., Lugd., Monac.*)

97. *C. maculicollis*. Fascia colli antica inferioris e plumis fuscescenti-testaceis, nitentibus, a basi ultra medium nigerrimis ibique paulo in chalybeum vergentibus, apice medio furcato-excisis composita, plus minusve larga et variegata; colli supremi parte caetera, capite toto et pectore laete vinaceis; epigastrio ventreque ejusdem coloris parum dilutioribus; abdomine crissoque albidis; alarum margine, tectricibus superioribus majoribus externis, inferioribus omnibus ac uropygio ad latera ardesiaco-caescentibus; remigibus omnibus totis fuliginoso-nigricantibus, primariis extus vix albedo-marginatis; dorso, scapularibus alarumque tectricum superiorum caetera parte laete badio-rufis; tergo ac uropygio in fundo caescente badio-rufo lavatis; rectricibus lateralibus subtus a basi usque ad medium uigris, dein pure albis, intermediis ultima medietate albo-canis, intermediis supra fuscescenti-cinereis, duabus utrinque extimis a basi caescente usque ad medium oblique nigris, dein albis, sequentibus duabus basi canis, medio paulo uigris, dein caescentibus, extremo apice vix albidis, quinta utrinque caescente, pogonio interno macula media obsolete nigra; orbitis albidis. *Mas adult.*

Turtur gutture maculato senegalensis *Briss.* 1. p. 124. t. 11. f. 1. (*Descriptio completa.*) *Columba senegalensis* *Auctor.* *La Tourterelle maillée* *Levaill.* Ois. d'Afr. p. 59. t.

270. (fig. satis accurata.) *Columba cambayensis* Temm. (sed non alior. auctor.) Fig. p. 100. t. 45. (fig. bona.) Id. Fig. et Gallin. p. 329. *Columba aegyptiaca* Lichtenst. in *Everm.* Reise nach Buch. p. 33. Descript. de l'Egypte t. 9. f. 3. (fig. opt.)

Foem. adult. Mari simillima, eodem parum minor, pilosi vix minus nitida.

Juv. (?) Dorso toto cano-ardesiaco; caeteris partibus ut in adulta.

Columba testaceo-incarnata Forsk. *Columba aegyptiaca* Lath. *Columba cambayensis* Auctor.

Habitus *Columbae Turturis*; rostrum plumbeo nigricans; pedes rubri; irides nigro-fuscae; cauda longiuscula, gradata. Longitudo totalis 9½-10", alae 5" 2", rostri ab oris angulo et tarsi 9". Habitat in Africa australi et septentrionali, satis frequens ad Caput bonae spei, in terra Namaquorum, in Senegambia et Aegypto, porro, ut videtur, in Cambaya Indiae, in arboribus nidificans et ova 2 alba paries. (*Mus. Paris., Monaco.* etc.)

Nota. Praestem nec de junctione recta *Columbae cambayensis* auctorum cum hic descripta specie, nec de veritate cognitionis meae avis juvenilis. Primo dictae descriptio solum ex parte in avem juvenilem *Columbae maculicollis* quadrat, descriptionem alterius ex unico a me viso specimine hauri. — Dicit cl. *Levaillant* irides hujus avis esse aurantias; eas scio e specimine quod per aliquos menses vivum possedi.

98. *C. Erythrauchen.* Colli postici infimi fasciae latiusculae laete rufo-aurantiae plumis fasciola nigra, arcuata terminatis; fronte, sincipite, facie tota gula pectoreque coerulescenti-cinerascentibus, pectoris lateribus parum obscurioribus; caeteris corporis partibus inferioribus

albis, vinaceo-lavatis, lateribus obscurioribus, abdomine crissoque pure albis; verticibus ex parte, occipitis, nucliae, dorsi et tergi plumis, alarum caudaeque tectricibus superioribus terreo-fuscis, fasciola arcuata nigra terminatis; reetricibus duabus intermediis totis, remigibus dorso proximis et primariis extus margine terreo-fuscis, remigibus intus laetissime rufis; reetricibus lateralibus obscure fusco-purpurinis, ab extima per gradus minus large albo-terminatis. *Mas et Foem. adult.*

Columba humeralis Temm. Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 128. Id. Pl. col. t. 191. (fig. opt.)

Habitus *Columbae tigrinae*; regio circa oculos nudiuscula; rostrum gracilius flavo-coerulescens; pedes nudi, flavi; cauda longa, gradato-cuneata. Longitudo 10½". Habitat in regionibus orientalibus *Novae-Hollandiae.* (*Mus. Londin., Soc. Linn.*)

Nota. Nomen a cl. *Temminckio* datum in hanc speciem non quadrans mutandum erat.

99. *C. Dusumierii.* Capite supra genisque canescentibus, subtilissime vinaceo-lavatis; postico collo supremo ac infimo, laterali pectoreque roseo-vinaceis, gula et lateribus corporis inferioris paulo in albidum vergentibus; fascia colli postici inferioris e plumis densis, cinereo-nigricantibus, saturate metallice viridi marginato-terminatis, squami-formi positis composita; dorso, scapularibus, remigibus tergo proximis caudaeque tectricibus superioribus terreo-fuscis; reetricibus totis dorso concoloribus, excepta extima utrinque extus alba, intus nigricante; abdomine crissoque albis, ventre et epigastrio in eodem fundo vinaceo-lavatis; alarum tectricibus superioribus cinereis; remigibus fusco-nigricantibus, extus subtiliter cinereolimbatis. *Adult.*

Columba Dusumieri Temm. Pl. col. t. 188. (fig. opt.)

Habitus *Turturis*; rostrum gracile fuscum apice dilutius; pedes nudi, flavidi (in exuviis); cauda longiuscula apice rotundata. Longitudo totalis $11\frac{1}{2}''$. Habitat in Philippina insula *Luzon* et frequens in insulis *Marianis*. (Mus. Paris.)

100. *C. Turtur*. Capite supra cano; macula utrinque ad colli latera infima larga e plumis nigris, albo -, inferius grisescenti-terminatis composita; collo toto antico, pectore ventreeque vinaceis; ventre medio, abdomine, tibiis crissoque pure albis; alarum tectricibus superioribus omnibus ac scapularibus nigricantibus, large et laete rufescenti-fulvo cinctis; dorsi supremi plumis margine obsoleto, cinerascenti-fuscescentibus; uropygio alarumque tectricibus majoribus plumbeis; remigibus nigricanti-fuscis; rectricibus duabus intermediis unicoloribus fuscescenti-cinereis, caeteris griseo-nigris apice extimo pogonio quoque externo albis. *Mas adult.*

La Tourterelle Buff. Pl. enl. n. 394. (fig. mediocr.) *Columba Turtur Auctor.* (exclus. var. β et γ .) *Naum.* Vög. t. 16. f. 35. *Temm.* Fig. t. 42. (fig. opt.)

Foem. adult. Mari simillima, ptilosi quam in eo minus laete tineta, remigibus magis fuscis, colli macula minore.

Juv. Ptilosi corporis superioris sordide albo-rufa, inferioris ut in adulta sed minus nitida et pura; collo absque macula.

Rostrum nigro-coerulescens, cera obscure rubicunda, albo-pulverulenta; unguis nigro-fuscus; pedes nudi et regio circa oculos et lora calva, rubra; irides rubro-flavae; cauda mediocri subgradata. Longitudo totalis $11 - 11\frac{1}{4}''$, rostri solius ab oris angulo $10''$, caudae $4''$, tarsi $10''$. Habitat in *Africa* australi ac septentrionali, frequens in *Aegypto* (in *Asia*, se-

cund. cl. *Temminck* in *Bengala* et secund. cl. *Raffles* in *Sumatra*), migratoria in *Europa* imprimis meridionali, in sylvis humilibus juxta earum margines, in arboribus humilibus aut in frutice nidificans et duo ova alba pariens.

Nota. *Gmelinii* varietas δ (*Columb. orient. Lath.*) et horum auctorum varietas δ , a cl. *Temminck* quoque cum hac specie conjunctae, quoad descriptionem neutquam congruentem huc poni non possunt. Alias auctorum varietates absque earum autopsia huc ponere non audeam. Specimina africana ipse vidi, asiatica nondum; primo dicta ab europaeis nullo modo distingui possunt. Specimina asiatica a cl. *Temminck* et *Raffles* observata ad varietates citatas spectent.

101. *C. annulata*. Taenia verticis inter oculos, annulo collum intermedium totum cingente, et stria a rostri basi, infra oculos ad aures ducta nigris; fronte, caeteris capitibus collique supremi partibus, exceptis verticis parte postica occipiteque dorso concoloribus, albis; collo antico infimo et pectore vinaceis, hoc ad latera metallice purpurino-renitente; partibus corporis omnibus superioribus unicoloribus terreo-fuscescentibus, exceptis scapularibus alarumque tectricibus magnis maculis nonnullis longitudinalibus nigris; ventre fuscescenti-cinereo, paulo in ochraceum vergente; crisso albo; remigibus nigricantibus, extus griseo-albo limbatis; rectricibus griseis, omnibus, duabus intermediis exceptis, apice albis.

Tourterelle de Saint-Dominique Buff. Pl. enl. n. 487. *Columba dominicensis Lath.* (a *Gmelinio* non indicata) *Temminck* Fig. p. 113. t. 51. (Fig. cum descriptione parum congruens.)

Habitus *Turturis*; rostrum

nigrum; pedes nudi rubri; cauda mediocris apice conica. Longitudo 11". Habitat in *Dominicensi insula*. (*Tem m.*)

102. *C. Tympanistria*. Fronte, vitta ab ea utrinque ultra oculos ducta et toto corpore subtus a menti initio usque ad crisis finem purè albis; pileo, collo postico, dorso ac alis terreo-fuscis; uropygio griseo-fusco nigricanti-bifasciato; rectricibus sex intermediis fusco-rufis, sequente utrinque extus eodem colore, intus basi grisea, apice nigra, lateralibus duabus utrinque extimis basi griseis, versus apicem griseum nigris; remigibus intus rufis, his dorso proximis maculis nonnullis nigricanti-coeruleis notatis. *Mas adult.*

La Tourterelle Tambourette Levaill. Ois d'Afr. 6. p. 61. t. 272. *Columba Tympanistria Temminck* Fig. t. 36.

Foem. Mari simillima excepta corporis albedine sordide lavata.

Habitus Columbae risoriae; rostrum nigro-fuscum; irides fuscae; pedes rubicundi; cauda mediocris, apice rotundata. Longitudo 9½". Habitat in *Africa meridionali*, vivida, timida, petulans, in sylvarum magnarum arboribus nidificans et duo ova alba pariens, vox sonum tympani aemulans.

103. *C. lophotes*. Occipitis crista horizontali e plumis longissimis, angustissimis, acuminiatis cinereo-nigricantibus composita; capite, collo et toto corpore subtus cum crisso unicoloribus canescentibus, excepto collo postico subtiliter purpurino-lavato; dorsi plumis ac alarum tectricibus superioribus minoribus fusco-cinereis, apice large rufescente et striola ante apicem transversa nigra; tectricibus majoribus metallice viridibus, subtiliter albo-limbatis; remigibus secundariis extus nitide et metallice purpureis, paulo nigricanti-variis, albo-marginatis, primariis et secundaria-

rum parte reliqua cinereo-nigricantibus; uropygio caudaeque tectricibus superioribus terreo-fuscis; rectricibus nigris e viridi-violaceo relucetibus, alboterminatis, intermediis uropygio concoloribus.

Columba lophotes Temm. Pl. col. t. 142. (*fig. opt.*)

Rostrum parvum, gracile, nigricans, culmine basali rubicundum; pedes rubri; cauda longiuscula cuneata; cristae occipitalis forma prorsus eadem quae *Charadrii Vanelli*. Longitudo totalis 12". Habitat in *Nova-Hollandia*. (*Mus. Lugd., Soc. Linn. Lond.*)

104. *C. squamosa*. Plumis capitis et colli supra, dorsi, uropygii, caudae et alarum tectricibus superioribus omnibus cinerascenti-vinaceis, corporis subtus a mento usque ultra pectus pallide roseis, ventris, abdominis crissique sensim albescentibus, omnibus, corporis supra et subtus, sine exceptione lineola nigra terminatis, unde squamoso-apparentibus; tectricibus alarum majoribus ante apicem albis; remigibus primariis extus et apice nigris, intus aureo-rufis; alarum tectricibus inferioribus fuliginoso-nigris; rectricibus duabus intermediis totis cinerascenti-fuscis, sequentibus utriusque tribus totis nigris, caeteris apice, extimis dimidia parte albis. *Mas et Foem. adult.*

Picui pinima Marcgr. Columba squamosa Temminck Fig. p. 127. t. 59. (*fig. opt.*) *Id.* Fig. et Gall. p. 336.

Rostrum fuscum; pedes rubri; cauda longa, gradata, apice quadrata; irides cinnabariu-rubrae. Longitudo totalis 8¾", alae 3" 8", caudae 3" 9", tarsi 8", rostri ab oris angulo 7". Habitat non infrequens in *Brasilia*. (*Mus. Paris., Monac.*)

105. *C. Maugaei*. Fronte, sincipite gulaque griseo-plumbeis; collo antico, pectore et caeteris corporis partibus inferiori-

bus albis, numerose transversim nigro-lineatis; occipite, collo postico, dorso toto alarumque tetricibus superioribus terreo-fuscis, ex parte nigricanti-striatis; reetricibus duabus intermediis totis terreo-fuscis, lateralibus caeteris nigris, largiuscule albo-terminatis. *Adult.*

Columba Maugaei Temm.

Fig. p. 115. t. 52. (fig. opt.) *Id.* Fig. et Gallin. p. 363.

Cauda perlonga, reetricibus 12, duabus utrinque extimis caeteris dimidia parte brevioribus, reliquis fere aequalibus; rostrum pedesque nudi nigri. Longitudo totalis 10". Habitat in insulis *Asiae australis*. (*Mus. Paris.*)

Nota. Haec species habet prorsus habitum similis sed gravioris nec non minoris *Columbae striatae* et cum ea non confundenda est.

106. *C. striata.* Fronte, regione ophthalmica gulaque dilute ardesiacis; occipite fusciscenti-rufescente; plumis colli postici, lateralis, pectoris ac ventris lateralis albis, quavis radiis 4-5 nigris, interstitiis aequalibus distantibus; collo infimo, pectore et sterno in medio pallide roseis; ventre, abdomine crissoque pure albis; plumis dorsi supremi ac infimi, uropygii, caudae alarumque tetricibus superioribus vinaceo-rufescentibus, subtilissime cinerascanti-lavatis, truncatis et linea nigra terminatis; reetricibus duabus intermediis unicoloribus fuscis, duabus utrinque sequentibus obscurioribus, sequentibus ejusdem coloris suboblique albo-terminatis; remigibus cinereo-fuscis, intus a basi ultra medium vinaceo-rufis; alarum tetricibus inferioribus rufescentibus, nigricanti-undulatis. *Mas adult.*

Columba sinica Lin n., Gmel., Lath., Temminck Transverse striped or barred Dove Edw. t. 16. (fig. vitios.) Columba striata Auctor., Jacq. Beytr. t. 15. (fig. satis

accurata.) Columba malaccensis Auctor., Temm. Fig. p. 104. t. 47. (fig. bona.) Columba bantamensis Sparrm. Mus. Carls. Fasc. 3. t. 67., Lath.

Foem. Mari simillima, ab ea ptilosius minus laeta, fronte gulaque sordidioribus, pectoris laterumque radiis minus distinctis vix diversa.

Cauda longa, reetricibus 14, extimis pergradatis, caeteris fere aequalibus; rostrum coerulescenti-nigricans, apice lividum; irides cerinae; pedes laete rubri. Longitudo totalis 9", rostri solius ab oris angulo 8", alae 3" 10 $\frac{1}{2}$ ", caudae 4", tarsi 8 $\frac{1}{4}$ ". Habitat in *India orientali* et in ejusdem terrae insulis adjacentibus, imprimis frequens in China et in insula *Java*, ad palmarum sylvarum margines, in arboribus nidificans, voce harmonica, miti, in Europa facile hospitans; Javanis *Burong-Percutut*, Chinensibus *Fowat*. (*Mus. Paris., Monac. etc.*)

Nota. *Columbae sinicae* descriptio *Albinii* icone de hac ave data pessima, nunquam citanda innitens, sane ad hanc speciem spectat, sed non satis accurata est.

107. *C. cuneata.* Capite et collo totis cinereo-coerulescentibus; pectore, ventre, abdomine ac crisso albis; regione ophthalmica nudiuscula subflava; dorso, tergo ac uropygio dilute terreo-fuscis; alarum tetricibus superioribus minoribus fuscis, irregulariter ocellis albis antice nigro marginatis conspersis, tetricibus magnis cinereis, similibus ocellis terminatis; remigibus primariis fusco-rufescentibus, lunulis nonnullis versus apicem fuscis; reetricibus intermediis caudaeque tetricibus superioribus capiti concoloribus, sequentibus rufescentibus apice albis. *Adult.*

Columba cuneata Lath. Suppl. Columba Macquarie Quoy et Gaim. Voy. du Capit. Freyc. Part. zool. p. 122. t. 31.

Habitus *Columbae atrogula-*

ris; cauda longa, cuneato-gradata, $3\frac{1}{2}''$ l.; pedes nudi rubicundi, alti; rostrum nigrum; irides rubicundae. Longitudo parum ultra $7'''$. Habitat in *Nova-Gallia australi*. Species a cl. *Latham* jam dudum optime descripta.

108. *C. atrogularis*. Fronte, regione circa rostri basin, mento guttureque nigerrimis; corpore subtus inferius a pectore usque ad crissum medio nigrum pure albo; vertice, capite et collo ad latera alarumque tectricibus superioribus mediis laete canescentibus; cervice, dorso supremo, alarum tectricibus minoribus internis, scapularibus remigibusque dorso proximis fuscescenti-cinereis, tectricibus tergo confinis 2-3 extus macula nigro-violacea, in purpurinum vergente, notatis; reetricibus duabus intermediis supra a basi ultra medium dorso concoloribus; dein sensim nigris, sequentibus duabus utrinque nigris versus basin canis, confinis utrinque duabus canis fascia ante apicem larga nigra antice sinuato-emarginata, extima utrinque extus dimidia parte alba; tergo ac uropygio dorso fere concoloribus, illo fascia duplicata, antica sordide albida; postica nigricante; tectricibus caudae superioribus nigricanti-terminatis, alarum inferioribus majoribus intimis nigris, caeteris cinnamomeo-rufis; remigibus earumque rhachi cinnamomeo-rufis, margine externo et apice cinereo-nigricantibus; rostro pedibusque flavidis. *Mas adult.*

Tourterelle à cravatte noire du cap de b. esp. Buff. Pl. enl. n. 140. (*fig. non satis accurata.*) *Levaill.* Ois. d'Afr. 6. p. 62. t. 273. (*fig. opt.*) *Columba capensis Auct. r., Temm.* Fig. t. 53. (*fig. bona.*)

Foem. Capite supra, collo postico, laterali, toto antico, pectore, scapularibus, tergo ac uropygio fuscescenti-cinereis, regione circa rostri basin paulo

in albidum vergente; tergi fasciis obsoletioribus; maculis tectricum quam in mare minoribus, minus nitidis; caeteris corporis partibus ut in mare, exceptis reatrice utrinque extrema pogonio externo toto apiceque alba, rostro nigricante, cauda paulo brevior; pedibus flavidis.

Turtur capitis bonae spei Briss. 1. p. 120. *Temm.* l. c. t. 54. (*fig. bona*), *Levaill.* l. c. t. 275. (*fig. satis accurata.*)

Juv. hornot. Foeminae adultae similis, exceptis alarum tectricibus superioribus (absque maculis violaceis) dorsique plumis laetissime albo-, flavo-nigroque fasciolatis; pectore, collo antico occipiteque fuscescente transversim nigricanti-undulatis.

Temm. Pl. col. t. 341. f. 2. (*fig. opt.*)

Cauda perlonga, gradata; irides fuscae. Longitudo totalis (maris) $9-9\frac{1}{4}''$, caudae $5''\frac{4}{11}$, alae $3''\frac{11}{11}$, rostri ab oris angulo $7'''$, tarsi nudi $6'''$. Habitat in *Africa australi* et septentrionali, satis frequens ad Caput bonae spei, in terra Caffrorum et Namaquorum, in Senegambia et Nubia, nidum e virgulis planum in fruticibus humilibus struens et ova duo alba, fragilissima et subpellucida pariens. (*Mus. Paris., Monaco, etc.*)

109. *C. strepitans*. Fronte, capitis lateribus et toto corpore subtus albis, primo dictis et pectore subtilissime rosaceo lavatis; alarum tectricibus superioribus minoribus ejusdem coloris striolis nonnullis fere longitudinalibus nigro-violaceis, tectricibus majoribus albis, ex parte nigricanti-limbatis; vertice, collo postico, scapularibus, remigibus dorso proximis, hoc ipso, tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus cinereis, vertice et collo postico magis in canum vergentibus; alula ac alarum tectricibus inferioribus velutino-nigris; re-

migibus primariis unicoloribus nigricantibus, secundariis ejusdem coloris, extus ex parte nigris, intus basin versus albo-limbatis; cauda tota alba, exceptis rectricibus duabus intermediis dorso concoloribus, et duabus utrinque sequentibus subtiliter cinereo-lavatis. *Mas et Foem. adult.*

Columba strepitans Spix
Av. Brasil. 2. t. 75. f. 1.

Rostrum nigrum, mandibula a basi usque ultra medium viridi-flavida; pedes rubri, tarsis latere interno serie longitudinali plumularum vix conspicuarum; cauda longiuscula, rectricibus 12, extimis solis gradatis; regio ophthalmica loraque nudiuscula. Longitudo totalis 7¹¹, rostri ab oris angulo fere 7¹¹¹, alae 2¹¹ 10¹¹¹, caudae 2¹¹ 11¹¹¹, tarsi 6¹¹/₄¹¹¹. Habitat in *Brasilia* versus flumen Amazonum satis frequens, inter evolandum alis strepitans. (*Mus. Monac.*)

110. *C. campestris*. Parva; fronte ac sincipite cinereis; capitis supremi parte reliqua, collo postico, dorso, tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus alisque supra totis unicoloribus pure fuscis, exceptis tectricibus dorso proximis maculis nonnullis castaneis, violaceo-purpurno resplendentibus, postice al-

bo-marginatis antecedente lineola transversa nigra, et remigibus tergo confinis maculis 4 nigris, nonnihil in violaceum vergentibus; remigibus obscurius fuscis, secundariis intus versus basin albis; alarum tectricibus inferioribus nigerrimis; rectricibus duabus intermediis dorso concoloribus, duabus sequentibus utrinque ejusdem coloris, paulo obscurioribus, versus apicem nigris, tribus utrinque extimis nigris, macula longa obliqua, alba terminatis; collo antico gulaque pallide vinaceo-lavatis, reliquis corporis partibus inferioribus albidis. *Mas et Foem. adult.*

Columba campestris Spix
Av. Brasil. 2. t. 75. f. 2. (*fig. accurata.*) *Colombe tourteline Temm.* Pl. col. t. 341. f. 1. (*fig. satis accurata.*)

Rostrum nigrum; lora et regio ophthalmica plumosa; pedes, his *Colii* similes, rubri, unguibus subtilibus, acutis, nigris; cauda longa, rectricibus 12, lateralibus 3 extimis solis gradatis. Longitudo totalis 6¹¹/₂¹¹¹, rostri gracillimi ab oris angulo 6¹¹¹, caudae 3¹¹/₄¹¹¹, tarsi 6¹¹/₄¹¹¹, alae 2¹¹/₂¹¹¹. Habitat in *Brasiliae* campis non infrequens; respectu trunci molis columbarum hucusque notarum minima. (*Mus. Monac.*)

C. Columbae lepopodiae.

Tarsus elongatus quam digitus intermedius multo longior, squamis hexagonis aut convexis, rhomboideis obsitus.

111. *C. coronata*. Maxima; verticis crista altissima, compressissima, semicirculari, e plumis ramulose vexillaris et discretis composita, capite et collo totis ac toto corpore subtus laete ac saturate ardesiacis; regione ophthalmica ac parotica nigra; dorso supremo ac alarum tectricibus superioribus omnibus purpurino-castaneis, basi nigris, magnis vitta obliqua, lata, alba; tectricibus alarum inferioribus, cauda tota, alarum truncique partibus reliquis ventri-

concoloribus, obscurioribus, illa fascia cana terminata. *Adult.*

Great crowned Pigeon Edw. t. 338. (*fig. satis accurata.*) *Phasianus cristatus indicus Briss.* Av. 1. p. 279. t. 26. f. 1. (*Descriptio completa.*) *Mil.* Illustr. t. 16. A. (*fig. bona.*) *Columba coronata Auctor.* *Temm.* Fig. p. 1. t. 1. (*fig. non satis accurata.*) *Colombi Hocco Levaill.* Ois. d'Afr. 6. t. 280. (*fig. medioer.*) *Lophyrus coronatus Vieill.* N. D.

Rostrum gracilius nigricans,

compressum, apice superne ac inferne incrassato fuscescens; pedes robusti, tarsis squamis rhomboideis, subconvexis obsiti, fuscescenti-flavidi; digiti validi, breviusculi, fere toti liberi; ungues validi, breviusculi, livido-flavescentes; cauda mediocris rotundata; irides rubrae; alae tuberculo obtuso, osseo munitae. Longitudo totalis 27-28", tarsi 3 $\frac{1}{4}$ ", rostri ab oris angulo 1 $\frac{3}{4}$ ", alae fere 13", caudae 10"; altitudo cristae in medio 5 $\frac{1}{2}$ ". Habitat in insulis *Archipelagi indici orientalis*, satis frequens in *Java* et *Banda*, quoque in *Nova-Guinea*; nidificat in arboribus ova duo pariens, frigoris impatiens in Europa difficillime hospitans; vox rauca profunde murmurans. Mas a foemina respectu ptiloseos picturae ac structurae haud differre videtur; sceletus hujus avis sicut specierum sequentium omnino gallinaceus. (*Mus. Paris., Lugd., Monac.*)

112. *C. cyanocephala*. Capite supra gulaque utrinque ad latera coeruleis, paulo in caesium vergentibus; gula et collo antico vix usque ad pectus nigris, hoc inferius albo-marginato; vitta mandibulari infra et ultra oculos ducta recta alba; occipite nigro-cincto; cervice, dorso, uropygio, caudae alarumque tectricibus superioribus et toto corpore subtus unicoloribus chocoladino-fuscis, partibus corporis inferioribus vix dilutioribus; cauda subtus nigricante. *Adult.*

Turtur jamaicensis *Brisson*. 1. p. 135. t. 13. f. 1. (*descript. complet.*) *Jacq. Beytr.* t. 17. *Columba cyanocephala* *Auctor.* *Tourterelle de la Jamaïque* *Buff.* Pl. enl. n. 174. (*fig. mediocr.*) *Temminck* *Fig.* p. 8. t. 3. (*fig. satis accurata.*) *Colombi-Perdrix à cravate noir* *Levaill.* Ois. d'Afr. 6. t. 281. (*fig. bona.*)

Rostrum a basi usque ad medium coccineum, dein caesium; pedes nudi rubri, squamis par-

vis, distinctis; irides fusco-nigrae; cauda mediocris apice vix subrotundata; plumae striae albae infra-ocularis apice absiculo, pulverulenta quasi, plumae coeruleae ad gulae latera subcrispae. Longitudo totalis 11", rostri solius ab oris angulo 11", caudae 4", tarsi 15 $\frac{1}{2}$ ". Habitat in pluribus *Americae meridionalis* insulis, in *Jamaica* et *Cuba* communis, frequenter edulis; nidificat et degit in humo; vox profunde murmurans vix et raro audienda; avis melancholica, dorso incurvato et collo intracto currens. (*Mus. Paris.*; 2 vivas ipse possedi.)

Nota. Foemina a mare respectu ptiloseos picturae haud differre videtur. Vidi varietatem infra colli antichi nigredinem macula lata alba notatam.

113. *C. Gallus*. Tota aeneo-nigricans, exceptis cauda tota alba et remigibus nigro-coeruleis; dorso remigumque limbo externo metallice viridi-nitentibus; colli plumis longissimis, subulatis, densis, angustiusculis, distinctis, aureo-viridi, cupreo-rubro ac violaceo-renitentibus; caruncula ad maxillae basin supernam rotundata, compressa, ac regione circa oculos nudiuscula nigricantibus. *Mas adult.*

Columba nicobarica *Temminck*. *Fig.* p. 5. t. 2. (*fig. opt.*) *Colombi-Galline à camail* *Levaill.* Ois. d'Afr. 6. p. 279. (*fig. opt.*)

Foem. Mari simillima, exceptis colli plumis brevioribus, maxillae basi absque caruncula.

Nicobar Pigeon *Edw.* t. 339. (*fig. mediocr.*) *Pigeon de Nicobar* *Buff.* Pl. enl. n. 491. (*fig. pessim.*) *Columba nicobarica* *Auctor.*

Rostrum ac pedes robusti nigri, hi squamis hexagonis; ungues flavii; irides fusco-aurantiae; cauda mediocris, apice aequalis. Longitudo totalis 14 $\frac{1}{4}$ ". Habitat in insulis *Moluccis* in humo ut plurimum degens et in

COLUMBA.

eo nidificans, stupida, celerrime currens. (*Mus. Paris.*)

Nota. Secundum cl. *Levaillant* foemina a mare non distingui potest. Sitne solum copulae tempore avis haec, *Columba aeneae* instar, caruncula ad maxillae basin praedita? Format optime haec species transitum a *Columbis* ad *Gallus*.

Species a me non visae, ulteriore examine indigentes.

α. *Cauda mediocri plus minusve aequali.*

1. *C. maculata.* Saturate et nitide viridis, corpore supra albo-maculato; abdomine nigricante; cauda nigra apice ferruginea; colli plumis ut in *Gallo* elongatis, strictis; pedibus antice plumosis.

Columba maculata *Lath., Gmel.*

Rostrum nigrum apice flavum; pedes fusi unguibus nigris; cauda aequalis. Longitudo 12". Habitat....

Nota. Suspicio hanc descriptionem avem juvenilem *Columbae Galli* exhibere.

2. *C. asiatica.* Collo, corpore supra et cauda apice obscure cinereo-viridibus; capite cinereo; macula alarum corporeque subtus albis, remigibus nigris extus albo-marginatis; torque supra pectus collum ambiente albo.

Columba asiatica *Lath. Suppl.* p. 202. 60. γ. *Ind.* 2. p. 597.

Rostrum basi coerulescens, apicem versus album; cauda aequalis; pedes his coerulescentes, illis flavi, unguibus nigris. Longitudo 11". Habitat in *India*. *An distincta species?*

3. *C. eimensis.* Fusco-virescens; capistro, gula et collo antice pallide rufis, seu potius vinaceis; capite supra et collo postico obscure fuscis, illo virescenti-lavato; colli lateribus ru-

bro-fuscis pro vario ad lucem oblectu in purpureum vergentibus; pectore ad latera et alarum tectricibus ejusdem coloris; pectore fascia alba notato; ventre obscuro; capitis lateribus circa oculos obscuris.

Columba eimensis *Lath., Gmel.*

Pedes rubri unguibus nigris; rostrum nigrum; cauda medio-cris. Longitudo 14". Habitat in maris amici insula *Eimeo*.

4. *C. zealandica.* Rubra, collo antico in viride vergente; remigibus obscuris; uropygio coeruleo; cauda nigra, mediocri; pectore infimo albo, ventre sensim coerulescente.

Columba zealandica *Lath., Col. Novae-Seelandiae Gmel.*

Rostrum rubrum 1" longum; regio circa oculos iridesque ejusdem coloris. Longitudo 18". Habitat in *Nova-Seelandia*, incolis *Hagarrèru*.

5. *C. norfolciensis.* Capite, collo pectoreque albis; epigastrio, ventre remigibusque nigris; dorso alisque obscure purpureis, obscurius signatis; rectricibus obscure fuscis intus obscuris; rostro nigro; pedibus rubris.

Columba norfolciensis. *Mas Lath. Suppl.*

Foem. (??) Capite, collò pectoreque ferrugineis; dorso alisque viridibus; remigibus obscuris; ventre, tibiis, uropygio ac crisso fusciscenti-purpureis; rectricibus duabus intermediis capiti, caeteris crisso concoloribus; rostro nigro; pedibus rubris.

Col. norfolc. Foem. Lath. l. c.

Longitudo 14". Habitat in insula *Norfolk* maris australis.

6. *C. brunnea.* Pileo, collo supra, dorso tectricibusque alarum brunneis; pectore, collo subtus uropygioque viridi-splendidis.

Columba brunnea *Lath. Ind.* 2. p. 603. n. 38.

Rostrum pedesque sanguinei. Habitat in *Nova-Seelandia*.

7. *C. pallida*. Virescenti-alba; capite et collo in cinereum vergentibus; remigibus primariis immaculatis, minoribus irregulariter juxta rhachin nigro-maculatis; rectricibus duabus intermediis obscuris, caeteris pallidissimis aut albidis.

Columba pallida Lath. Suppl.

Rostrum pedesque fusci. Habitat in *Nova-Hollandia*. An avis juvenilis?

8. *C. melanoleuca*. Facie capitisque lateribus albis; macula ante oculos triangulari nigra, alia pone illos coccinea; pileo ac occipite pallide cinereis; colli parte reliqua obscura; dorso alisque obscure viridibus; remigibus nonnullis intus ferrugineis; pectore albo, ejus lateribus corporis inferioris serie duplici macularum nigrarum.

Columba melanoleuca Lath.

Suppl. *Columba picata* var. a. Temm.

Turtur major; rostrum pedesque rubicundi. Habitat in *Nova-Hollandia*, incolis *Goadgang*. *Columbae picatae* affinis haec avis esse videtur.

9. *C. Turtur* var. ♂. Capite et collo dilute griseo-cinereis, plumis colli lateralis 6-7 nigromaculatis; pectore ventreque griseo-vinaceis; remigibus nigris, secundariis ejusdem coloris, apice fuscescenti-flavis; rectricibus duabus intermediis nigris, lateralibus albis.

La Tourterelle grise de l'isle de Luçon. *Sonner*. Voy. p. 52. t. 22.

Rostrum iridesque coccinea; habitus *Turturis*; pedes rubicundi. Habitat in *Luzonia*.

Nota. *Turturi* sane simillima haec avis esse videtur, ille vero rostrum nigrum et irides aurantias, collum anticum vinaceo-tinctum etc. habet. Vide notam in fine descriptionis *Turturis* exhibitam.

10. *C. orientalis*. Capite, collo, pectore ac dorso sordide fusces-

centi-cinereis, pectore pallidior; collo utrinque ad latera plumis nigris, pallide cinereo terminatis notato; alis fuscis fascia flava; remigibus fuscis; uropygio caudaque obscure cinereis; ventre tibiisque vinaceo-griseis; crisso pallide cinereo-griseo.

La Tourterelle brune de la Chine *Sonner*. Voy. 2. p. 177.

Columba Turtur var. ♂. *Gmel*.

Columba orientalis Lath.

Rostrum iridesque rubra; magnitudo *Turturis*. Habitat in *China*.

11. *C. malabarica*. Capite, dorso, tergo alisque dilute griseo-fuscis; pectore et collo antico griseo-vinaceis; tectricibus alarum mediis maculis ovalibus pure albis; rectricibus duabus intermediis griseis, caeteris a basi ultra medium usque nigris, inde albis; ventre albo; rostro, pedibus iridibusque rubris.

Columba malabarica *Auctor*. Magnitudo *Columbae risoriae*. Habitat in *Malabaria*.

12. *C. rubescens*. Capite et collo cinereis, occipite obscuriore; corpore, alis et cauda fusco-rubicundis; remigibus intus ac basi rectricum extus albis.

Voy. du Capit. *Krusenstern* Atl. t. 17. *Columba rubescens* *Vieill*. N. D. 26. p. 346.

Longitudo 8". Habitat in insula *Monkakiwa*.

Nota. Iconem hujus avis non vidi.

13. *C. miniata*. Capite griseo; collo antico, ventre et abdomine dilute vinaceis; collo postico et dorso obscure violaceo-purpureis, plumis colli lateralis profunde emarginatis nigris, fascia griseo-vinacea terminatis; tectricibus minoribus humeralibus obscure fusco-rufescentibus, aliis fusco-tetris; uropygio griseo-lilaceo; rectricibus primariis nigro-fuscis, lateralibus a basi usque ad medium griseo-nigris dein albis; crisso albo.

Grande tourterelle de la Chine Sonner. Voy. 11. p. 178.
Columba miniata Temm. Fig. et Gallin. p. 369. Id. Ind. p. 460.
Vieill. N. D.

Rostrum flavum; irides rubrae; pedes fusci. Longitudo 14". Habitat in *China*.

14. *C. rosea*. Toto corpore roseo-sanguineo, inferiore pallidiore, exceptis vertice, orbitis apicibusque alarum tectricum minorum albis, remigibus caudaque unicoloribus fuscis; cera frontis larga aurantia, pone fascia nigra marginata.

Columba rosea Miller Cimel. phys. p. 105. t. 59.

Oena minor, ejus habitu; rostrum pedesque flavo-fusci; irides flavae. Habitat in *India*.

Nota. Iconem indicatam nusquam citatam invenio; exhibet eadem vittam superciliarem nigram ac mentum album. Praecedenti speciei avis haec affinis esse videtur.

β. *Cauda cuneata*.

15. *C. caribaea* var. β. Corpore coerulescente; orbitis denudatis flavidis; collo cupreo-splendente; cauda longitudine corporis, cuneata, absque fascia.

Columba caribaea var. β *Auctor*.

Nota. Quam eximia ope gavisus sum in hac monographia perscribenda, id qui *Temminckii* egregium de columbis opus novit, ipse judicabit. Sane non viam modo, verum persaepe etiam ducem mihi praestitit, quo tutissime ingredi licuit. Quare si tamen hic illic dissentiam ab hoc viro doctiss., factum id esse putes, non nisi rei natura accuratissime perquisita; cujus consultationem nunquam omisi, ubi de specierum divisione et subdivisione agebatur. Ratio nempe, quam *Temminckius* adhibuit in columbarum divisione, niti nonnusquam mihi videtur notis minus constantibus: quod potissimum contigisse censeo in iis insignibus, quae profert de suis *Columbis gallinaeis*. Sunt enim et aliae columbarum species, rostri alarumque et pedum structura quam *Temminckius* utpote notam criticam eis assignat, minime praeditae, quae perdidicimus ratione in humo quaerant victum, nidosve construant. Magnopere miror, pedum structuram tam parum respectam esse viro ingenii acutissimi, adeo etiam, ut eas species, quibus equidem praepiuxi literam β, omnino commisceret cum insequentibus.

Certo vix poterit fieri, ut aliis quibusdam exterioribus sig-

Rostrum rubro-virescens; irides rubrae. Habitat in *Caribaeorum insularum* sylvis.

16. *C. meridionalis*. Saturate rubicundo-fusca, pectore paulo pallidiore, dein caeteris corporis partibus inferioribus pallide rubicundo-albis; remigibus obscure fuscis; tectricibus minoribus 3-4 nigricanti-purpureis; cauda brevi, cuneata, rectricibus apice acutiusculis, duabus intermediis nigro-fuscis fascia ante apicem nigra, caeteris fuscis, ante apicem lunulato-albis, externis extus totis albis.

Columba meridionalis *Lath.* Suppl.

Magnitudo *Turturis*; pedes rubri; irides fuscae; regio ophthalmica nudiuscula coerulescenti-alba; rostrum nigrum. Habitat in *Nova-Hollandia*.

Ex avium systemate prorsus relegendae sunt:

1. *Columba S. Thomae*, — 2. *Columba mexicana*, — 3. *Columba naevia*, — 4. *Columba Hoi-loti*, — 5. *Columba coerulea*, — 6. *Columba surinamensis*, — 7. *Columba melanoptera*, — 8. *Columba fusca*.

Nota. *Columba cristata* auctorum format genus *Cryptonyx*.

nis aequae commode et apte dividantur et disponantur columbae, ac pedum, partim etiam rostri, structura.

Largius de hac re, de ingeniis specierum, quas tum hoc tum ceteris generibus descripsi describamve, et de earum physiologia disputabo singulari isto tomo, quem operi huic adjiciam, aviumque historiam ratione philosophica in eo tractabo, quum hoc ipsum opus non nisi nudam contineat delineationem corporis earum, neque aliudquid sibi velit, quam ut exterioribus notis cognitioni inserviat, atque ita suppeditet tibi, quo in scientiae acquisitione adjuveris.

GENUS PTEROCLES.*

ROSTRUM parvum, capite multo brevius, subconicum, crassiusculum aut debile, durum; maxilla culmine et paratonis laevibus, integerrimis rotundato-convexa, versus apicem paulo attenuato-compressum subtiliter arcuato-devexa, tomiis integerrimis, subarcuatis, apice patentiusculis parum impressa, apice integro acutiusculo-rotundata, basi paulo latior quam alta; mesorhinium breve, rotundatum, frontis plumas intrans, his vero occultata; mandibula quam maxilla paulo brevior, laevis, paratonis convexiuscula, tomiis maxillaribus apicalibus subinclusa, medio ad tomia impressiuscula, rectiuscula, apice integro acutiusculo-rotundata; gnathidia basi anguloso-sulcata, plumosa; myxa longa, continua, absque gonyde distincto, culmine planato-rotundata; angulus mentalis brevis, obtusus, plumosus.

NARES basales, laterales, subobliquo-longitudinales, majusculae, patulae, fere semilunulares, sed apice antico latiores et rotundatae, superius membrana dense plumosa, paulo prosiliente munitae.

LINGUA teretiuscula, brevis, acuminata, integra, supra canaliculata.

PEDES gradarii, subtetradactyli, breves, corpori elongato vix adaptati; hallux amotus, minutissimus, unguiculatus, vix mobilis; digiti tarso multo breviores, breves, robusti, teretes, membrana stricta squamulosa sublimbati, duo extimi subaequales, digito intermedio dimidia parte breviores, cum eo membrana

*) *Temminck* Hist. nat. des Fig. et des Gallinac. 3. p. 233. Index p. 712. *Id.* Man. d'Ornith. 2. p. 474. *Id.* Pl. col. Livrais. 61. *Lichtenst.* et Auctor. recentior. *Bonasa* *Briss.* — *Tetrao* *Pall., Gmel., Lath., Meyer et Wolf.* *Perdix* *Lath.* — *Oenas* *Vieill.*

PTEROCLES.

parva conjuncti; acrotarsia depressiuscula plumosa; plantae nudae subtiliter squamulosae, hypodactyla scutulata; ungues validiusculi falculae falcatae, hic hallucis subtilis, acutus, subcurvatus.

ALAE longae, acuminatae, hirundinaceae, remigibus omnibus gradatis, prima omnium longissima.

CAUDA omnibus cuneata, mediocris, rectricibus duabus intermediis interdum elongatis, lineari-subulatis.

PTILOSIS. Capitis lateralis gulaeque plumae breves, discretae, peradpressae; tarsorum ptilosis sublanuginosa; rectrices acuminatae rigidiusculae; trunci plumae alarumque tectrices adpressae, subdensae, marginibus subdiffractae.

* *Cauda conico-acuminata.*

1. *Pt. arenarius.* Fronte, capitis parte reliqua, collo, pectore ac epigastrio cinerascentibus, subtiliter incarnato-lavatis; fascia utrinque ad oris angulum incipiente, dilatata supra aures ducta et in nucha confluyente castaneo-rufescente; macula inframentali triangulari, fascia pectoris distincta, ventre, tibiis, abdomine crissoque fusciscenti-nigris; caudae tectricibus inferioribus ejusdem coloris fascia apicali alba; dorso toto ac alarum tectricibus superioribus omnibus ochraceo-rufescentibus, pluma quavis macula magna flavida terminata et lineis duabus intermediis, apice postico convergentibus, obscure cinereis notata; alarum flexura sordide albida; remigibus cinereo-nigricantibus, nigricanti-terminatis, rhachi nigra, secundariis cinereis, extus et apice flavidis; ptilosi tarsi alba; rectricibus subtus nigris, macula alba terminatis, supra obscure cinereis, nigricanti-radiolatis, exceptis duabus intermediis rufescentibus transversim nigro-lineolatis. *Mas adult.*

Tetrao arenarius Pall. Com. Petrop. t. 19. p. 418. t. 8. Gmel., Lath., Wolf et Meyer. Naum. Vög. Deutschl. Nachtr. t. 6. f. 15. *Tetrao orientalis* Hasselq. Reise S. 330. (*Descriptio completa maris et foeminae.*) *Perdix aragonica* Lath. *Pterocles arenarius* Temm. Fig. et Gallin. 3. p. 240. Id. Man. d'Ornith. sec. edit. 2. p. 478. Id. Pl. col. t. 52. (*fig. opt.*) *Oenas arenarius* Vicill. N. D.

Foem. adult. Capite, gula, toto collo ac pectore, dorso toto alarumque tectricibus superioribus ochraceo-ferrugineis, gula potius flavida; collo et capite striolis longitudinalibus, partibus caeteris striis transversis,

subangulosis nigricantibus, numerosis; collo supremo antico taenia transversa cinerea et superius stria nigra; pectore fascia stricta nigricante; epigastrio immaculato, ochraceo-flavido; partibus corporis reliquis ut in mare, paulo dilutius tinctis; acrotarsiis griseis.

Temm. Pl. col. t. 53. (*fig. opt.*)

Rostrum validiusculum, conicum, nigricans; irides obscure fuscae; pedum pars nuda obscure flava; regio circa oculos nudiuscula griseo-flavida; ungues atri; cauda conica. Longitudo totalis $11\frac{1}{2}$ - $14\frac{1}{4}$ ". Habitat in desertis Asiae in sabuletis fluctuantibus medio deserto inter Rhynum et Volgam extensis, circaque Volgam versus Astracianam late patentibus, in Andalusia, Barbaria, Turcia, rarus in Germania, frequens in Nativia, in insula Cypro, aliquoties interdum cum socia foemina ad aquas migrans, leniter et continenter, columbae instar, volans, et volando stridulam, amoenam altamque vocem edens, ova pariens columbinis majora ex albo pallida. (*Mus. Paris., Lugd.*)

2. *Pt. bicinctus.* Rostris basi paulo alba; fronte larga fascia nigra; taenia supra utrumque oculum lata pure alba; capitis supremi occipitisque plumis rufo-flavidis, macula media nigricante; genis, collo, pectore et alarum tectricibus superioribus minoribus cinereo-flavidis; dorso, tectricibus majoribus ac mediis remigibusque secundariis cinereo-fuscis, pluma quavis striis maculisque rufis ac macula magna alba, triangulari terminatis; uropygio, caudae tectricibus superioribus ac inferioribus rectricibusque fuscis, transversim rufo-flavido fasciatis, his macula magna rufo-flavida terminatis; remigibus nig-

ris rhachi fusca; pectore taenia transversa alba subsequente altera nigra; ventre, lateribus, tibiis et abdomine sordide albis, striis subtilibus fuscis; tarsorum ptilosi sordide alba. *Mas adult.*

Pterocles bicinctus Temm Fig. et Gallin. 3 p. 247. Index p. 713. *Oenas bicincta Vieill.* N. D. 12 p. 421.

Foemina. Pectore absque cingulis, fronte haud nigra; capite toto supra rufo-flavido maculis magnis longitudinalibus nigricantibus; genis ac gula punctis pusillis fuscis; collo pectoreque fasciis largis fuscis flavidisque; dorso alarumque tectricibus superioribus omnibus fusco rufoque striatis, tectricibus majoribus et minoribus apice zona alba; remigibus fusco-nigricantibus fasciola apicali parva alba; rostro unguibusque fuscis; corporis inferioris reliquisque partibus ut in mare tinctis.

Juv. hornot. Foeminae similis.

Rostrum debile; pedis pars nuda unguisque flavida; cauda conica. Longitudo totalis $9\frac{1}{2}$ ", rostri solius 9 ". Habitat in terra Namaquorum magnorum *Africae meridionalis* locis arenosis inter frutices per paria. *Temm.* (*Mus. Lugd.*)

3. *Pt. quadricinctus.* Fronte et sincipite albis, fascia recta intermedia nigra; occipitis plumis rufescentibus stria longitudinali nigricante; collo pectoreque cinereo-rufescentibus; dorso supremo alternatim obscure fusco, flavido nigroque fasciato; alarum tectricibus superioribus parvis ac magnis dilute flavis, fascia versus apicem larga nigra in utroque latere stricte albo-marginata; pectore fasciis quatuor subarcuatis, prima suprema rufo-fuscescente, secunda alba, tertia nigra, quarta alba; remigibus fusco-nigricantibus; ventre, tibiis abdomineque alternatim fasciis strictis albidis et nigris; reetricibus flavidis nigro-fasciolatis; tarsi

ptilosi cinereo-flavida punctulis nigris fasciolata. *Mas adult.*

Pterocles quadricinctus Temminck Fig. et Gallin. 3. p. 253. Index p. 713. *Oenas indicus Vieill.* N. D. 12. *Oenas bicincta* Galerie des Ois. t. 220. (*fig. a me nondum visa.*)

Foem. Fronte et pectore absque fasciis alarumque tectricibus absque fasciis nigris albomarginatis, his dilute flavidis fasciis nigris; plumis totius capitis rufo-flavidis stria intermedia longitudinali nigra; nucha, dorso toto ac uropygio alternatim fusco, nigro ac flavido radiatis; caeteris corporis partibus ut in mare tinctis, inferioribus dilutioribus.

Gelinote des Indes Sonner. It. 2. p. 164. t. 96. *Tetrao indicus Gmel.*, *Perdix indica Lath.*

Juv. hornot. Foeminae similis. (*Temm.*)

Rostrum basi rubrum, dein nigricans, pedum pars nuda fusca, cauda conica. Longitudo totalis $9\frac{1}{2}$ ". Habitat in *Senegambia* (et ut videtur in *Coromandelina*). *Mus. Paris.* An avis a *Sonneratio* descripta sane huc referenda?

4. *Pt. coronatus.* Vertice et occipite pallide chocoladino-rufis; capite toto et colli parte suprema laete ochraceo-flavis, excepta regione ante oculos et pone oris angulum albidam; stria utrinque ad frontis latera et tertia menti longitudinali nigris; taenia pone frontis striam lateralem incipiente utrinque supra oculos ducta, latiuscula et in occipite confluyente pallide caesia; colli parte reliqua, toto corpore subtus ac tarsorum ptilosi isabellinis, collo et pectore subtiliter cinereo-, crisso, lateribus et alarum tectricibus inferioribus ejusdem coloris albidolavatis; dorso, scapularibus, remigibus tergo proximis alarumque tectricibus superioribus omnibus fusco-rufescentibus, maculis longitudinalibus pallide isabellino-ochraceis, latere

externo indistincte obscure fusco-limbatis; tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus omnibus fusco-rufescentibus, unicoloribus; remigibus fuliginoso-fuscis, secundariis oblique ochraceo-rufescente terminatis, primariis unicoloribus, duabus primis scapo maxima parte albis; reetricibus lanceolatis, pallide cinnamomeis, apice albis fascia antecedente nigra, antice medio angulosa. *Mus adult.*

Pterocles coronatus *Lichtenst.* Vögel Verzeich. S. 65. n. 677. *Temm.* Pl. col. t. 339. (*fig. opt.*)

Foem. Mento frontisque lateribus absque striis nigris, illo capitisque lateribus ochraceo-flavis nigro-punctatis; colli parte reliqua, pectore, dorso, tergo, uropygio, alarum caudaeque tectricibus superioribus omnibus pallide ferrugineis, striolis transversis numerosis nigricantibus, medio subangulosis, in collo et pectore paulo dilutius tinctis fere lunulatis; capite absque taenia caesia, supra dorso concolore maculisque pusillis nigricantibus obsito; loris vittaeque superciliari albis, nigricanti-conspersis; corporis reliquis partibus inferioribus albidis, rufescenti-lavatis, striolis lanceolato-angulesis, nigricantibus; tarsorum ptilosi albida.

Lichtenst. l. c. *Temm.* l. c. t. 340. (*fig. opt.*)

Rostrum debile caesio-nigricans; planta, digiti unguesque nigricantia; regio circa oculos nuda (ut plurimum flava in exuviis). Longitudo totalis $9\frac{1}{2}''$, alae $10''$ $11''$, rostri ab oris angulo $7\frac{1}{4}''$, caudae $3''$ $5''$, tarsi $11''$. Habitat in *Nubia* satis frequens. (*Mus. Paris.*, *Lugd.*, *Monac.*)

5. *Pt. Lichtensteinii.* Fronte et sincipite albis, fascia intermedia arcuata nigra; capite toto pallide rufescente maculis minutis longitudinalibus nigricantibus; collo, dorso alarumque tectricibus superioribus minori-

bus ejusdem coloris fasciis numerosis nigricantibus; pectore fascia latissima flavida intermedia stricta castanea, interdum altera nigra ante abdomen; corpore inferius a pectore usque ad crissi finem in fundo albo fasciis strictis, numerosis, sublunariibus nigris; remigibus primariis nigro-fuscis extus albolimbatis et terminatis, scapo basin versus albo, dein fusco, secundariis basi fuscis, extus albis apice nigris; dorso toto, scapularibus alarumque tectricibus superioribus reliquis alternatim pallide ferrugineo, nigro albidoque fasciatis; cauda ochraceo-rufescente fasciis nigris; tarsorum ptilosi albida. *Mus adult.*

Pterocles bicinctus *Lichtenst.* Vög. Verz. S. 65. *Pterocles Lichtensteinii* *Temm.* Pl. col. t. 355. (*fig. opt.*)

Foem. adult. Fronte absque vittis, vertice et occipite flavido-rufescentibus, maculis minutis nigricantibus, longitudinalibus obsitis; capitis lateribus gulaque ejusdem picturae, pallidioris, minus numero maculatis; collo, alarum tectricibus superioribus omnibus ac toto corpore supra et subtus in fundo sordide albedo-flavido undique lineolis transversis, numerosissimis, approximatis undulatis, corporis superioris pictura paulo obscuriore; rostro fusco; pedum parte nuda rubicunda.

Temminck l. c. t. 361. (*fig. opt.*)

Cauda conico-rotundata; rostrum longiusculum, compressum, pallidum pedumque pars nuda rubicunda; regio circa oculos nudiuscula. Longitudo totalis $9-10\frac{1}{2}''$. Habitat in *Nubia*. (*Mus. Lugd.*, *Monac.*)

Observatio cl. Lichtensteinii. Specimina nonnulla guttore toto et collo flavicant, lineolis nullis; an mascula seniora? Plurimis utriusque sexus gula nigro-punctata, jugulum cum collo nigro-undulatum. Tectricum pictura pro aetate varians,

senioribus argutior fasciis nigris latioribus, utrinsecus linea alba marginatis.

** *Cauda conico-acuminata reatricibus duabus intermediis elongatis lineari-subulatis.*

6. *Pt. setarius.* Gula et striola horizontali utrinque pone oculos nigris; capitis lateribus ac collo antico cinereo-flavidis, seu olivascentibus, genis fulvescentibus; pectore fascia latissima aurantio-rufa margine superiore ac inferiore taenia stricta nigra terminata; epigastrio, ventre, tarsorum ptilosi et reliquis corporis partibus inferioribus pure albis; capite supra et nucha flavo-griseis; dorsi medii plumis scapularibusque dilute olivaceis macula media flava; uropygio caudaeque tectricibus superioribus alternatim nigro et flavicanti-rufo radiatis; alarum tectricibus superioribus minoribus et mediis oblique castaneo-rufo et flavicante radiatis, fasciola alba terminatis, majoribus olivascentibus fasciis apice nigris, caudae inferioribus a basi usque ad medium transversim nigricante et rufo alternatim striatis reliqua parte albis; reatricibus duabus intermediis reliquis fere duplo longioribus stricte subulatis, omnibus cinereis confuse olivaceo mixtis, duabus mediis utroque pogonio, reliquis pogonio externo flavicanti-fasciolatis, apice albis; remigibus primariis canis, rhachi utrinsecus nigra, apicibus fuscis, secundariis ejusdem coloris intus albo-limbatis. *Mas adult.*

The little pin-tailed Grouse Edw. t. 249. (*fig. mediocr.*) *Russ. Alep. t. 9. Bonasa pyrenaica* Briss. 1. p. 195. t. 19. f. 1. (*Descript. completa*) *Gelinote mâle des Pyrénées* Buff. Pl. enl. n. 105. (*fig. mediocr.*) *Tetrao caudacutus* Gmel. Reise p. 93. (*Cum fig. pessim. An foem.?*) *Tetrao Alchata* Gmel. cum var. γ sed exclud. var. β . *Lath. Pterocles setarius* Temm. Fig. et Gallin. 3. p. 256. *Id. Man.*

d'Ornith. 2. p. 478. *Pterocl. Alchata. Lichtenst. Oenas Cata Vieill. N. D.*

Foem. adult. Gula alba, fasciola infera larga, nigra; dorsi plumis flavicantibus nigro canoque fasciatis; alarum tectricibus superioribus minoribus, mediis ac majoribus caesiis fasciis obliqua rufescente, omnibus fasciis nigris terminatis; pectoris fascia aurantia reliquaque plumarum pictura maris; reatricibus duabus intermediis quam in hoc non brevioribus.

Briss. 1. c. t. 2. Buff. 1. c. t. 106. (*fig. mediocr.*)

Juv. hornot. Ptilosi quam in adulto magis varia; partibus corporis superioribus magis ex olivaceo cinereo-tinctis, inferioribus lateralibus, tibiis abdomineque fasciis denticulatis flavidis fuscisque. (*Temm.*)

Rostrum robustum, incrassatum, conicum; pallide incarnatum; pedum pars nuda cinerea; unguis nigricantes; irides fusco-nigrae. Longitudo a rostri apice usque ad finem rectricum intermediarum 12-13", rostri ab oris angulo 7", caudae solius 5 $\frac{3}{4}$ ", tarsi 1". Habitat gregarius in *Gallia meridionali, Pyrenaeis montibus, Hispania, Sicilia*, porro in insula *Cyprus*, in desertis *Asiae*, imprimis frequens in *Persia*; *Turcis Kata*; vox cornicis. (*Mus. Paris., Monac.*)

7. *Pt. Tachypetes.* Gula laete flava; capite et collo cinereis, unicoloribus, pectore in purpurinum vergente; hoc inferius fasciis duabus strictis antica alba, postica adnata laete castaneo-rufa; ventre ad tibias usque laete cinereo, purpurino-tincto; tibiis, abdominis crissique plumis dilute rufis; dorso supremo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus fusco-cinereis; plumis dorsi medii, scapularibus alarumque tectricibus superioribus omnibus basi fuscis dein macula magna ochracea alia cinerea et nitida terminata

signatis, tectricibus minoribus absque macula nitida, castaneo-rufo marginatis; remigibus primariis cinereo-, secundariis albo-terminatis, duabus primis rhachi alba; cauda fusco-cinerea flavido-terminata; tarsiptilosi rufescente. *Mas adult.*

Tetrao Namaqua Lath., Gmel. (Descript. e pictura.) Pterocles Tachypetes Temm. Fig. et Gallin. 3. p. 274. Index p. 715. Oenas Namaqua Vieill. N. D.

Foem. adult. Mare paulo minor; gula rufescente; plumis capitis, colli pectorisque rufo-albidis, striis medio longitudinalibus fuscis, interdum transversis; dorso, alarum caudaeque tectricibus superioribus alternatim fusco-nigricante et rufo fasciolatis, tectricibus alarum mediis albo-flavido terminatis; ventre transversim albido et fusco striato; abdomine caudaeque tectricibus inferioribus dilute rufis; rectricibus pogonio externo toto et ex parte interno flavido et fusco fasciolatis; duabus intermediis quam in mare paulo brevioribus.

Rostrum debile, compressum, caesium; pedum pars nuda nigra. Longitudo a rostri apice usque ad finem rectricum intermediarum 11-11½", rostri ab oris angulo 7". Habitat in Africa meridionali, ad Caput bonae spei, in terra Namaquorum, in Senegambia quoque, in locis aridis, gregibus ingentibus potandi causa ad fontes volans, seminibus ac insectis victitans, inter frutices nidificans et ova pariens 4-5 viridi-olivacea numerose nigro-maculata, quoad picturam, ovis *Vanelli* similia. (*Mus. Lugd., collect. dom. Sturm. etc.*)

8. *Pt. guttatus.* Genis, regione parotica, mento gulaque laete ochraceo-aurantiis; fronte, vertice et occipite medio rufescentibus; vitta utrinque ab oculorum cantho postico versus occiput ducta ibique subconfluente, subobsolete canescente; col-

li totius parte reliqua, pectore, toto corpore subtus, tarsorum ptilosi, alarum tectricibus inferioribus superioribusque minoribus ac dorso e pallide ferrugineo isabellinis, vitta epigastrii ventrisque intermedia longitudinali chocoladino-nigricante; crisso paulo in albidum vergente; scapularibus alarumque tectricibus superioribus majoribus ac mediis castaneo-fuscis, maculis nonnullis longitudinalibus, subtrigonis, pallide ochraceo-rufescentibus; remigibus tergo proximis pallide aurantio-ochraceo terminatis; tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus sordide fusciscenti-rufescentibus, ultimo dictis versus apicem flavidis; rectricibus duabus intermediis elongatis basi cinerascens, medio flavidis, parte reliqua filiformi rhachique nigris, reliquis cinereo-fuscis, versus apicem nigricantibus, triangulariter albo-terminatis; remigibus rufescenti-isabellinis nigricanti-terminatis, secundariis ante apicem nigricantem fasciola rufescenti-isabellina terminatis, rhachibus supra fuscis, subtus albis. *Mas adult.*

Kittaviah Shaw Trav. in Barb. etc. p. 253. Gelinote du Sénégal Buff. Pl. enl. n. 130. (fig. satis accurata.) Tetrao Alchata var. β. Gmel. Tetrao senegalus Lath. Pterocles guttatus Lichtenst. Vög. Verz. 8. 64., Temm.

Foem. adult. Genis, regione parotica, mento gulaque laete ochraceo-aurantiis; fronte, superciliis, occipite et toto capite supra rufescentibus maculis pusillis nigricantibus conspersis; collo toto et pectore, dorso, tergo, uropygio, alarum caudaeque tectricibus superioribus omnibus pallide ferrugineis guttulis numerosissimis nigricantibus obsitis; corporis partibus inferioribus remigibusque ut in mare tinctis, remigibus tergo proximis apice subtiliter flavolavatis; rectricibus duabus intermediis paulo brevioribus ru-

fis, obsolete nigricanti-fasciatis, apice nigricantibus, sequentibus rufescenti-cinereis, vix conspicue nigricanti-nebulatis, apicem versus paulo nigricantibus et macula alba terminatis.

Pterocles guttatus Temm. Pl. col. t. 345. (fig. opt.)

Rostrum validiusculum caesio-nigrum; pedum pars nuda unguisque nigricantia; orbitarum regio strictissime nuda. Longitudo a rostri apice usque ad caudae basin $6\frac{1}{2}''$, rectricum a intermediarum $5\frac{1}{4}''$, extimarum $3\frac{1}{4}''$, rostri ab oris angulo $8''$, tarsi $1\frac{1}{4}''$, alae $7'' 5'''$. Habitat in desertis Nubiae, in Barbaria et, ut videtur, in Senegambia; Barbariae inquilinis Kittaviah. (Mus. Lugd., Monac.)

9. *Pt. exustus*. Tibiis, ventre abdomineque castaneo-nigricantibus; fronte, capitis suprema parte, alarum tectricibus superioribus minoribus, collo toto, pectore ac epigastrio ochraceo-rufescentibus; fascia pectoris unica, stricta, nigra, antice conspicue albido-marginata; facie, genis, regione parotica gulaque subobsolete ochraceo-flavis; scapularibus alarumque tectricibus superioribus mediis ac majoribus ochraceis, fasciola stricta fusco-nigricante terminatis; remigibus primariis totis fuliginoso-nigris, secundariis macula alba, imprimis interna, terminatis; dorso, tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus rufescenti-fusciscentibus; tectricibus alarum inferioribus fuliginosis; crisso ac tarsorum ptilosi ochraceis; rectricibus duabus intermediis elongato-subulatis a basi usque ad medium tergo concoloribus, deinde nigris, sequentibus rufescentibus.

ti-cinerascentibus, pogonio exteruo paulo dilutioribus, obscurius nebulatis, fascia ante apicem rufescenti-album nigra, antice medio angulosa, extimis nigricantibus large apice et ex parte pogonio externo versus apicem albis. Mas adult.

Pterocles senegalensis Lichtenst. Vög. Verz. S. 64. n. 675. (excludenda synonymia prorsus errone.) *Pterocles exustus* Temm. Pl. col. t. 354. (fig. opt.)

Foem. adult. Gula, genis ac regione parotica et alarum tectricibus superioribus mediis ac majoribus pallide ochraceis, his fasciola rufescente terminatis; fronte, capite supra, toto collo et pectore pallide rufis, maculis longitudinalibus nigricantibus, trigonis; pectoris fascia interrupta, obsoleta, ventre et abdomine ferrugineis, fasciis numerosis nigris; dorso, scapularibus, tectricibus alarum minoribus rufescentibus, pluma quavis striolis tribus transversis nigris, scapularibus macula apicali flavida, lineola ferruginea terminata; rectricibus duabus intermediis quam in mare brevioribus ejusdem coloris, nigricanti-fasciolatis; remigum pictura maris; epigastrio immaculato, rufescente.

Temm. l. c. t. 360. (fig. opt.)

Rostrum debile pallide concoloribus, culmine nigricans; regio circa oculos nudiuscula (flava in exuviis), pedum pars nuda digittique obscure fusca. Longitudo a rostri apice usque ad caudae basin $5'' 8'''$, rectricum intermediarum $4'' 11'''$, rostri ab oris angulo $7\frac{3}{4}''$, tarsi $1''$, alae $6\frac{1}{2}''$. Habitat in desertis Nubiae, Aegypti et in Senegambia. (Mus. Lugd., Monac.)

GENUS SYRRHAPTES.*

ROSTRUM debile idem quod *Pteroclis*, gonyde suboblique ascendente.

NARES eadem quae *Pteroclis*.*

LINGUA.....

PEDES breves, gradarii, tridactyli, halluce nullo; digiti tarso multo breviores, laterales cum medio a basi usque ad apicem coadunati, immobiles, intermedius lateralibus dimidia fere parte longior superius specie distinctus; pelma squamulis pusillis imbricato-scabrum, continuum, antice trilobum; ungues obtusi, lati, subangulares.

ALAE hirundinaceae *Pteroclis*, remige prima in cirrum strictissime vexillatum, elongatum excurrente. (An in speciebus omnibus?)

CAUDA cuneata *Pteroclis*, rectricibus duabus intermediis elongatis, lineari-subulatis. (An in omnibus?)

PTILOSIS et habitus corporis universalis *Pteroclis*; tarsi toto lanuginoso-plumosi.

*) Illiger Prodrum. Systemat. Mammal. et Av. p. 243. Temminck Hist. des Fig. et des Gallin. 3. p. 282. Index p. 716. Cuv., Lichtenst. Tetrao Pall., Gmel., Lath.

1. *S. paradoxus*. Gula, capitis parte antica, stria utrinque pone oculos et ibi macula vicina, subtrigona in nucha fasciae parvae instar confluenta laete aurantio-flavis; gula margine inferiore obscuriore castaneo-marginata; colli parte reliqua nec non pectore griseis, hoc fascia terminato, e plumis albis ante apicem lunula stricta nigra obsitis composita; pectoris parte infima alarumque tectricibus superioribus minoribus griseo-flavis, unicoloribus; fascia ante femora latissima, ad epigastrii medium protensa, medio quam ad latera paulo latiore, plumis fuscis, basi griseo-flavis; tibiis, abdomine crissoque pure albis; dorsi plumis, scapularibus caudaeque tectricibus superioribus laete ac saturate griseo-flavis, striis lunaribus, apicalibus nigris; tectricibus mediis macula apicali nigra, majoribus tali castaneo-purpurina; remige prima in cirrum nigricantem longissimum, strictissime vexillatum excurren-te pogonio externo toto nigra, reliquis pallide caesiis rhachi nigra, secundariis pogonio interno margine pure albis, apicem versus fuliginoso-fuscis; rectricibus cinereis apice, extima extus

quoque albis, intus maculis magnis rufescentibus variis, duabus intermediis in cirrum longissimum lineari-subulatum, nigricantem terminatis. *Mas adult.*

Tetrao paradoxus Pall. It. 2. p. 712. n. 25. t. 5. (*fig. manca.*) *Gmel.*, *Lath.* *Syrrhaptēs Pallasii* Temm. *Pig. et Gallin.* 3. p. 282. *Id.* Pl. col. t. 95. *Heteroclitus tartaricus* Vieill. N. D. *Syrrhaptēs paradoxus* *Lichtenst.* in *Eversmanns* *Reise nach Buchara* S. 134. (*Descriptio optima.*)

Rostrum (in meo specimine) fuscescens; unguis nigri; caudae tectrices superiores ac inferiores acuminatae, inferiores fere rectricum acuminatarum longitudine. Longitudo a rostri apice usque ad finem rectricum intermediis proximarum 11 — 11½'', rectricum harum 3¼ — 3½'', intermediarum 6-9'', alae fere 9'', rostri ab oris angulo 6½''', plantae 3¾''', unguis digiti intermedii 1-1¼''', latitudo plantae 4¾-5'''. Habitat in desertis *Tartariae* et *Siberiae*. (*Collect. mea.*)

Nota. An avis a cl. *Temminck* depicta foemina? Ptilosis pallidior quam descriptae.

GENUS CRYPTURUS.*

ROSTRUM mediocre, gracilius, rectum, depressum, apice rotundato-obtusum, capite paulo longius aut ejusdem fere longitudine, parum durum, oris angulo infra oculos protenso, rectissimo, maxilla et mandibula intus rostri substantia fere toto expletæ, planiusculæ; maxilla quam mandibula paullo longior, basi cerigera, latiuscula, depressiuscula, inde versus apicem sensim magis magisque attenuata, culmine distinctissimo, recto, a basi usque ad nares planato, ceromate obtectum, inde ad apicem usque rotundato in apicem subtiliter dilatatum, convexo-rotundatum, obtusum deflexo; sulcus rectus, cerigerus toto paratona occupans, versus apicem attenuatus ibidemque lineari-decurrens, basi plumulosus; tomia rectissima, integerrima, lineari-prominula; mandibula recta quam maxilla dimidia fere parte minus alta, gnathidiis per totam fere longitudinem sulco subprofundo exarata, tomis integerrimis, jis maxillæ vix obtectis, gonyde recto ab angulo mentali usque ad apicem obtusum distincto, planiusculo apice, versus angulum menti conico-attenuato; myxa brevis; angulus mentalis longus, acutus, plumosus.

NARES *mediae*, laterales, patulae, majusculæ, oblongae.

LINGUA brevissima, triangularis, integra, membranacea.

FACIES plumosa; orbitae absque *ciliis*.

PEDES gradarii, subaversi, mediocres, congrui, tetradactyli, nudi; digitus tres antici toto fissi, externus interno paulo longior, intermedius tarso multo brevior; hallux amotus, brevissimus, phalange digitorum brevior, subinternus; planta his, acropodia et acrodactyla scutellata, laevia, illis planta clypeato-squamata, squamarum marginibus superioribus patentibus exasperata; ungues breves, incurvi, tegularifalculares, obtusiusculi, medius acie interna dilatatus.

CAUDA brevissima, pendula, rectricibus mollibus, obtusis, haud numerosis, subintrorsum curvatis, teetri-

*) Illiger Prodom. Systemat. Mammal. et Av. p. 244. Lichtenst. Tetrao Linn., Gmel. — Tinamus Lath., Temm. — Cryptura Vieill. — Pezus Spix.

CRYPTURUS.

cibus superioribus ac inferioribus numerosis occultatis.

ALAE mediocres remigibus rigidis, concavae, obtusiusculae, remige 2 et 3 omnium longissimis, prima his parum brevior.

PTILOSTS. Plumarum trunci rhachis versus basin validissima, inferius canaliculata, a basi usque ad medium plumulosissima, pogoniis apicalibus mollibus, ut plurimum subtilibus, his trunci superioris ac inferioris indiscretis, illis superioris indiscretis, inferioris subdiscretis; caudae tectrices superiores ac inferiores elongatae, his indiscretae, illis margine subdiscretae; in speciebus planta aspera praeditis plumae simplices, in reliquis duplicatae.

* *Plantae clypeato-squamatae, squamarum marginibus superioribus patentibus exasperatae.*

1. *C. Tao.* Stria utrinque a frontis lateribus supra oculos ultra cervicis latera ducta rufa, inferior alia ejusdem coloris, obscurioris fere nigricantis marginata, in collo medio utrinque convergente; capitis lateribus et collo antico supremo dilute rufis nigricante lineolato-undulatis; capite supra cervicem in fundo fuscescente pari modo nigricanti-variegatis; colli parte infima cinereo-olivacea, inferiore obscuriore; dorso, tergo, uropygio alarum caudaeque tectricibus superioribus ejusdem coloris, paulo dilutioribus lineis numerosis transversis nigricantibus, uropygio caudaeque tectricibus latioribus undulatis; tectricibus alarum dorso paulo dilutioribus, vix in colorem flavidum vergentibus; pectore, epigastrio ac ventre cinerascens, paulo obscurius ac subtilissime punctulato undulatis; lateribus tibiisque subrufescenti-albido nigricantique radiolatis, genubus fusco-cinctis; abdomine inimo crissoque in fundo flavido fusco-variegatis; remigibus omnibus nigris, secundariis pognio externo rufo-variolosis, ultimis eodem colore fere fasciolatis, subtus argenteo cinereo renitentibus; rectricibus nigricantibus e griseo-albido denticulato-lasciatis. *Mas adult.*

Le Mocoicogoe Azar. Voy. n. 33z. Tinamus Tao Temm. Fig. et Gallin. 3. p. 569. (Description. Opt.) Crypturus Tao Lichtenst. Vög. Verz. S. 67. Cryptura solitaria Vieill. N. D. 34. p. 105.

Foem. Mari similis, eodem minor, ptiloseos pictura pallidior.

Pedes obscure plumbei, plantae squamarum hexagonarum

marginibus prosilientibus asperimae; hallux parvus, submobilis; rostrum nigro-coerulescens; irides fusco-rufescentes. Longitudo totalis maris 19-20", (foeminae 18") tarsi 3" (2 1/2") rostri a fronte 16-17". Habitat non infrequens in *Brasilia et Paraguaya*, in sylvis densis, sole occidente voce tristissima et tremula *mocoicogoe* clamans, non arboribus insidens, noctivaga, ova duo violacea, secundum alios observatores coerulesco-virescentia pariens; pulli immediate post nativitatem parentes cursu sequuntur; Crypturorum hucusque notorum maximus. (*Mus. Mo-nac. etc.*)

2. *C. serratus.* Fronte et toto capite supra saturate cupreo-castaneis; nuchae plumis, colli supremi lateralis, lororum, iis supra ac infra oculos pallide ferrugineis, numerose transversim nigro-undulatis, brevibus; mento gulaque pure albis; regione parotica macula fusco-cinerea; colli parte antica reliqua, pectore, epigastrio ventreeque ad latera dilute cinerascens-fuscescentibus, atomis vermiculato-positis, obsoletissimis undique obtectis; abdomine ac ventre medio unicoloribus albidis; hypochondriis tibiisque albo-rufescentibus, fasciis latiusculis, medio direntis pallide nigricantibus; crissi plumis eadem pictura, obscuriore; dorso, tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus saturate fusco-olivaceis, striolis transversis, medio interruptis, largiuscule distantibus, rectiusculis aut margine subdenticulatis, nigris; alarum tectricibus superioribus omnibus olivaceis eadem striolarum pictura; remigibus primariis unicoloribus cinereo-fuscis, extus et subtus hyalino-nitentibus, rhachi fusca, secundariis ac alarum tectricibus majoribus externis marginalibus ex-

tus ferrugineis subtiliter et numerose nigricanti-vermiculatis, remigibus ultimis ibidem dentato-fasciolatis, omnibus intus nigricantibus, unicoloribus; alarum tectricibus inferioribus posticis canis, anticis fuscescentibus; rectricibus basi canescentibus, apice ferrugineo nigricanti-undulatis. *Mas et Foem. adult.*

Macuagua Marcgr. Le Tinamou de Caj. Buff. pl. enl. n. 476. (fig. pessim.) Tetrao major Linn., Gmel. Tinamus brasiliensis Lath., Temminck Fig. et Gallin. 3. p. 562. (Descript. opt.) Cryptura Magoua Vieill. N. D. Pozus serratus Spix Av. Brasil. t. 76. (fig. accurat.)

Foem. adult. Mari majori similis, corporis partibus inferioribus ac superioribus pallidioribus, dorso ac tergo nec non alarum tectricibus superioribus striolis nigris minus numerosis, minoribus, in ventris lateribus pectoreque conspicuis, subtilissime cinerascanti-vermiculatis.

Maxilla obscure fusca, mandibula maxima parte albida; nares extra rostri medium; irides e fusco flavo-virescentes; pedes plumbeo-nigricantes; planta, imprimis versus suffraginem, depressa seriebus quinque squamarum hexagonarum margine proscilientium aspera; hallux parvus, submobilis. Longitudo totalis maris 12 $\frac{1}{2}$ " (foeminae 17"), tarsi 2 $\frac{1}{2}$ " (2"), rostri ab oris angulo 1" 8 $\frac{1}{2}$ ". Habitat in *Brazilia, Guiana et Cajenna* frequens, vesperi socios convocans et arborum ramis inferioribus, 2-3 pedes a terra elatis insidens, vermibus, insectis, seminibus fructibusque victitans, his in anno ad truncum magnae arboris nidificans et 12-15 ova, gallinaceis aequalia, viridia, sapida pariens; vox alta fistulans; oriente sole et occidente frequentissima; caro exquisita. (*Mus. Paris., Monac. etc.*)

** *Plantae laeves, scutulatae.*

3. *C. adpersus.* Capite supra toto nigro, lateribus nigricante, fuscescenti-atomario; mento gulaque albis; collo postico, dorso, tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus scapularibusque ex olivascenti-rufescente fuscescentibus lineolis transversis innumerabilibus, nigricantibus, vermiculatis conspersis; alarum tectricibus superioribus ac remigibus tergo proximis in fundo grisescenti-olivascence lineolis, iis dorsi simillimis obsitis; tectricibus alarum externis marginalibus remigibusque totis fuscescenti-nigricantibus, exceptis remigibus secundariis margine externo olivascenti-grisescentibus, numerosissimo et subtilissime nigricanti-vermiculatis; collo antico, pectoris ventrisque lateribus tectricum picturae, obsoletioris; collo infimo, pectore, epigastrio ac ventre pure ac dilute cinereis, unicoloribus, plumarum margine apicali vix conspicue griseo-lavato; abdomine medio albido; crissi plumis medio nigris, limbo latissimo plus minusve saturate ferrugineo, lineis pluribus arcuatis denticulatis, nigris variis; tibiaram hypochondriorumque plumis pallide fulvescenti-fuscescentibus, atomis nigricantibus conspersis, hypochondriorum margine flavido-albo terminatis; rectricibus mediis a basi ultra medium cinerascantibus, dein dorsi picturae; alarum tectricibus inferioribus albis, canescenti-nitentibus, extimis fusco-cinereis. *Mas adult.*

Tinamus adpersus Temm. l. c. p. 585. Cryptura adpersa Vieill. Pozus Yapura Spix Av. Brasil. t. 76. (fig. satis accurata)

Foem. adult. Mari simillima, eodem paulo minor, ptiloseos pictura dilutiore.

Hallux minutus, vix mobilis, ungue recto; pedes fuscii (in exuviiis) toto scutellati, planta lae-

vi; unguis nigri; rostrum nigrum, circa angulum mentalem flavido-fuscens; cauda rotundata; irides miniacae (?). Longitudo totalis maris 12'' (foeminae 11''), rostri ab oris angulo 19''', alae 6¼'', tarsi 1'' 9½''', digiti intermedii cum ungue 1'' 3½''', hallucis cum ungue 2½''', caudae 2'' 1'''. Habitat in Brasilia. (Mus. Monac.)

Nota. *Spixii* foeminae, sicut *Lichtensteinii Crypturi adpersi* descriptio spectat ad speciem sequentem quae simillima attamen diversa est.

4. *C. vermiculatus*. Fronte, toto capitis pileo, ac collo postico supremo fuliginoso nigricantibus, undulis nonnullis obscure rufis aegre conspicuis, colli postici plumis longiusculis, apice subvillosis, pendulis; capite ad latera sordide cinereo; mento gulaque albis, cinereo-lavatis; inimo collo, dorso, scapularibus, tergo ac uropygio brunneis, lineolis transversis, numerosissimis, (quam in *Crypt. adsp.* paulo largius distantibus ac conspicuoribus) irregularibus, denticulato-vermiculatis nigris; collo toto antico, pectoris ventrisque lateribus in fundo dilute griseo-olivascens dorsi ad instar vermiculatis; pectore medio ac epigastrio albido-grisescens, unicoloribus; abdomine albido; tibiis hypochondriisque isabellino-albis, obscurius rufo-variis, his fasciis singulis nigricantibus; crissi plumis ferrugineis, macula nigra subancori-formi, et stria unica ejusdem coloris arcuata ante apicem albo-isabellinum; reetricibus basin versus medio cinerascens, reliqua parte pallide ferrugineis, undulis distinctis numerosis, denticulatis, nigris; remigibus primariis unicoloribus cinereo-fuscens, secundariis cinerascens, margine externo extimo nec non caudae tectricibus superioribus alarum tectricum pictura,

alarum tectricibus inferioribus albis, anticis cinereis, lateribus marginalibus nigricantibus. Adult.

Tinamus vermiculatus Temminck Pl. col. t. 369. (fig. accurata.) *Crypturus adpersus Lichtenst.* Vög. Verz. S. 68.

Rostrum totum nigricanti-fuscum; pedes (in exuviis) fusciscentes unguibus albidis; plantae scutatae, laeves; hallux parvus, submobilis, ungue arcuato, fusco; irides brunneae. Longitudo totalis a fronte usque ad caudae apicem 13'', alae 7¼'', tarsi 1'' 10''', digiti intermedii cum ungue 1'' 4''', hallucis cum ungue 4''', caudae 2'' 5'''. Habitat in Brasilia. (Mus. Paris., Monac.)

Nota. Cl. *Lichtenstein* foeminam minorem 11 pollices longam descripsisse videtur. Rostrum apex in specimine musei nostri laesum est, quare ejus mensuram haud indicare valeo.

5. *C. cinereus*. Ptilosi tota unicolore fusco-cinerea exceptis capite ac collo postico rufescenti-lavatis, remigibus nigricantibus; maxilla nigricante, mandibula sordide alba. Mas et Foem. adult.

Tinamus cinereus Lath., Temm. Fig. et Gallin. 3. p. 574. *Tetrao cinereus Gmel.* *Cryptura cinerea Vieill.*

Pedes griseo-fusci, planta lacvi; cauda brevissima. Longitudo 12'', rostri ab oris angulo 1'' 6''', tarsi 2'' 3''', digiti intermedii cum ungue 1'' 5'''. Habitat in Brasilia et Guiana. (Temm.)

6. *C. noctivagus*. Fronte et toto capitis pileo fuscenscenti, interdum cinerascens-nigricantibus; superciliis, regione parotica, facie tota mento ac gula alborufescentibus; colli antici pectorisque supremi plumis cinereis, versus apicem subtilissime rufescenti-nebulatis; pectore et

epigastrio laete aurantio-rufis, ad latera atomis nigricantibus undulato-nebulatis, ventre sensim, abdomine, tibiis, lateribus ac crisso albo-rufis, tibiis, abdomine ac lateribus nigricanti-fasciatis, crissi plumis undulis vermicularibus transversis nigricantibus; alarum tectricibus inferioribus albis, extimis marginalibus fuliginoso-nigris; dorso supremo unicolore subobsolete castaneo-fusco; tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus rectricibusque ipsis fasciis approximatis latiusculis, aequalibus alternatim nigris et subaurantio-rufis; scapularibus alarumque tectricibus superioribus omnibus talibus fasciis notatis, sed nigricantibus et flavido-rufescentibus, paulo latioribus, in remigibus tergo proximis subvariolosis; remigibus unicoloribus cinereo-fuliginosis, secundariis extus e flavo-rufescente variis; collo postico dorso supremo concolore, plumis apice subpilosis. *Adult.*

Tinamus noctivagus Prinz von Neuwied Reise nach Brasilien Th. 1. S. 160. *Pezus Zabele Spi x* Av. Brasil. t. 77. (*fig. accurata.*)

Rostrum (in exuvia) corneo-fuscescens, mandibula maxima parte albo-flavida; nares in maxillae medio; pedes albido-fuscescentes digitis brevibus, unguibus obtusis albo-fuscescentibus, halluce parvo, submobili, planta scutellata, laevi. Habitat in *Brasiliae* sylvis magnis noctivagus, die et noctu voce profunda ac sonora clamans; *Brasiliensis* *Juo*; caro eximia. Cum *Crypturo variegato* simili non confunderis. (*Mus. Monac.*)

7. *C. variegatus*. Fronte, toto pileo occipiteque nigris, unicoloribus; collo toto pectoreque laete cinnamomeo-rufis, unicoloribus; gula alba; epigastrio, ventre ac abdomine medio albis subtiliter rufescenti-lavatis; lateribus epigastrii rufis, nigricanti-fasciatis, hypochondriis

tibiisque albo-rufis, nigricantincinereo fasciatis; crissi plumis partim ferrugineis, partim rufescentibus, plus minusve nigro-variegatis; rectricibus perbrevisibus fuscis, fasciis versus apicem tribus laete ferrugineis, medio angulosis, postica ut plurimum obsoleta; genis nigricantibus, vix rufescenti-subvariolosis; dorsi, tergi uropygiique plumis, caudae alarumque tectricibus superioribus omnibus nigris, quavis fasciis duabus, rectis, angustiusculis, una media, altera subapicali; remigibus primariis totis cinereo-nigricantibus, secundariis ejusdem coloris margine pogonii externi extimo rufescenti-conspersis, intus ibidem versus basin cinereo-albidis; alarum tectricibus inferioribus marginalibus cinereo-nigricantibus, reliquis albis, versus apices subtilissime canolavatis. *Mas adult.*

Tinamou varié Buff. pl. enl. n. 828. (*fig. satis accurata.*) *Tinamus variegatus* Lath., *Tenninck* Fig. et Gallin. 3. p. 576. *Tetrao variegatus* Gmel. *Cryptura variegata* Vieill.

Foem. adult. Mari simillima, eodem paulo minor, ptilosi paulo dilutius tincta.

Maxilla fusco-nigricans, mandibula flavida, margine subtili fuscescente; nares in maxillae medio; irides virides; pedes (in exuvia) fuscescentes, planta scutata, laevi, halluce brevissimo. Longitudo totalis maris 12'' (foeminae 11''), rostri ab oris angulo 1'' 7''' , tarsi 1'' 7''' , alae 5 1/2'' , caudae 1'' 10''' , digiti intermedii cum ungue 1'' 1 1/2''' . Habitat in *Brasilia*, *Guiana* et *Cajenna* satis frequens, in sylvis, 10-12 ova pariens, phasiani ovis paulo minora, laete lilacea. (*Mus. Paris., Monac. etc.*)

8. *C. undulatus*. Capite supra fusco-coerulescente; parte ejus reliqua, collo toto et corpore supra transversim nigricanti-ac rufescenti-striatis; corpore subtus albo-flavido; plumis tibia-

rum hypochondriorumque limbo rufescente, eodem colore ac nigro variegatis; alarum tectricibus superioribus dorsi plumis concoloribus, potius lituris irregularibus notatis, majoribus earum ac remigibus castaneis. *Mas et Foem. adult.*

L'Ynambu rayé Azar. Voy. p. 331. Tinamus undulatus Temm. l. c. p. 582. Cryptura Sylvicola Vieill. l. c. p. 107.

Tarsus fuscocenti-rufus; rostrum nigro-coerulescens; irides laete rufae. Longitudo totalis $12\frac{3}{4}$ " (foeminae $11\frac{3}{4}$ " tarsi $2\frac{1}{2}$ " $3\frac{1}{2}$ ", rostri $12\frac{1}{2}$ ". Habitat in sylvis magnis Paraguayae. (*Azar.*) Species haec *Crypturo noctivago* et *C. variegato* peraffinis esse videtur.

9. *C. strigulosus*. Fronte verticeque nigris; gula alba subtiliter rufescenti-lavata; genis, occipite, nucha et omnibus colli infimi partibus obscure rufis; pectore lateribusque plumbeis, olivascenti-mixtis; ventre cinereo-flavido undulis numerosis, vix conspicuis dilute cinereis; abdomine medio pure albo, lateribus fusco-nigricante et flavido variis; crissi plumis rufis, albo-rufescente terminatis fasciisque denticulatis nigris variegatis; dorso, scapularibus, alarum tectricibus minoribus uropygioque obscure rufescentibus, pluma quavis versus apicem margine parvo nigro, in tribus primo dictis partibus vix conspicuo; tectricibus alarum majoribus remigibusque secundariis margine externo undique undulis parvis nigris et irregulariter maculis parvis flavidis obsitis; reetricibus cinereo-coerulescentibus versus apicem olivascentibus, macula haud procul ab apice magna nigra et alia parva flavida notatis.

Tinamus strigulosus Temm. l. c. p. 594 et p. 752. Cryptura strigulosa Vieill. l. c. p. 106.

Rostrum fuscum basi mandibulae albidum; pedes (in exuviis) cinereo-flavidi; cauda ala-

rum apices transcendens, tectricibus haud occultata. Longitudo totalis $10\frac{1}{2}$ " $1-2\frac{1}{2}$ ", rostri a fronte $9\frac{1}{2}$ ", tarsi $1\frac{1}{2}$ " $9\frac{1}{2}$ ", digiti intermedii cum ungue $1\frac{1}{2}$ ". Habitat in Brasilia. *Temm. (Mus. Lugd.)*

10. *C. Sovi*. Capitis parte suprema, genis et colli postici parte magna nigro-cinereis; gula alba; collo antico, pectore et reliquis corporis partibus inferioribus cinnamomeis, unicoloribus, ventre medio paulo dilutiore, crisso vix conspicue fasciato; colli postici parte reliqua, dorso, scapularibus, alarum caudaeque tectricibus superioribus ac uropygio rufo-fuscis, unicoloribus; remigibus reetricibusque fusco-cinereis. *Mas et Foem. adult.*

Crypturus Sovi Lichtenst.

l. c. S. 68.

Avis junior. Adultae avi similis, exceptis collo antico, pectore et corporis inferioris lateribus fuscis aut olivascenti-cinereis, rufo-variis; ventre tibiisque dilute rufo-flavidis; abdomine rufo fasciis nonnullis flavidis; crissi plumis albo-flavidis.

Le Soui Buff. Pl. enl. n. 829. (fig. accurata.) Tetrao Sovi Gmel. Tinamus Soui Lath. Temm. l. c. p. 597. Cryptura Soui Vieill.

Rostrum supra cinereo-nigricans, subtus albidum; naris in maxillae medio; pedes fusci haluce minimo, planta scutellata. Longitudo totalis maris $10\frac{1}{2}$ " (foeminae $9\frac{1}{2}$ ", rostri ab oris angulo $1\frac{1}{2}$ ", tarsi $1\frac{1}{2}$ " $4-5\frac{1}{2}$ ", digiti intermedii cum ungue $1\frac{1}{2}$ ". Habitat in Guiana, Brasilia et Peru, satis frequens locis fruticosis, ex foliis in bifurcationibus inferioribus arborum nidum haemisphaericum 6 circiter pollices latum, et 5 profundum struens, et 3-6 ova alba subglobosa, columbinis aequalia pariens; caro exquisita. (*Mus. Paris.*)

11. *C. obsoletus*. Fronte ac toto capitis pileo nec non collo po-

atico supremo fusco-nigricantibus, unicoloribus; capitis lateribus ac gula cinereis; colli parte antica reliqua ac toto corpore inferiore laete rufo-castaneis unicoloribus, exceptis abdominis, crissi tibiaramque plumis nigris, fascia subintermedia et limbo marginali rufis; dorso, tergo, uropygio caudae tectricibus superioribus ac alarum minoribus nec non remigibus secundariis extus laete rufo-fuscis, pro vario ad lucem objectu nonnihil in colorem nigricantem vergentibus; remigibus primariis totis, secundariis intus ac tectricibus extimis griseo-fuscis, tectricibus inferioribus nigricantibus. *Mas adult.*

L'Ynambu bleuâtre Azar. Voy. n. 330. *Tinamus obsoletus Temm.* l. c. p. 588. *Id.* Pl. col. t. 196. (*fig. accurata.*) *Cryptura cosrulescens Vieill.* l. c. p. 101. *Crypturus obsoletus Lichtensl.* l. c. p. 68.

Foem. Mari similis, eodem paulo minor.

Rostrum (avis vivae) corallino-rubrum; irides aurantiae; pedes fuscescentes; hallux minutus; planta scutata. Longitudo totalis maris $12\frac{1}{2}''$ (foeminae $11-11\frac{1}{2}''$), tarsi $2''\ 2\frac{1}{2}''$, rostri $10''$. Habitat in *Brasilia* et *Paraguayae* satis frequens. Habitus *Tataupae*. (*Mus. Paris.*)

12. *C. Tataupa.* Fronte et toto pileo plumbeo-nigris; capitis parte reliqua, collo toto, pectore et corporis inferioris lateribus laete ardesiacis, unicoloribus; gula pure alba; epigastrio et ventre medio in album vergentibus; tibiaram ac hypocondriorum plumis nigris, albo-marginatis, crissi medio nigricantibus ibique lituris nonnullis rufescentibus, reliqua parte rufescentibus linea in utroque latere denticulata nigra apice convergente; dorso, tergo, uropygio, scapularibus, alarum caudaeque tectricibus superioribus castaneo-fuscis, unicoloribus; remigibus totis nigricantibus,

secundariis extus nonnullisque tectricibus majoribus nigricantibus subtilissime fuscescentinebulatis; tectricibus alarum inferioribus fuliginoso-nigricantibus; reetricibus fuscescentibus margine externo subtilissimo albedo; rostro corallino-rubro apice extimo maxillae obscuriore. *Mas adult.*

Le Tataupa Azar. Voy. n. 329. *Tinamus Tataupa Temm.* l. c. p. 590. *Cryptura Tataupa Vieill.* l. c. p. 108. *Crypturus Tataupa Lichtensl.* l. c. S. 68. *Fezus Niambu Spix* Av. Brasil. t. 78^a (*fig. accurata.*)

Foemina (aut *Juv.?*) Mari similis excepto vertice in fuscum vergente, capitis parte reliqua, collo et pectore cinereis; dorso, tergo, uropygio, alarum caudaeque tectricibus superioribus pallide et sordide fuscescenticinnamomeis, remigibus secundariis limbo externo subtilissimo albo, tergo proximis apice paulo albedo - et nigricanti conspersis; crissi plumis primis transversim nigro et rufescentialbedo undulatis, reliquis ut in mare.

Tinamus Tataupa Swains. Zoolog. Illustr. t. 19.

Pedes violascenti-nigricantes; irides rubrae; unguis albidofuscescentes; hallux vix ullus ungue immobili, nares a rostri medio subamotae. Longitudo totalis $10''$ (foeminae $9\frac{1}{2}''$), rostri a fronte $10\frac{1}{4}''$, alae $4\frac{1}{2}''$, tarsi $1''\ 4\frac{1}{2}''$, digiti intermedii cum ungue $12\frac{1}{2}''$; ambitus rostri prope basin $11''$, prope apicem $11''$. Habitat in *Brasilia* et *Paraguayae* frequens tam locis apertis, fruticosis seu herbosis quam in sylvis, foemina a mare separata; omnium *Crypturorum* quam maxime clamosus, syllabas *pi, pi* celerrime repetitas, tumque bis aut ter voce iere exhalante *chororo* edens; ova 4 obscure et nitide coerulea pariens; sedens, collo pectoraque deorsum inclinatis, uropygii caudaeque plumas in altum tollit et

in orbem expandit; Guaranis Paraguayae *Tataupa*. (Mus. Paris., Monac.)

15. *C. parvirostris*. Rostro pedibusque quam in *Tataupa* gracilioribus, brevioribus, unicoloribus rubris; gula albida; capite, collo et toto corpore sublus dilute cinereis, unicoloribus, ventre medio vix albido; dorso, scapularibus, tergo; uropygio caudaeque tectricibus superioribus dilute rufescenti-fuscis, unicoloribus; alarum tectricibus ejusdem coloris, paullo dilutioribus, remigibusque secundariis extus atomis nigricantibus, subobsoletis conspersis; remigibus primariis totis cinerascens; femorum hypochondriorumque plumis nigris margine stricto albo, tibiarum externis paulo rufescentibus, subtiliter albo-marginatis; crissi plumis large albo-limbatis, macula intermedia nigricante, lanceolata, in nonnullis plumis irregulari, limbo externo lato ferrugineo, extus subtiliter undulato-marginato. *Foemina*.

Nares vix intermediae, obli-

quae; hallux vix ullus ungue acuto albido; irides corallino-rubrae. Longitudo totalis 8¹¹/₂''', rostri a fronte 8¹¹/₂''', alae 4¹¹/₂''', tarsi fere 12¹¹/₂''', digiti intermedii cum ungue 9¹¹/₂'''; ambitus rostri prope basin 8¹¹/₂''', prope apicem 4¹¹/₂'''. Habitat in *Brasilia*. (Mus. Monac.)

Nota. Species haec praecedenti, imprimis ejus foeminae (?) peraffinis est, ast signis indicatis satis differt. Specimina 2 musei nostri sibi sunt simillima, horum unum autem caput supra fuscescens-tinctum et corporis partes superiores quam in descripto paulo saturatiores habet; ambobus ptilosis perfecta avis adultae. Formatur haec species cum tribus praecedentibus respectu narium positionis et rationis tam in sylvis quam in locis fruticosis ac apertis vivendi transitum a *Crypturis* ad *Nothuras*. *Azarac* descriptio *Tataupae* aliquo modo ad hanc speciem spectare videtur. Ptilosis juvenis ac foeminae *Tataupae* non satis explorata ulteriore examine indiget.

Nota. Genera *Crypturus*, *Nothura*, *Rhynchotus*, quum sint inter se simillima tum quod corporis ptiloseosque structuram spectat, tum quod universam vivendi rationem: non foret ideo, cur ea in diversa genera secernamus, si nil aliud discriminis inter ea interesset, nisi quod cauda iis sive adsit sive desit. Ita exempli gratia auctorum genus *Menura* penitus jungendum est cum genere *Megapodius*, id quod equidem feci, quanquam illius unica species ab hujus speciebus magnopere differre videtur cauda, quam gerit, permagna, insigni, eleganter formata; quippe nunquam ptiloseos ullo ornamento afferri debet potestve quicquam momenti, quo novum quoddam genus creetur. Persaepe enim tale ornamentum soli speciei adhaeret, vel ubi in pluribus ejusdem generis speciebus occurrit, adhiberi potest ad aptas in eo subdivisiones formandas. Quod et ipsa probatur in ave *Megapodio Menura*, quae pro forma minus concinna pedum subadversorum, magnis unguibus armatorum, pro alarum, rostri, narium forma, pro structura denique ptiloseos in trunco, capite et collo prorsus congruit cum ceteris hujus generis speciebus.

Verum enimvero longe diversa res est in istis tribus generibus recens prolatis. Differunt enim inter se non solum narium forma situque, imo etiam in genere *Rhynchoto* rostri substantia solidior est quam in ceteris et fere cornea, tum quoque rostrum ejus habitu universali vehementer differt ab istorum rostris, quum desit ei cera in basi foveae narium, itidemque

sulcus longitudinalis in maxillae paratonis. Recte igitur fecit *Spixius* — id quod nimis raro ei contigit in conscribendis avibus Brasiliae, — quum genus hoc sejunxit a reliquis duobus; quare ad ipsius memoriam colendam retinui nomen *Rhynchotum*, parum significans, generi huic ab ipso inditum.

Postremo id quoque adnoto, quod genus *Alechthelia* recens creatum a *Lessonio* (Zoolog. du Voy. de la Coquille etc.) profecto sejungendum videtur a genere *Megapodio*, idque ob nares in maxillae basi sitas, quum omnes *Megapodii* species in media maxilla eas gerant. Non recusabo tamen, quin genera haec duo affinitate arctissima, sicuti forte genera *Nothura* et *Crypturus*, inter se juncta esse quis dicat.

GENUS NOTHURA.*

ROSTRUM habitu universali *Crypturi*, per totam longitudinem subarcuatum, in omnibus capite brevius, ratione longitudinis quam in *Crypturis* basi latius, sulco laterali maxillae latiore et profundiore, gonyde distincto, plano, per totam longitudinem aequali latitudine.

NARES laterales *subbasales*, ante *ceroma subgibbosum* sitae, patulae, oblongae.

LINGUA eadem quae *Crypturorum*.

FACIES plumosa, *orbitae superius ciliatae*.

PEDES iidem qui *Crypturorum* sectionis secundae, haluce longiore, mobili sed amoto.

CAUDA *nulla*, ejus loco ossis coccygis et crissi plumae elongatae fasciculum plumarum subconicum, pendulum formantes.

ALAE eadem quae *Crypturorum*, remix prima 2, 3 et 4 omnium longissimis paulo brevior.

PTILOSIS eadem quae *Crypturorum*; plumae anales molles rhachi subtilissima, densae, conico-acuminatae, trunci duplicatae.

*) *Noθος* nothus, spurius, *ovpa* cauda. Germanice: Scheinschweif. *Tinamus Temm.*, *Spix.* *Crypturus Illig.*, *Lichtenst.* *Cryptura Vieill.*

1. *N. Boraquira*. Capitis pilei plumis, dorsi, tergi, uropygii scapularibusque rufescenti-fuscescentibus lituris pluribus transversis nigricantibus et, ut plurimum, fasciola ante apicem latiuscula, nigra, postice rufescenti-marginata, omnibus stria ad latera longitudinali albida marginatis; tectricibus alarum minoribus remigibusque tergo proximis ex pallidissime rufescente albidis fasciis subnumeris, undulatis pallidissime rufescentibus, vermicularibus lineolis nigricantibus marginatis; remigibus omnibus nigricantibus, primariis pogonio externo toto maculis quadratis albo-rufescentibus, secundariis fasciis ejusdem coloris, omnibus intus unicoloribus; alulae pennis ejusdem picturae; gula pure alba; corpore subtus inferius a pectore usque ad crissum fuscescenti-fasciolatum tibiisque unicoloribus albis; plumis colli postici infimi, lateralis et antici totius basi pallidissime rufescentibus, apice albidis macula intermedia oblonga fusco-nigricante, capitis lateralis et nuchae in fundo saturatius rufescente ejusdem picturae, maculis minus numerosis; cauda vera nulla, plumis ejusdem loco positis dorso concoloribus, lateralibus nonnullis maculis nonnullis cordiformibus albidis, nigricanti-cinctis; tectricibus alarum inferioribus albo-rufescentibus numerose nigricanti-undulatis; pectore corporisque inferioris lateribus lineolis nonnullis vermicularibus, transversis, fusco-nigricantibus. *Mas adult.*

Tinamus Boraquira Spix Av. Brasil. t. 79. (*fig. accurata.*)

Foem. adult. Mari simillima, eodem paulo minor.

Rostrum supra pallide fuscum, subtus albidum; nares ante maxillae medium; pedes flavidi unguibus albidis, halluce parvo,

submobili, digitis gracilioribus, plantis laevibus, scutellatis; verticis plumae latiusculae, longiusculae. Longitudo totalis $10\frac{1}{4}$ - $11''$, rostri ab oris angulo (in linea recta) $1''$, tarsi $1'' 5'''$, digiti intermedii cum ungue $1'' 2\frac{1}{2}'''$, alae $5'' 1 - 2'''$. Habitat in *Brasilia*. (*Mus. Monac.*)

2. *N. major*. Alarum tectricibus superioribus e pallide griseo fuscescentibus, quavis macula subtrigona notata, postice fasciola rufescente submarginata; macula altera subsequente (inter plumas latitans) nigricante, postice cum plumae basi cinerascens cohaerente; plumis totius colli ac pectoris impure fuscescenti-rufescentibus, quavis stria intermedia longitudinali nigricante, in utroque latere obsolete albido-marginata; corpore toto subtus tibiisque impure sed saturate rufescentibus, unicoloribus, exceptis lateribus, hypochondriis crissique plumis subobsolete nigro-fasciolatis; gula alba; regione circa aurea et pone mandibulae basin rufescente, subtiliter nigricanti-striolata; capitis pilei plumis, dorsi, tergi, uropygii ossisque coccigis subolivaceo-fuscescentibus, medio pure nigris, litura media transversa plus minusve distincte 8-formi singula et alia apicali vermiculari rufescentibus, cujusvis plumae nigredine linea longitudinali albida marginata; remigibus nigricantibus, primariis extus maculis subquadratis rufescentibus, intus margine fasciis ejusdem coloris, subobsoletis, remigibus secundariis totis alternatim nigricanti- et rufescenti-fasciatis; alarum tectricibus inferioribus rufescentibus, unicoloribus. *Adult.*

Tinamus major Spix Av. Brasil. t. 80. (*fig. accurata.*)

Rostrum supra dilute fuscescens, subtus flavidum; nares

ante maxillae medium; pedes dilute fusci, halluce mediceri, unguibus corneo-fuscis. Longitudo totalis 10¹¹/₈''' , rostri in linea recta ab oris angulo 1¹¹/₁₁''' , tarsi 1¹¹/₈''' , digiti intermedii cum ungue 1³/₁₁''' , alae 4¹¹/₆''' . Habitat in *Brasilia*. Cum specie antecedente et imprimis sequente primo intuitu simillima non confundenda. (*Mus. Monac.*)

3. *N. medius*. Capitis pilei plumis rufescenti-fuscescentibus, medio nigris, raro albo-striatis; capite ad latera ac collo postico rufescenti-fuscescentibus, maculis longitudinalibus nigricantibus obsoletissimis; mento gulaque pure albis; corpore subitus inferius a collo usque ad crissi finem isabellino-rufescente, unicolore, exceptis colli plumis *stria intermedia basali et macula ante apicem punctiformi nigris*, lateribus, hypochondriis crissoque lineolis nonnullis transversis angulosis; *alarum tectricibus superioribus omnibus rufescentibus fasciis laud interruptis, distinctis, medio subangulosis, nigricantibus intersectis*, inferioribus unicoloribus rufescentibus; remigibus primariis cinereo-nigricantibus, pogonio externo flavo-rufescente, lineolis transversis, nigricantibus subuumerose dissectis, intus fasciis rufis, versus apicem rhachin haud attingentibus; remigibus mediis apice toto et pogonio externo nigro dentato-fasciatis, intus unicoloribus, secundariis totis alternatiim rufo et nigricante fasciatis; *plumis dorsi, tergi, uropygii ac ossis coccygis* extus cinereo-fuscescentibus, *intus rufescenti-fuscis lituris intermediis transversis, subdenticulatis et fasciola ante apicem latiore, irregulari, nigris*, omnibus lineis duabus longitudinalibus albidis, colorem rufescenti-fuscum marginantibus. *Nae adult.*

I. Ynambui Azar. Voy. n. 327. Tinamus maculosus Tem-

minck Fig. et Gallin. 3. p. 557 et p. 748. Cryptura fasciata Vieill. N. D. 84. p. 109. Crypturus maculosus Lichtënst. Vög. Verz. S. 68. Tinamus medius Spix Av. Brasil. t. 81. (fig. accurata.)

Foem. Mari similis, eodem paullo minor.

Rostrum (avis vivae) supra fuscescens, subtus albidum; pedes pallide fusci, robusti, unguibus corneo-fuscis; irides laete rufae. Longitudo totalis maris 10¹¹/₄''' (foeminae 9¹¹/₄'''), rostri ab oris angulo in linea recta 1¹¹/₁₁''' , tarsi 1¹¹/₁₁''' , digiti intermedii cum ungue 1¹¹/₁₁''' , alae 4¹¹/₁₀''' . Habitat in *Paraguay* et *Brasilia*; vitae ratio et habitatio *Rhynchoti rufescentis*, per totum annum voce melancholica, parum grata, longisona clamans; caro parum sapida. (*Mus. Paris., Monac.*)

4. *N. minor*. Mento gulaque pure albis; collo et toto corpore subtus pallidissime ochraceo-rufescentibus, unicoloribus, exceptis colli totius plumis *stria longitudinali media, subobsolata fusca, in colli supremi plumis subtilissima, nec non laterum ac hypochondriorum subtilissimis lineis transversis, vermicularibus, nigricantibus, singulis dissectis*; loris, regione ophthalmica ac parotica, genis nuchaque abdominis colore, dilutioribus, atomis nigricantibus conspersis; frontis ac totius capitis pilei plumis rufescentibus, punctulis vermicularibus maculisque pusillis nigricantibus variolosis; plumis dorsi, tergi, uropygii, ossis coccygis scapularibusque rufescentibus linea ut plurimum in uno solum latere longitudinali albida, intus subtiliter nigro-marginata, reliqua parte rufescente lineolis transversis vermicularibus variolosis, earum subapicali caeteris paulo latiore et medio subangulosa, omnium limbo laterali grisescente; remigibus tergo proximis rufescentibus, numerose ac

subtiliter transversim e pallide nigro vermiculato-undulatis, limbo toto griseo, remigibus secundariis rufescentibus, fasciis strictis, subobsoletis, nigricantibus, haud interruptis, primariis nigricantibus, extus maculis subnumerosis, subquadratis, rufescentibus, intus fasciis subobsoletis cum apice rhaches haud attingentibus, rufescentibus, 2 primis intus fere totis unicoloribus nigricantibus. *Adult.*

Tinamus minor Spix Av. Brasil. t. 82. (fig. accurata.)

Rostrum supra dilute fuscescens, subtus flavidum; nares ante rostri medium; pedes flavidi (in exuviis), unguibus albican-
tibus. Longitudo totalis 8'' 2''', rostri ab oris angulo 10''', tarsi 13''', digiti intermedii cum ungue 9''', alae 3'' 10''/2'''. Habitat in *Brasilia*; cum specie praecedente subsimili modo tincta, majore non confundenda. (*Mus. Monac.*)

5. *N. nana*. Parva; corpore subtus inferius a menti initio usque ad crissi finem albo, excepto pectore cum collo postico isabellino-lavato, illo nec non corporis inferioris lateribus striolis transversis olivascenti-fuscescentibus, postice obscurius marginatis, hoc antice striolis nonnullis rufescentibus, postice nigricantibus; verticis plumis nigricantibus atomis nonnullis et limbo subtilissimo albidis, frontis, occipitis et laterum capitis dilute albido-rufescentibus, striolis pusillis nigricantibus notatis; alarum tectricibus superio-

ribus in fundo dilute rufescente maculis obscurius rufescentibus, striolis transversis nigris marginatis; plumis dorsi, tergi uropygii ac ossis coccygis subgriseo-fuscescentibus, basin versus rufescentibus (absque striis albis longitudinalibus), maculis magnis versus apicem, subquadratis, nigris, interdum undulis versus maculae apicem et basin conspicuis transversis, geminis, subtilibus, albis, interstitium magnum medio concolor nigrum relinquentibus obsitis; uropygii ossisque coccygis plumis elongatis, laxis, numerosis, maxima parte sericeo-decompositis; remigibus nigricantibus extus rufescenti-fasciolatis. *Mas adult.*

L' Ynambu carapé Azar. Voy. n. 328. Tinamus nanus Temm. l. c. p. 600. et p. 753. Id. Pl. col. t. 316. (fig. accurata.) Cryptura nana Vieill. l. c. p. 102.

Foem. adult. Mari similis, eodem minor, maculis corporis superioris minoribus undulis rufescentibus; ptilosi magis in colorem rufescentem vergente; ossis coccygis plumis multo brevioribus.

Rostrum (avis vivae) supra fuscum subtus albidum; nares ante rostri medium; pedes dilute olivascentes. Longitudo totalis 6'' (foeminae 5''), tarsi 9''', rostri 6''', plumarum ossis coccygis 2'' (foeminae 1''). Habitat in *Brasilia* et *Paraguaya* solitaria, Octobri et Novembri voce penetrante clamans; ratio vivendi et habitandi prorsus *Nothurae maculosae*. (*Mus. Paris.*)

GENUS RHYNCHOTUS.*

301

ROSTRUM capite paulo longius, latius quam altum, totum corneum, absque ceromate vero, subtiliter arcuatum absque culmine distincto; mandibula latior quam alta, in tota superficie laevigata convexo-depressa absque sulco laterali, mesorhinio et basi plana; tomia integerrima devexa absque margine lineari-prosiliente; apex depressus, latiusculus, rotundatus, acutus; mandibula arcuata, laevis, gonyde toto rotundato applanato, tomis et apice rotundato, acuto integra; gnathidia basin versus subsulcata; myxa dimidiam mandibulae partem longitudine occupans; angulus mentalis acutiusculus plumosus; rostri conformatio interior eadem quae *Crypturorum*.

NARES laterales, subbasales ante sulcum brevem, profundum, ceromatis specie obductum sitae, oblongo-rotundatae, patulae.

LINGUA eadem quae *Crypturorum*.

FACIES plumosa; orbitae supra et subtus ciliatae.

PEDES iidem qui *Crypturorum*, respectu corporis molis validiores; hallux amotus, mobilis, cum unguis apice insistens; planta laevis reticulato-squamosa; acropodia et acrodactyla scutulata.

CAUDA non e rectricibus veris, sed e plumis numerosis, mollibus, longis, latis, scapo rigidiusculo praeditis, rectis, subpendulis, fasciculum formantibus composita.

ALAE eadem quae *Crypturorum*.

PTILOSI eadem quae *Nothurarum*.

*) *Spix* Av. Brasil. p. 60. *Tinamus Temm.*. *Cryptura Vieill.*, *Crypturus Lichtenst.*

1. *Rh. rufescens*. Frontis ac totius pilei capitis plumis longiusculis, numerosis, apice rotundatis, fusco-nigricantibus, rufescenti-limbatis; mento gulaque albis, subtilissime rufescenti-lavatis; capitis lateribus, collo toto pectoreque e pallide testaceo rufescentibus, unicoloribus, exceptis aurium macula et altera pusilla utrinque immediate pone oris angulum e striolis rufescentibus nigricantibusque composita; epigastrio sensim ex rufescente cinerascente, ventre, abdomine et tibiis cinerascantibus, undulis dilutioribus, obsoletissimis, vix conspicuis; abdomine medio crassoque griseo-cinereis, fasciis nonnullis nigricantibus, earum quavis antice albedo-marginata; plumis dorsi, tergi, uropygii, caudae tectricibus superioribus scapularibusque griseo cinereis, quavis fasciis tribus nigris trigonis, latiusculis, antice linea albidula, recta, margine antico nigricanti-limbata terminatis; remigibus tergo proximis alarumque tectricibus superioribus internis eadem pictura, paulo dilutiore, tectricibus reliquis ac superioribus ac inferioribus, remigibusque omnibus laete ac saturate cinnamomeo-rufis, unicoloribus, exceptis tectricibus nonnullis humeralibus et remigibus secundariis a medio usque ad apicem fasciis nigricantibus, subdenticulatis; remigum 2 primariarum rhachi castanea, polita, reliquarum rufa, supra linea intermedia, obsoleta nigricante. *Mas adult.*

L'Ynambu guazu Azar. Voy. n. 326. Tinamus rufescens Tem-

minck Pig. et Gall. 3. p. 55z et 748. Cryptura Guazu Vieill. N. D. 34. p. 103. Crypturus rufescens Lichtenst. Vög. Verzeich. S. 67. Rhynchotus fasciatus Spix Av. Brasil. t. 76c. (fig. accurat.)

Foem. adult. Mari simillima, eodem paullo minor, pilosi parum minus laete tincta.

Juv. Foeminae similis, striarum in dorso pictura obsoletiora.

Rostrum (avis vivae) fusco-coeruleo et pedes robusti cinereo-albicanes, planta reticulato-squamosa, laevi, halluce longiuseculo cum unguis apice extimo insistens; unguibus corneo-fuscis; irides castaneo-fuscae; nares subbasales. Longitudo totalis maris 17'' (foeminae 16-16½''), rostri ab oris angulo 2'' 2''', tarsi 2'' 2''', alae 7½'', digiti intermedii cum ungue 3¼''. Habitat in Brasilia et Paragwaya in campis gramine alto herbisque obsitis, inter gramina celerrime cursitans sed nunquam sponte, imo excitatus vix evolans, luna aut sole orientibus segetes frequentans, voce longisona, tristi et subtremula diu clamans, terrefactus capitis plumas longiuseculas erigens, ova septem nitidissima violacea inter frutices aut gramina pariens, solitarius aut mas cum foemina aliquo spatio remota; caro sapida. Pulli corpus habent supra obscure fuscum, albo-maculatum, subtus dilute fuscum sed plumas omnes subpilosas, subrigidas, pennas alarum vero primarias rufas, caput supra et ad latera nigro-striolatum. (*Mus. Paris., Monac.*),

302

GENUS GRACULA.

ROSTRUM intermedium inter illa *Ptilonorhynchi* et *Pastoris*, capitis longitudine, durum, validum, altius quam latum, rectum, compressum, basin versus subincrassans; maxilla apice extimo emarginato adunca, compressa, laevis, culmine rotundato-compresso sensim arcuato-decurrens, tomis patentiusculis, recta; tomia infra nares laminari-prosiliencia, prope oris angulum subdeducta, fovea compressiuscula utrinque ad basis latera, marginibus obsoletis, membrana subcornea oblecta, plumulis capistri obsita; mandibula maxillae altitudine gnathidiis validissimis, altis, per totam longitudinem compressa, et secundum maxillam flexa, in apicem strictiorem, rectum, vix emarginatum excurrens; tomia integra, acuta, infra maxillae marginem tomiorum posticum prosilientem subarcuata et acie planiuscula exstructa; myxa angusta, compressa; angulus mentalis longus, acutus, plumosus; ciliae et vibrissae nullae.

NARES in foveae apice antico, supra maxillae aciem prosilientem sitae, antrorsum spectantes, ovatae, patulae.

LINGUA.....

PEDES *Ptilonorhynchi*, tarsus digito intermedio paululum longior scutellis margine distinctioribus obsitus; planta maxima parte caligata; hallux basi dilatatus, digitus externus cum intermedio paullo basi-, internus usque ad medium phalangis primae coadunatus; unguis falculae acutae, posticus omnium validissimus, robustus.

CAUDA *Ptilonorhynchi*, brevis, rectricibus 12.

ALAE *Ptilonorhynchi*, remix prima minuta, 2 et 3 pogonio versus apicem sensim angustiore, 4 omnium longissima, 3 et 5 aequales quarta vix breviores.

GRACULA.

PTILOSIS. Plumae cuti peradplicatae, haud numerosissimae, latae, apice rotundatae, margine apicali subtiliter diffractae; capistri plumulae subcrispae, narium foveam obtegentes, sursum et antrorsum versae; (occipitis plumae tomentoso-velutinae). — Corpus crassum, robustum.

1. *G. religiosa*. Capite macula nuda, oblonga, verticali utrinque infra oculos ante aures et lobis duobus separatis in occipite membranaceis, nudis, depressis, liberis, horizontalibus, magnis, margine postico ovato-rotundatis, in lineam nudam ejusdem coloris versus oculorum canthum posticum excurrentibus, flavis; ptilosi corporis totius nitide nigra, excepta fascia remigum primariarum latiuscula, fere media, candida; dorso ac epigastrio violaceo-purpurino, collo infimo, scapularibus, dorso, tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus ac toto ventre viridi-resplendentibus; cauda ac alis absque splendore; occipitis plumis velutino-tomentosis, paulo nitentibus; frontis et striae per capitis superioris medium ductae, longitudinalis plumulis rotundatis, subcrispis, violaceo-resplendentibus; rostro testaceo-aurantio, apice flavido, aut flavo, basi aurantio-rubro, interdum toto flavo. *Mas* (et *Foem.*?) *adult.*

Lesser Minor et greater Minor Edw. t. 17. fig. superior ac inferior. *Mainatus* Brisson. 2. p. 305. t. 48. f. 2. *Le Mainate* Buff. Pl. enl. n. 268. (fig. mediocr.) *Gracula religiosa* Auctor. cum var. β . *Eulab. religios.* Cuv.

Avis junior. Corpore nigro, absque nitore, paulo in fuliginosum vergente; lobis occipitis membranaceis minoribus.

Pedes incarnato-flavescentes; ungues nigricantes basi fuscescentes; cauda brevis fere aequalis; irides fuscae. Longitudo totalis $11\frac{1}{2}$ - $12''$, rostri ab oris angulo constanter $1''5''$, alae (fere in omnibus speciminibus) $6\frac{1}{2}''$, tarsi constanter $1\frac{1}{4}''$, caudae $3\frac{1}{2}''$. Habitat in India orientali ac in insulis adjacentibus, imprimis frequens in Java; mansueta, egregie sibilat et vocem humanam facile imitatur; vicitat

fructibus, vermibus ac insectis. (*Mus. Paris.*, *Monac.* etc. multas vivas vidi.)

Nota. Non credo sexus signis externis ptiloseos distingui posse. — *Mas* foemina paulo major esse rostrumque aurantio-rubro tinctum habere videtur. Septuaginta specimina circiter a me visa ptilosi descripta extracta erant.

Expositio generis Graculae auctorum.

1. *Gracula Atthis* Gmel., *Lath.* (Ind.) *Shaw*, *Quisoala Atthis* Daud. Hujus avis descriptio exhibet *Alcedinem Ispidam* a cl. *Hasselquistio* primo sub nomine *Corvi aegyptii* expositam et, quod mirum est, a *Linnaeo* ipso non recognitam.

Nota. *Gracula Atthis Lathamii* (Synops. 8. p. 128.) spectat ad auctorem *Turdum nitentem*. Vide: *Lamprot. nit.*

2. *Gracula tristis* Lath., *Gracul. gryllivora* Daud. Vide: *Past. trist.*

3. *Gracula Quisoala* Gmel., *Lath.* (exclusa varietate β .) Vide: *Chalcoph. Quisc.*

4. *Gracula Barita* Lath. Synops. 2. p. 460. t. 18. Vide: *Chalcophan. Barit.*

Nota. *Gracula Barita Linnaei* (Syst. Nat. 1. p. 165. n. 4.), *Lathamii* (Ind. p. 191. n. 6.) et *Gmelini* (Syst. Nat. p. 396. n. 4.), corpore subgriseo, humeris coerulesis, remigibus extus viridibus quid sit, nescio. *Linnaeus* et secundum eum auctores nominati citant *Brissonii Icterus nigrum* (Ornith. 2. p. 103.) et *Sloanii* figuram pessimam in operis ejus tabula 257 expressam, sed haec, sicut *Brissonii Icterus*, spectat ad *Chalcophanem virescentem*. (Quaere in generis *Orioli* expositione numerum 10.)

5. *Gracula Sularis* Gmel., *Lath.*, *Turdus mindanensis*

- Gmel., Lath., *Turdus amoenus* Horsf., *Lanius musicus* Raffl., *Lanius Shalaris* Vieill. *)
6. *Gracula longirostra* Gmel. (exclusa varietate β .) — *Turdus atricapillus* — *Turd. brasiliensis* — *Oriolus Japacani* Gmel., Lath. — *Le Merle des Savannes Sonnini*, *Turdus pretensis* Vieill. N. D. 20. p. 286. — *Le Batara à amygdales nues* Azar Voy. n. 219. **)
 7. *Gracula longirostra* Gmel. var. β . *Edle Atzel* Merr. Beytr. 1. t. 2. *Merops niger* Gmel., *Merops fasciculatus* Lath. Vide: *Philed. fasciculatus*.
 8. *Grac. foetida* Gmel., Lath., *Shaw. Gracula nuda* Lath. *Corv. nudus* et *Grac. nudicollis* Shaw., *Coracina gymnodera* Vieill. Vide: *Casmarhynch. nud.* Temm.
 9. *Gracula cristatella* Gmel., Lath. Vide: *Past. cristatell.*
 10. *Gracula scandens* Lath., *Shaw. Gracula cajennensis* Gmel. Vide: *Dendrococcyz. major*.
- *) Constituo ex hac ave genus distinctum *Copsychum* (Κοψυχοσ morula). Ad hoc accedunt species: *Lanius jocosus* (idem qui *Lanius Emerica* Edw. 4. t. 190. fig. e specimine manco.) — *Turdus macrurus* (Levaill. Ois. d'Afr. 3. t. 114.) — *Turdus melanicterus* Vieill. N. D. 20. p. 267. (*Le Merle jaune huppé* Levaill. l. c. t. 117.)
- **) Nomen generis novi, cui, haec avis annumeranda, sit *Cichla* (Κίχλη *Turdus*). Aliae nonnullae adhuc species ad hoc genus accedunt: *Turdus variegatus* Gmel. (*Turdus scolopaceus* *Lichtenst.* Berl. Vög. Verz. S. 39 et *Campylorhynchus scolopaceus* *Spix* Av. Brasil. t. 79. f. 1.; an quoque *Turdus lineatus* auctorum?) — *Turdus Coraya* *Auctor.* (*Sphenura Coraya* *Lichtenst.*, *Campylorhynchus striolatus* *Spix* l. c. t. 79. f. 2.) — *Turdus Alapi*. Nota. Ab hoc genere non recedit multum cl. *Horsfieldii* genus *Brachypteryx*.
11. *Gracula carunculata* Gmel., *Sturn. gallinac.* Lath., *Gracula gallinac.* Daud., *Gracula larvat.* Shaw. Vide: *Past. carunculata*.
 12. *Gracula cyanotis* Lath. Suppl., *Shaw.* Vide: *Philed. cyanot.*
 13. *Gracula picata* Lath. Suppl. Descriptio hujus avis videtur exhibere speciem e genere *Philedone* (*Philemon picat.* Vieill.)
 14. *Grac. melanocephala* Lath. Suppl. Vide: *Manorhin. Melanocephal.*
 15. *Gracula viridis* Lath. Suppl. Vide: *Oriol. virid.*
 16. *Grac. Jeterops* Lath. Suppl. Descriptio exhibet avem a me nondum visam, verisimile *Philedonis* speciem. (*Philemon Icterops* Vieill.)
 17. *Gracula calva* Gmel., Lath. Vide: *Past. calv.*
 18. *Gracula sturnina* Gmel., Lath. Vide: *Past. sturnin.*
 19. *Gracula Quiscalca* Lath. var. β . et *Gracula ferruginea* *Wils.* Vide: *Chalcoph. nig.*
 20. *Gracula viresc.* *Shawii* (sed non *Gmelini*). Vide: *Sturn. carunculata*.
 21. *Gracula strepera* *Shaw.* Vide: *Barit. strep.*
 22. *Gracula varia* *Shaw.* Vide: *Barit. var.*
 23. *Gracula picoides* *Shaw.* Vide: *Dendrococcyz. Picus.*
 24. *Gracula melanoptera* *Daud.* Vide: *Past. melanopter.*
 25. *Grac. grisea* *Daud., Shaw.* Vide: *Past. gris.*
 26. *Gracula glauca* *Sparrm.* *Mus. Carls.* t. 54. Vide: *Tanagr. Episcop.*
 27. *Gracula abyssinica* *Lath.* Suppl. An auctorum *Turd. Chrysogaster*?
 28. *Gracula pagodarum* *Daud., Shaw.* Vide: *Past. pagodar.*
Nota. Praeter *Graculam religiosam* reliquae species a cl. *Lichtensteinio* huic generi annumeratae spectant ad genus *Pastorem*. (*Herl. Abhandlung.* 1816.)

GENUS PTILONORHYNCHUS.*

ROSTRUM subcorvinum, crassiusculum, durum, robustum, laeve, breve, fere capitis longitudine; maxilla convexo-trigona, leniter curvata, in apicem indistinctum, lateraliter emarginatum, subtiliter aduncum desinens, versus basin paullo incrassans, paratonis laevissima, integerrima, culminis compressi acie laevissima, rotundata, tomis patentiusculis, acutis integra; narium fovea magna, perimpressa, antice obovata, membrana expleta capistri plumis brevissimis, numerosis obtecta; mandibula quam maxilla tertia parte minus alta, recta, laevis, gnathidii compressiuscula; myxa longa, basi dilatata, per totam fere longitudinem depresso-convexa, apice extimo emarginato compressiuscula, laevissima; tomia integra, recta, versus oris angulum et versus apicem subdeorsum inclinata; nec ciliae nec vibrissae; menti angulus mediocris, obtusus, plumosus; palatum acie prosiliente unica, longitudinali, media.

NARES subbasales, laterales, in maxillae foveae basalis apice antico sitae, rotundatae, majusculae, plumulis capistri sursum et antrorsum versis obtectae.

LINGUA.....

PEDES ambulatorii, tetradactyli, congrui, robusti; tarsus elongatus digito intermedio (excluso ungue) multo longior, compressiusculus, scutellis laevibus obsitus, planta caligata; digiti scutati, omnes inaequales, posticus omnium validissimus, basi dilatatus, internus externo paullo brevior, totus liber, internus cum intermedio fere usque ad apicem phalangis primae conjunctus, intermedius omnium lon-

*) *Kuhl* Beiträge zur Zoologie. S. 150., *Temm.* Man. d'Ornith. 1. p. 53. — *Pyrrhocorax Vieill.*

PTILONORHYNCHUS.

gissimus; ungues falculae acutissimae, majusculae, percompressae, hic digiti postici omnium maximus.

CAUDA brevis, aequalis, recta, plana, rectricibus 12 latiusculis.

ALAE mediocres, obtusiusculae, caudae medium fere attingentes; remiges 4 et 5 omnium longissimae, 3 et 6 aequales illis vix, 1 et 2 inaequales hisce multo breviores.

PTILOSIS. Plumae undique cuti adplicatusculae, corvinae, pogoniis subtiliter diffractis, radiis interdum subsericeis. — Corpus crassum, robustum.

1. *Pt. holosericeus*. Ptilosi tota splendidissime nigro-chalybea, polita, unicolore, exceptis cauda alisque pure nigris, remigibus secundariis margine apicali et tectricibus alarum majoribus margine externo chalybeo-resplendentibus; pluma trunci quavis medio nigra, basi grisea; alarum tectricibus inferioribus nigricantibus, marginibus chalybeo-nitentibus; rostro flavido, maxilla circa nares, mandibula a basi ultra medium plumbeis. *Mas* (et *Foem.*?) *adult.*

Pyrrhocorax violaceus Vieill. N. D. 6. p. 569. *Id.* Encycl. meth. 1823. p. 896. (*Description non satis accurata.*) *Ptilonorhynchus holosericeus* *Huhl* Beitr. zur Zool. S. 150.

Narium plumulae numerosae, apice abscisulae, laterales subelevato-protuberantes, reliquae planae; plumae totius trunci apice discretae, sericeae, trunco applicatiusculae; pedes (in exuviis) albido-flavidi, unguibus pallide corneo-fuscis. Longitudo totalis 13", rostri ab oris angulo 1" 3/4", tarsi 1" 9", digiti intermedii, excluso ungue, 14/4", alae 6" 2", caudae aequalis 4" 5", latitudo rectricum 11"; remiges primariae secundariarum primarum apices 10" excedunt. Habitat in *Nova-Hollandia*. (*Mus. Paris., Soc. Linn. Londin., collect. Doct. Sieber, Sturm, mea.*)

2. *Pt. squamulosus*. Capite toto supra, collo postico, dorso, tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus scapularibusque sordide viridibus, pro vario ad lucem objectu nonnihil in glaucum vergentibus; remigibus ex pallidissime olivaceo dilute fusciscentibus, iutus nigris, limbo basin versus latiore flavido; tectricibus alarum inferioribus flavis, minoribus anticis virescenti-marginatis, posticis majoribus macula nigra

terminatis, unde fasciam parvam, arcuatam formantibus; tectricibus supra toto remigum pogoniis externis concoloribus, subtus nonnihil in flavido-olivaceum vergentibus rhachi flava; corpore subtus inferius a menti initio usque ad crissi finem albido-flavido, pluma quavis obscure et sordide virescenti-marginata; hypochondriorum plumis laetius viridi-fasciatis; marginibus plumarum in collo antico magis magisque evanidis, in gula utpuriimum evanidis; capitis lateribus olivascentibus longitudinaliter albido-striolatis; alarum tectricibus superioribus majoribus ac remigibus tergo proximis fusciscentibus, olivascenti-limbatis, margine apicali albido. *Mas* (et *Foem.*?) *adult.*

Corvus squamulosus Illig. in lit. — *Ptilonorhynchus holosericeus* junior *Huhl* l. c.

Rostrum obscure corneo-fuscum; pedes (in exuviis) rufescentes, unguibus corneo-fuscis; narium plumae omnes planae, laterales sursum ascendentes. Longitudo totalis 13", rostri ab oris angulo 1 1/4", tarsi 1" 7/8", digiti intermedii, excluso ungue, 1" 1/2", alae 5" 11", caudae aequalis 4 3/4"; remiges primariae secundariarum primarum apices 1 1/4" excedunt; latitudo rectricum 7". Habitat in *Nova-Hollandia* satis frequens. (*Mus. Paris., Societ. Linn. Londin. collect. Doct. Sieber, dom. Sturm, mea.*)

Nota. Omnes fere ornithologi hanc avem pro foemina aut juvene speciei praecedentis habent, at prorsus differt ab ea non solum respectu mensurae partium nonnullarum corporis, sed imprimis quoque ptiloseos non sericeae structurae. Foeminam a mare characteribus externis non distinguendam esse puto. Vidi tredecim specimina, omnia

PTILONORHYNCHUS.

ptilosi simili modo picta praedita. Specimen a cl. *Kuhl* in Museo Lugdunensi Bat. observatum in corporis parte inferiore absque plumarum marginibus obscurioribus vix huc spectat.

3. *Pt. viridis*. Capite, collo, dorso, alis ac cauda obscure psittacino-viridibus; corpore inferiore illis partibus dilutiore pluma quavis versus apicem macula magna rhomboidali, albida notata rhachique splendide alba; maculis versus collum approximationioribus sensimque ibi-

dem evanidis; partibus ventris posticis flavidis, viridi-mixtis; remigibus extus apice macula alba notatis versus ultimas sensim angustiore et limbi speciem formante; retractoribus intus griseis nitore nonnullo virescente, apice albis. *Mas et Foem. adult.*

Rostrum dilute corneum; pedes cinereo-fusci. Longitudo totalis $11\frac{1}{4}''$, alae $5'' 1'''$, rostri ab oris angulo $1''$, ejusdem altitudo prope basin $7'''$. Habitat in *Nova-Hollandia*. (*Mus. Paris., Soc. Linn. Londin., dom. Sturm., Doct. Sieber.*)

G E N U S C O R V U S . *

R O S T R U M capite longius aut vix brevius, cultratum, crassiusculum aut gracilius, validum, rectum, rarius incurvum, corneum, durum, laeve; maxilla hinc mandibula paullo longior, illis cum hac aequali longitudine, omnibus culmine rotundato-compresso, integro, laevi versus apicem plus minusve arcuato-decurrens, apice, saepius emarginato, subtilissime aut vix adunca, paratonis integerrimis, laevibus hinc compressiuscula, illis subconvexa, mesorhinio nonnullis planiuscula, aliis ibi cum reliqua culminis parte aequalis, tomis patentiusculis, attamen margine infimo intractis, rectis integerrima; palatum in omnibus quinque aciebus longitudinalibus, plus minusve eminentibus, rectis, acutis; mandibula recta, aut rectiuscula, intus medio acie longitudinali prosiliente, gonyde ascendens, gnathidiis compressa, tomis integerrima; myxa longa culmine laevi convexo-compressa; angulus mentalis medioeris, regulariter triangularis; pili rigidi ante oculos et supra oris angulum; plumae subpilosae utrinque ad mandibulae basin.

N A R E S basales in foveae majusculae lateralis membrana subdura expletae apice antico sitae, rotundae, plumis piliformibus, numerosis, rigidis plus minusve obtectae.

L I N G U A medioeris, cartilaginea, plana, canaliculata, acuta, apice fissa, aut apice medio excisa et in utroque apice fimbriato-fissa.

P E D E S ambulatorii, mediocres, congrui; tarsus digito intermedio multo longior; digiti omnes liberi; externus, basi vix coadunatus, interni et postici fere longitudine; hypodactyla callosa, verruculosa; acrotarsia aut scutulata aut vix caligata; acrodactyla scutulata; planta caligata; ungues validiusculi, acuti, compressi, arcuati, majusculi.

C A U D A medioeris, aequalis aut subaequalis, plana, reetricibus 12 latis, rectis, apice rotundatis.

*) *Linn.*, *Briss.*, *Gmel.*, *Lath.* et auctor. recentior. — *Coracia* *Briss.*, *Vieill.* — *Pyrhocorax* *Cuv.*, *Temm.*, *Vieill.* — *Fregilus* *Cuv.*

ALAE longiusculae, acutiusculae, caudae apicem fere attingentes aut excedentes; remix prima parva, pogonio interno in medio subsinuata, remiges 3 et 4 omnium longissimae, secunda his paullo brevior.

PTILOSIS plurimis nigra, plus minusve nitens, raro in singulis partibus alba, cinerea aut fusca; plumae colli postici plurimis numerosae, longiusculae, diffractae, subsericeae, raro apice rotundatae et subdensae, colli antici his incumbentes, lanceolatae, densae, duriores, illis molliores, subdiffractae, incumbentiussculae; dorsi plumae omnibus ac alarum tectrices densae, apice rotundatae, incumbentes, trunci inferioris in his ejusdem structurae, in illis subdiffractae, omnibus ibi plus minusve, capitis omnibus incumbentes.

C O R V U S.

* *Rostro cultrato valido, recto, maxilla subdeorsum curvata.*

1. *C. Corax.* Magnus, *Corone* tertia parte major, niger unicolor, collo antico, capite supra, dorso, scapularibus tectricibusque minoribus chalybeo-nitentibus; alis pro vario ad lucem objectu nonnihil purpurino-fuliginoso relucetibus; colli antici plumis densis subulato-lanceolatis; integris; trunci ptilosi basi grisea; cauda apice rotundata; rostro validissimo culmine continuo apice adunco. *Mas adult.*

Corvus Corax Auctor.
Naum. Vög. t. 1. f. 1. Wils.
9. t. 75. f. 3.

Foem. adult. Mare simili paulo minor.

Juv. Adulto similis, ptilosi obscure fuliginoso-nigra, nitore nonnullo purpurino.

Varietas. α. Pure albus aut flavido-albus. (*Corvus Corax* var. *γ. Gmel., Lath.*) *β.* *Isabellinus* in colorem vulpinum vergens.

Ptiloseos rostrique apice vix emarginati structura eadem quae *Corones*; hoc, pedes unguesque nigri; irides fusco-nigrae; alarum apices caudae medium multo excedentes. Longitudo totalis 2', alae 15'', caudae 9'', digiti intermedii, excluso ungue, 1½'', tarsi 2¼'', rostri ab oris angulo 2'' 7½''', ejus ambitus prope basin 3½'', in medio 2½''. Habitat per totam *Europam* in montosis, raro hieme locos apertos petens, in *Islandia* in rupibus ad maritima, in *Sibiria*, *Tataria*, et ad aquas in *América* septentrionali ad *Camtschatcam* usque, solitarius aut cum foemina, raro gregibus parvis; coit sub exitu mensis Martii, in rupibus, arboribus altis nidificans, ova 3-6 sordide viridia striolis maculisque fuscis conspersa pariens; vicitat mammalibus parvis, avibus, amphibis, piscibus, molluscis, cadaveribus

fructibusque; vox profundissima, copulae tempore harmonica *clong-long.*

Nota. Haec species nec in *India* nec in *Africa* meridionali reperitur. *Rafflesii Corvus Corax* sumatranus est species distincta. (*Corvus Macrorhynch.*) — Auctorum varietas *δ Coracis* spectat ad *Corv. leucomel.*, eorumdem varietas *β* descriptione quadam miserabili nixa ex avium systemate prorsus releganda. *Corv. clerici* icon non hujus speciei sed manifeste *Corvi frugilegi* monstrat varietatem.

2. *C. major: Coraci* simillimus, diversus ab eo: statura majore, rostro altiore, curvatiore, ptilosi tota pure nigra, alis et cauda nitidis, hac fere aequali. *Mas adult.*

Le grand Corbeau Levaill.
Ois. d'Afr. 2. p. 8. t. 51. Corvus major Vieill. N. D. 8. p. 27. Id. Encycl. meth. 1823. p. 877.

Foem. Mare simili paulo minor.

Rostrum, pedes unguesque nigri; irides obscure fuscae. Habitat ad *Caput bonae spei* locis montosis gregibus parvis; ratio vivendi *Coracis*; nidificat inter rupes, ova, ut dicitur, 4-5 sordide viridia, fusco-maculata pariens. *Levaill.*

3. *C. Macrorhynchos.* Habitu et magnitudine *Coracem* inter et *Coronem* intermedius, rostri structura *Coracis*, unicolor niger; plumis trunci basi albis, dorso, alis ac cauda nitore nonnullo chalybeo, in dorso praedominante.

(*Dampier Voy. 5. p. 81. Variable Crow Lath. Suppl. 2. p. 117. n. 21. Corvus Corax Raffl. Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 300.*) *Corvus Macrorhynchos Temm. in Mus. Lugd.*

Longitudo totalis 21'', rostri percrassi solius ab oris angulo

CORVUS.

2'' 4 $\frac{1}{2}$ ''', alae 13 $\frac{1}{4}$ ''', caudae 7'' 9''', tarsi 2'' 5'''. Habitat in *Nova-Hollandia*, *Nova-Guinea*, et in insulis *Sumatra* et *Java*, a *Corace* simili plumarum basi alba etc. facile distinguendus. (*Collect. Doct. Sieber, dom. Sturm.*)

Nota. Descriptio *Lathamii* hujus avis loco citato, e pictura hausta, in hanc speciem quadrat, sed altera in ejusdem indice spectanda (Suppl. p. 25. n. 4. *Corv. versicol.*) ab illa in Synopsi data undique differt et interim ab avium systemate amoveatur.

4. *C. leucomelas.* Capite toto, collo postico supremo ac toto antico, epigastrio, ventre, lateribus et alis supra et subtus totis candidis; tibiis, collo postico inferiore (unde fascia pectoris larga) dorso, tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus, scapularibus crissoque splendide nigris, hoc paulo albo-variegato; reetricibus duabus intermediis albis, reliquis longitudinaliter leucomelanis; plumis totius trunci basi griseis. *Mas* et *Foem. adult.*

Corvus ferroensis ex albo et nigro mixtus Brunnich. Ornith. bor. p. 8. *Corvus Corax* var. ♂. *Gmel.* *Corvus leucophaeus Vieill.* N. D. 8. p. 27. (*Descript. opt.*)

Var. *α.* Praecedenti simillimus, excepto capite et collo nec non alarum tectricibus superioribus maculis nonnullis nigris variegatis.

Corvus borealis albus Brisson. 6. Suppl. p. 33. t. 2. f. 1. *Corv. Corax* var. ♂. *Lath.*

Rostri et totius corporis habitus prorsus *Coracis*; plumae gulae ac colli antichi ut in illo longiusculae, lanceolatae; alae caudae apicem attingentes; rostrum nigrum apice extimo albidum; narium plumae, hypodactyla unguesque candicantia; cauda aequalis; irides fusco-nigrae. Longitudo totalis 2', rostri solius ab oris angulo 3'' 1''', tarsi 2'' 3''', digiti intermedii

cum ungue 2'' 5''', caudae 8 $\frac{1}{2}$ '''. Habitat in *Ferroensi* insula, in montibus nidificans et quatuor aut quinque ova pariens, audax, mammalia, imo oves appetens. Species distinctissima et neutiquam praecedentis varietas. (*Mus. Paris.*)

5. *C. albicollis.* Rostro valido, compresso, altissimo, nigro, apice extimo albo; maxilla galeae cristae instar curvata; capite, alis, cauda, collo reliquisque corporis partibus nigris, excepta macula cervicis magna pure alba, subconspicue in forma fasciae infra pectoris plumas extensa; gulae ac colli antichi plumis in fuliginosum vergentibus, lanceolatis. *Mas* et *Foem. adult.*

Corvus albicollis Lath., Vieill. *Corvus cafer Lichtens.* Catal. Hamb. p. 9. n. 93. *Meyer Zool. Annal.* 1. S. 141. *Bechst. in Lath. Uebers.* S. 117. *Le Corbivau Levaill.* Ois. d'Afr. 2. p. 5. t. 50. (*fig. accurata.*) *Corvus vulturinus Shaw Gen. Zool.*

Foem. adult. Mari paulo majori similis, macula colli quam in illo minore, nigredine minus saturata.

Juv. Ptilosi fuliginoso-nigricante; macula colli plus minusve magna, minus pure alba.

Cauda fere aequalis; pedes nigri; ungues nigricantes apice in corneo-fuscum vergentes; alae acutae caudae apicem excedentes; irides fuscae. Longitudo totalis 20 $\frac{1}{2}$ ''', rostri solius ab oris angulo 2'' 4 $\frac{1}{4}$ ''', alae 12 $\frac{3}{4}$ ''', caudae 6 $\frac{3}{4}$ ''', tarsi 2 $\frac{1}{2}$ ''', altitudo rostri in medio 1'' 2'''. Habitat in *Africa* meridionali, satis frequens in Capite bonae spei et in terra Caffrorum, haud migratorius, gregarius, vorax, immundus, cum *Corvo scapulato* consociatus cadavera imprimis, imo animalia viva appetens, iisque primum oculos evellens, mammalium magnorum dorso insidens et ea per magna spatia concomitans; volatus altus, rapidus, vox rauca, sonora *Coracis*; nidificat Octobri in fru-

ticetis altis aut in arboribus, nidum magnum e virgulis struens, intus rebus mollibus stratum, ova quatuor virescentia, fusco-maculata pariens. (*Mus. Paris., Monac.*)

6. *C. Corone*. Unicolor niger, scapularibus, alarum tectricibus superioribus, cauda supra et collo antico nitore nonnullo chalybeo, reliquis partibus pure nigris, subnitentibus, remigibus nonnihil fuliginoso-relucentibus dorsique plumis in certa luce obscurius marginatis; plumis trunci basi albo-canescentibus colli antichi lanceolatis, integris, capitis vix discretis; rostro robusto, subulato-conico. *Mas adult.*

Le Corbeau Buff. Pl. enl. n. 495. (*fig. accurata.*) *Corvus Corone Auctor.* (*exclusa tabula Buffoniana 483.*) *N a u m.* Vög. t. 1. f. 2.

Foem. Mare simillimo paulo minor.

Juv. et Pull. Foeminae similis, ptilosi absque nitore aut vix ullo.

Var. α . Totus albus (*Gmel.* var. γ , *Lath.* var. δ . *Stor.* deg. ucc. 2. t. 141. et t. 142.) β . Albo nigroque varius. (*Frisch* Vög. t. 66.) γ . Capite et corpore toto supra et subtus cinereo-fuscis, vertice dilutiore; alis ac cauda sordide albo-cinereis, tectricibus alarum minoribus fuscescentibus; remigum rhachi fusco-nigra; rostro pedibusque nigris. (Interfeci talem varietatem pulchram prope Monachium, ibidem aliam rostro apice cruciatis.) δ . Albus, plus minusve flavido-aut fuscescenti-variegatus. ϵ . Niger, torque cinereo, aut niger abdomine cinereo. (Var. hybrid.)

Rostrum, pedes unguesque nigri, hoc apice vix conspicue emarginatum; cauda fere aequalis, reetricibus subtrigono-rotundatis; irides fusco-nigrae. Longitudo totalis 18'', alae caudae apicem haud attingentis 11 $\frac{3}{4}$ '', tarsi 2'' 2'', caudae 6 $\frac{3}{4}$ '', digiti intermedij, excluso ungue, 1 $\frac{1}{4}$ '',

rostri ab oris angulo 2'' 2'', ejus ambitus prope basin 2'' 5'', in medio 1'' 9''. Habitat per totam *Europam* occidentalem, frequentissimus ad *Sibiri*am usque, minus frequens in regionibus hujus terrae orientalibus, in *Islandia* rarus, frequens in *Madera*; nidificat in sylvis in quercubus, fagis aut pinis per paria, ova 4-6 coerulescenti-viridia, maculis parvis majoribusque olivaceo-fuscis conspersa pariens; non migrat; coit non raro cum *Cornice*, unde numerosae varietates; frequentat agros, sylvas ac maritima; victitat fructibus et seminibus, muribus, avibus parvis earumque ovis, cancris, piscibus ac conchis.

Nota. Corvi a cl. *Forsterii* in *Nova-Caledonia*, ab aliis iter facientibus in *Nova-Hollandia*, *Nova-Guinea* et in insulis *Philippinis* observati, ut plurimum sub nomine „*Gemeine Krähe*“ indicati, non huc sed ad *Corvum Enca* aut *Macrorhynchum* spectant. In *Africa* non reperitur haec species. *Wilsonii* *Corvus Corone* (*Americ. Ornith.* 4. p. 79. t. 35. f. 3. *fig. opt.*) a cl. *Temminckio* citatus, sane simillimus, attamen species distincta esse videtur. Vidi solum unicum exemplar hujus avis e *Virginia* allatum, male conservatum. Ptilosis ejusdem magis in colorem chalybeo-nigrum purpurino-resplendentem vergebat, et rectrices quam in *Corone* obtusiores erant. Magnitudine ab eo non differebat. Dicit ipse cl. *Wilson* vocem ab illa *Corones* quodammodo discrepare et nonnihil latratum parvi canis avicularii aemulari. Irides autor hic obscure avellaneas esse ait. Ovorum pictura eadem quae *Corones*. — *Buffonii* icon in tabula 483 spectanda ab auctoribus citata spectat potius, respectu ptiloseos picturae, ad specimen adultum, capistri/ptilosi praeditum, *Corvi frugilegi*,

tabula Buffoniana porro hic citata manifeste ad *Coronem*.

7. *C. Cornix*. Collo, trunco toto supra et subtus cinereo-griseis; capite toto, gula, alis ac cauda chalybeo-nigris, unicoloribus; gulae nigredine in acumen desinente; colli antici plumis lanceolatis integris; cauda rotundata rectricibus rotundatis. *Mas adult.*

Corneille mantelée Buff. Pl. enl. n. 76. *Corvus Cornix Auctor. Naum.* Vög. t. 2. f. 4.

Foem. adult. Mari paulo majori similis, nigredinis acumine in collo antico brevior.

Var. α . Totus albus. β . Trunco supra et subtus albo, reliquis partibus griseo-cinereis. γ . Albo nigroque varius. δ . Niger, capite cinereo. ϵ . Niger, dorso supremo cinereo. ζ . Niger, collo, trunco supra et subtus pallidioribus aut fuliginosis. η . (*Varietas hybrida.*) Totus niger, fascia latissima colli pectorisque cinerea, plus minusve nigro-variegata. (Interfeci tale exemplum prope Monachium Februario). θ . (*Var. hybr.*) Niger, ventre cinereo.

Rostrum, pedes unguesque nigri, hoc ut in *Corone* formatum, culmine compressius, apice curvato, emarginato acutius; ptiloseos structura capitatis *Coronae*; irides obscure fuscae; alae caudae apicem haud attingentes. Longitudo totalis 18½", alae 11¾", caudae 7" 7", tarsi 1" 8", digiti intermedii, excluso ungue, 1" ¼", rostri ab oris angulo 1" 11". Habitat in *Europae* regionibus orientalibus, hieme occidentalibus (in ultimo dictis regionibus interdum aestate, tumque cum *Corone* nidificat et coit), in *Islandia* rarus, frequens in *Sibiria*, locis cultiyatis, ad sylvarum margines aut ad maritima, ut plurimum cum *Corone* consociatus; nutritus ejusdem; nidificat in arboribus locis fruticosis ova 4-6 dilute viridia maculis striolisque obscure griseo-fuscis insignia pariens.

Nota. Sub exitu mensis Junii interfeci, haud procul a Norimberga, unico ictu exemplar virile hujus speciei cum alio foeminino *Corones* quae circa nidum ab ipsis structum volitabant. Ova nondum peperat *Corone* sed eum disseccans duo inveni nondum perfecta. *Cornicem* cum *Corone* nidificantem observavit quoque dom. Koch (*Bayerisch. Zool. p. 433.*), ei vero nemo crederet marem hujus speciei in toto corpore nigro esse.

8. *C. scapulatus*. Collo inferiore, pectore, epigastrio ac lateribus splendide albis; collo supremo ac toto capite, alis, cauda reliquisque corporis partibus nigerimis nitore chalybeo; gulae nigredine in acumen desinente. *Mas adult.*

Corneille du Sénégal Buff. Pl. enl. n. 327. (*fig. mediocr.*) *Corneille à scapulaire blanc Levaill.* Ois. d'Afr. 2. p. 12. t. 53. (*fig. opt.*) *Corvus scapulatus Daud.*

Foem. Mare simillimo paulo minor, colli pectorisque albedine minus pura.

Rostrum robustissimum, altum, fere illi *Corvi albicollis* simile pedesque nigri; irides avellaneo-fuscae; colli antici gulaeque plumae ut in *Corvo albicollis* lanceolatae. Longitudo totalis 17½", alae 11" 11", caudae 7", tarsi 2" 3", rostri ab oris angulo 2" 5", ejus altitudo in medio 7". Habitat in *Africa* meridionali ac septentrionali, frequens in Capite bonae spei, terra Namaquorum ac Caffrorum, Senegambia, Abyssinia ac Nubia, locis primo dictis ut plurimum cum *Corvo albicollis* consociatus et ejusdem instar mammalium magnorum dorso libenter insidens, circa pagos, oppida, familiaris, in arboribus aut in fruticibus nidificans et ova 5-6 pallide viridia, fusco-maculata pariens. (*Mus. Paris., collect. dom. Sturm etc.*)

Nota. *Corvus capitalis* (auc-

torum *Corv. dauuric.*) ab auctoribus cum hac specie unitus, simili modo pictus sed solum *Monedulae* magnitudine neutiquam huc spectare potest.

9. *C. frugilegus*. Alis, cauda, collo, capite, trunco supra et subtus chalybeo-nigris, unicoloribus, undique nitore laetissimo purpurino resplendentibus, solum remigibus reatricibusque vix purpurinis; collo antico plumis lanceolatis, densis nullis, omnibus margine discretis, gulae laceris rigidiusculis, capitis totius brevibus, discretis, incumbentibus, sicut colli subsericeis; narium plumis numerosissimis; rostro capite parvo longiore, rectiusculo, *Corones* eo gracilior (basi in plurimis specimenibus adultis cute calva, cinereo-albida cincto). *Mus et Foem. adult.*

La Corneille Buff. Pl. enl. n. 483. (*specim. capistri ptilosi adhuc praeditum.*) *Le Freux Buff.* Pl. enl. n. 484. (*Specimen capistro calvo.*) *Corvus frugilegus Auctor., Naum.* Vög. t. 3. f. 5.

Juv. Adulto similis capistro naribusque totis aut ex parte plumosis, ptilosi minus purpurino nitente.

Naum. l. c. f. 6.

Var. *α*. Capite, collo et interscapulis purpurino-nigris; mento et gula albis; reliquis corporis partibus fuliginosis. (*Corv. clericus Sparrm.* Mus. Carls. t. 2. (*fig. bona, ab omnibus senioribus auctoribus false explicata*) *Gmel.* *Corv. Corone* var. *β*. *Lath.* *Corv. Corax* var. *Wolf, Temm.*) *β*. Totus albus; rostro pedibusque albidis. (*Mus. Monac.*) *γ*. Ptilosi ordinaria, rostri apice cruciata. (*Olim in Museo Monacensi.*) *δ*. Albo-nigroque varius. *ε*. Totus fuscus. *ζ*. Griseo-albus, rostro pedibusque nigricantibus. *η*. Albus, iridibus, rostro pedibusque incarnatis. *θ*. Albus, macula aurium fusca; pedibus flavidis, rostro albedo. (*Mus. Monac.*)

Rostrum, pedes et ungues nigri; maxillae apex emarginatus et tomia versus medium subinclinata; ungues quam in *Corone* minus arcuati, graciliores; alae acutae caudae apicem attingentes; retrices obtusae; cauda fere aequalis; irides obscure fuscae. Longitudo totalis 17'', alae 11'', caudae 6'' 2''', tarsi 2'', digiti intermedii, excluso ungue, 1'' 2''', rostri ab oris angulo 2'' 5'' 1/2''', ejus ambitus prope basin 2'' 5''', in medio 1 3/4''. Habitat per totam *Europam*, in multis regionibus rarissimus hieme, in nonnullis nunquam, in *Sibiria* et *Tataria*, imprimis frequens in Germania hiemis tempore, tumque in viis publicis gregibus parvis cum *Corone* aut *Pica* consociatus, caeterum in agris et locis apertis sylvis confinibus; nidificat (in *Bavaria* quoque) in sylvis gregarius; interdum septem aut octo nidi in una eademque arbore conspiciendi; parit ova 3-5 dilute viridia, maculis magnis cinereo-caesiis ac obscure fuscis obsita; nutritus *Corones*.

Nota. Juvenes non soli, saepe numero adulti quoque (ex lege naturali semper) capistro plumosi sunt. Interfeci adultos copulae tempore naribus, mento et circa rostri basin ptilosi praeditos, alios hisce partibus irregulariter singulis plumis, integris aut ex parte detritis munitos. Haec capitis calvities neutiquam speciei character *naturalis*, humi potius indole, quem crebro eradit haec avis, plus minusve efficitur. Narium plumae, ubi adsunt, quam in *Corone* numerosiores, longiores. In *Bavariae* regionibus, Alpibus confinibus, hieme solum conspicitur; prope *Norimbergam*, ubi nidificat, eam omni anni tempore interfeci.

10. *C. macropterus*. Habitu rostri et totius corporis *magnitudineque* universaliter prorsus *Corvi frugilegi*, sed eodem multo major, diversus praeterea: ro-

stro longiore, validiore, alis longioribus caudae apicem attingentibus, apice fuscescentibus, plumis colli antichi lanceolatis apice excisulis, cauda rotundata, ptilosi tota nigerrima *aeneo-virescente* resplendente, unicolore. *Mas adult.*

La Corneille du Cap. Levaill. Ois. d'Afr. 2. p. 10. t. 52. (fig. opt.) Corvus capensis Lichtenst. Berl. Vög. Verz. S. 20. (Descript. opt.)

Foem. Mare simili paulo minor.

Cauda apice rotundata; rectrices apice acuminato-rotundatae; mentum plumosum; irides obscure fuscae. Longitudo totalis 1' 9", caudae 6" 7", alae 1' 4", rostri ab oris angulo 2" 7", a fronte 2" 5", tarsi 2" 7", digiti intermedii, excluso ungue, 1" 8", altitudo rostri 8", latitudo 7". Habitat in *Africa meridionali*, frequens in Capite bonae spei locis cultivatis, cadaveribus, insectis vermibusque victitans, in arboribus aut in rupibus nidificans.

11. *C. Enca.* Habitu *Corvi frugilegi*, unicolor niger, dorso toto, alis ac cauda supra in nitorem violaceum vergentibus; capite, collo et toto corpore subtus parum nitentibus; regione infra oculos paulo-, et macula pone eos subtriquetra nudis; menti plumis brevibus, discretis, piloso-rigidiusculis; rostro valido, basi lato, dein versus apicem compressiusculo, prope nares et basin perimpresso, in mesorhinio subgaleato-elevato, versus frontem perdevexo. *Mas et Foem. adult.*

Corvus australis Lath. n. 2. Gmel. n. 21. Fregilus Enca Horsf. Transact. of the Linn. Soc. 13. p. 164.

Alae caudae medium multo excedentes, acutae; rostrum, pedes unguisque nigri; regionis ophthalmicae pars nuda nigricans; caput respectu rostri et trunci molis ut in *Corvo frugilego* parvum plumisque subsericeis obsitum; structura plu-

marum capitis et colli supremi ut in dicta ave; cauda medio-cris rotundata. Longitudo totalis 18½" (maris, foemina hoc paulo minor), tarsi 2¾", rostri ab oris angulo 2½", caudae 7" 5", alae 11½"; ambitus circa rostri basin 2¾", ante nares 2" 2". Habitat satis frequens in *insulis Philippinis* ac *Amicis*, *Javanis Enca.* (*Mus. Paris., Lugd., Monac.*)

12. *C. ossifragus.* Corporis totius rostrique habitu *Corvum frugilegum* inter et *Coronem* intermedius, unicolor niger, chalybeo-ac purpurino-resplendens; mandibulae basi calva, maxilla apice subadunca, utriusque tomis medio intractis; oculis perparvis et oris angulo approximatis; cauda rotundata; pedibus validis unguibus longis, acutis, arcuatis, nigris. *Mas et Foem. adult.*

Corvus ossifragus Wils. Americ. Ornith. 5. p. 28. t. 37. f. 2. Vieill. l. c. p. 28 Id. Encycl. meth. 1823. p. 878.

Irides obscure avellanae; alae caudae medium paulo transcendentes, remige quarta omnium longissima; femora longa; rostrum pedesque nigri. Longitudo totalis (mens. angl.) 16", caudae 7". Habitat in *Georgia* versus flumen Mississippi, locis paludosis et ad maritima, tritonibus piscibusque victitans, inter volandum alas crebro complodens; vox gutturalis, rauca. *Wils.*

* *Rostro cultrato graciliore, plus minusve conspicue arcuato.*

13. *C. Graculus.* Unicolor niger, chalybeo-resplendens; rostro graciliore, acuto, arcuato pedibusque laete rubris; unguibus nigris. *Mas et Foem. adult.*

Coracia Briss. 2. p. 3. t. 1. f. 1. (Descript. compl.) Mone-dula Pyrrhocorax Hasselg. It. p. 294. Le Coracias Buff. Pl. enl. n. 255. (fig. mediocr.) Corvus Graculus Aucto r., Mey. et Wolf Vög. Deutschl.

Hft. 15. cum fig. opt. *Corvus Monedula* var. ϵ . *Gmel., Lath. Pyrrhocolax Graculus Temm.* Man. d'Ornith. 1. p. 122. *Coracia Erythroramphos Vieill.* Encycl. meth. 1822. p. 894. *Fregilus Graculus Cuv.* Regn. an. 1. p. 406.

Juv. hornot. Niger, minus nitidus; rostro pedibusque nigris. Var. *c.* Totus albus.

Rostris habitus et narium *corvi frugilegi*; nares rotundi plumis rigidis, apice abscissis, subarcuatis obsitae; cauda fere aequalis, reatricibus 12; faux linguaque croceo-flavae, haec cornea, pellucida, plana, canaliculata, aequalis, apice profunde excisa et bipartita, rostri medium attingens; irides fuscae. Longitudo totalis $15\frac{1}{4}$ - $16''$, rostri ab oris angulo $2''$ $1''$, caudae $5\frac{1}{2}''$, tarsi $1''$ $10''$. Habitat in *Europa*, in *Alpibus* summis *Helveticis*, *Italicis*, *Tyrolensibus*, *Carinthiacis*, in *Anglia*, *Scotia*, porro in *Aegypto*, *Candia*, *Persia* et *Creta* insula in rupibus maritimis; nidificat in rupium aut domiciliorum devastatorum ac murorum fissuris, imo in ecclesiarum turribus altis, ova 3-4 sordide alba, maculis numerosissimis dilute fuscis punctisque ejusdem coloris conspersa pariens; volatus *Pyrrhocolax* in circulo; ratio vivendi reliquorum *corvorum*; hieme interdum in plana descendit; in *Aegypto* inferiore (teste *Hasselquist*) conspicitur in tectis et in campis circa finem inundationis *Nili* mense *Septembri* ac *Octobri*. In *Alpibus Bavaricis* hanc speciem non observavi.

Nota. De auctorum genere *Pyrrhocolax* vide notam in descriptionis sine *Pastoris setiferi*. — Speciem hanc a sequentibus duabus respectu habitus universalis rostri, pedum, ptiloseos generice non distingui posse, nullus adhuc negavit, attamen hae tres aves quoad rostri formam inter se differunt. Nonnulli ornithologi qui in constituentibus no-

vis generibus solum characteribus specificis innituntur ex harum avium quavis genus particulare formare possunt. Tali quoque modo ad genus aliud formandum idoneus esset *Corvus albicollis*. Linguae forma sola in his speciebus paullo differt, multi vero *Psittaci* lingua apice fimbriata praediti nihilominus cum illis, qui in lingua fimbriis carent, merito uni iidemque generi annumerantur.

14. *C. leucopterus*. Totus niger, parum nitens, excepto remigum pogonio interno albo, apice nigro; cauda alis longiore, longa, apice subconico-rotundata; rostro arcuato; naribus antice patulis. *Mas et Foem. adult.*

Pyrrhocolax leucopterus Temm. Man. d'Ornith. 1. p. 121. *Coracia melanorampha Vieill.* N. D. 8. p. 2. *Id.* Encycl. meth. 1822. p. 895.

Rostrum inter hoc *Pyrrhocolax* et *Graculi* intermedium, quam in *Graculo* brevius; pedes, ungues rostrumque nigri. Longitudo totalis $17''$ $9''$ (*Temminckiana* descriptio exhibet false $5\frac{1}{2}''$), rostri solius ab oris angulo $2\frac{1}{4}''$. Habitat in *Nova-Hollandia*. (*Mus. Paris.*)

15. *C. Pyrrhocolax*. Rostro parvo citreo-flavo; pedibus coccineo-rubris, hypodactylis unguibusque nigris; ptilos tota pure nigra, unicolore, paulo nitente. *Mas et Foem. adult.*

Corvus Pyrrhocolax Meyer u. *Wolf Vög.* Deutschl. Hft. 7. cum fig. opt. *Id.* Tashenb. der deutsch. Vögelk. 1. S. 100. *Pyrrhocolax Pyrrhocolax Temm.* Man. d'Ornith. 1. p. 21. *Pyrrhocolax alpinus Vieill.* l. c.

Juv. Adulto similis, ptilosi vix nitente; rostro diutius citreo-flavo; pedibus nigris, plus minusve in rubrum aut in rubro-fuscum vergentibus.

Pyrrhocolax Brisson. 1. p. 30. t. 1. f. 2. *Le Choucas des Alpes Buff.* Pl. enl. n. 531. *Corvus Pyrrhocolax Gmel. Lath.*

Juv. hornot. Ptilosi minus

saturate nigra, absque nitore; rostro pedibusque nigris.

Rostrum capite brevius, rectiusculum, prorsus corvinum; irides obscure fuscae; cauda subrotundata rectricibus 12; acrotarsia unico clypeo tecta; ungues acutissimi, arcuati; alae acutae caudae apicem haud attingentes; colli antici plumae haud lanceolatae et densae sed sicut postici discretae, molles; palatum nigricans; lingua plana, canaliculata, sublanceolata, apice profunde excisa et in utroque apice fissa, plumbeo, nigricans, apice flavida. Longitudo totalis 14", rostri ab oris angulo 1" 2/4", tarsi 1 1/2", alae 9", caudae 6". Habitat in Europa, in Alpibus Noricis, et Carinthiacis, imprimis frequens in Bavaricis, gregarius per totam aetatem in summis rupium cacuminibus nudis, hieme in plana descendens; in regionibus nonnullis migrans, non timidus, biccis et seminibus alpestribus, planoribus in rupium fissuris infra lichenes numerosis ac aliis testaceis parvis, insectis (imprimis *Chrysomela gloriosa*) victitans, imo cadavera appetens, in circulo volitans voce fee ridibunda clamans, in rupium praecipitia clamose incidens ac in iis per longum tempus silentiosus requiescens; nidificat in rupium cavernis (interdum, ut dicitur, in arboribus) qua quatuor alba sordide flavo-naculata pariens.

Nota Vidi saepenumero in hujus avis societate agilem *Tychochromam phoenicopteram*; mense Julio interfeci in alpibus Bavaricis, vix praeterlapsa hora una, tria exemplaria hujus avialae magnificae, sine angore inter *Pyrhocoracis* turmas alis semi-expansis rupes conscendentes.

*** *Rostro valido, recto, breviorre conico-acuminato.*

16. *C. Monedula*. Fronte verticeque chalybeo-nigris; regione praeterea, occipite et collo posico canescentibus; facie

ac collo antico nigricantibus, paulo nitentibus; epigastrio sensim reliquisque corporis inferioribus partibus obscure ardesiacis; dorso, tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus ejusdem coloris, nonnihil vero nigricanti-reluentibus; alis caudaeque nigris, nitidis, tectricibus alarum superioribus omnibus remigibusque tergo proximis lacte violacco-resplendentibus, inferioribus nigris. *Mas adult.*

Corvus Monedula cum var. ζ *Auctor. Choucas gris Buff.* Pl. enl. n. 523. (*fig. mediocr.*) *Naum. Vög. t. 4. f. 7.*

Foem. Mari similis, corporis partibus inferioribus in nigricantem colorem nonnihil vergentibus, colli postici colore caeno minus extenso.

Var. α . Totus albus, rostro-pedibusque pallidis; iride rubra. (*Mus. Monac.*) (var. γ . *Auctor.*) β . Ptilosi ordinaria excepto collo torque albo. (Var. β . *Auctor.*) γ . Niger, albo variegatus. δ . Fuscescens, humeris albis. (*Gmel. var. 9.*) ϵ . Alis albis, rostro subcurvo. (*Monstrosa forma rostri similis in specimine musei nostri spectanda.*) (*Gmel. var. 5.*)

Rostrum conicum, apice vix declive, pedes unguesque nigerimi; cauda aequalis, alae ejus apicem attingentes; narium pili plumosi nigricantes; irides pure albae; remix prima quam tertia dimidia parte, quam nona paulo brevior, secunda quam quinta et tertia paulo, quam quarta vix longior. Longitudo totalis 13 3/4", rostri solius ab oris angulo 1" 5/8", alae 9", caudae 5 1/4", digiti intermedii cum ungue 1" 6/8", tarsi 1" 7/8". Habitat in tota Europa ad Sibiriam usque in nonnullis regionibus nunquam aut raro observanda, hic et illic migratoria, ut plurimum in oppidorum aut pagorum turribus antiquis, summis (tumque gregaria et clamosa sole occidente, mares imo incubationis tempore, sylvas ad pernoctandum abeunt et aurora oriente in turres redeunt) aut in

rupibus, rarius in sylvis in arboribus cavis nidificans et ova 4-5 dilute coerulescenti-viridia, nigricanti-punctata pariens, gregaria, in agris cum *Corone* consociata ambulans, seminibus, fractibus, insectis, vermibus imo mammalibus parvis victitans; vox *zdaa*

Nota. Auctorum varietas δ spectat ad speciem sequentem, varietas ϵ ad *Corvum Graculum* (*Corv. docil* S.G. Gmel.) Format *Monedula* cum speciebus sequentibus respectu rostri formae transitum a *Corvis* ad *Picas*. Ratione habitandi speciebus tribus praecedentibus multum appropinquat.

17. *C. Spermologos*. Rostri et totius corporis habitu prorsus *Monedulae*, graciliore; iridibus coerulescentibus, ptilosi tota laete nigra, viridi et violaceo-purpurino renitente, unicolore, exceptis circa oculos punctulis albis et lunula utrinque prope aures cum apicibus suis versus oculos versa saturate nigra. *Mas adult.*

Spermologus sive Frugilega Frisch Av. t. 68. (*fig. accurata.*) *Monedula nigra* *Brisson*. Av. 2. p. 28. (*Descript. opt.*) *Corvus Monedula* var. δ . *Gmel.*, *Lath.* *Corvus Spermologus Vieill.* N. D. 8. p. 40. (*Descript. opt.*) *Id.* *Encycl. meth.* 1823. p. 881.

Foem. adult. Mari similis, ptilosi minus nitida, lunula prope aures punctulisque circa oculos parum aut vix conspicuis.

Le Choucas Buff. Pl. enl. n. 522. (*fig. satis accurata.*)

Rostrum quam in *Monedula* brevius et pedes nigri. Longitudo $12\frac{1}{2}$ '' , rostri ab oris angulo 14 '' , caudae 4 '' 9 '' , digiti intermedii cum ungue 1 '' 4 '' , tarsi 1 '' $6\frac{1}{2}$ '' . Habitat in pluribus provinciis australibus *Franciae*, turrium destructarum muros frequentans ac in earum foraminibus nidificans; reliqua vivendi ratio *Monedulae*. (*Mus. Paris.*)

Nota. Hanc nunquam commu-

tabit speciem is cum *Monedula*, qui eam in natura vidit. Non solum ptiloseos pictura, sed quoque nonnullo respectu rostri forma differunt. Accedunt his praeterea corporis statura minor nec non remigum positio diversa; in *Spermologo* nempe remix prima quam nona longior, secunda quam quinta paulo brevior est; tertia et quarta sunt aequales; aliter in *Monedula* haec occurrit remigum formatio. —

18. *C. splendens*. Habitu et magnitudine prorsus *Monedulae*; fronte, vertice, gula, tibiis, aliis caudaque nigris, omnibus reliquis corporis partibus obscure griseo-perlaceis, nitidissimis. *Adult.*

Corvus splendens Vieill. N. D. 8. p. 44. *Id.* *Encycl. meth.* 1823. p. 882.

Rostrum pedesque nigri. Habitat in *Bengala*. (*Mus. Paris.*)

19. *C. capitalis*. Habitu et magnitudine *Monedulae*; capite supra chalybeo-nigro; cervice, jugulo pectoreque albis; gula reliquisque corporis partibus nigris, alis caudaque in nitorem virescentem vergentibus.

Corvus dauuricus Pall. It. 3. p. 694. n. 8. et *Auctor.* (*exclusa citata tabula Buffonia.*)

Habitat in *Asia* boreali, vere primo magnis gregibus ex australiore *Mongolia* *Chinae* in regiones circa lacum *Baikal* sitas migrat, circa oppida et pagos usque ad *Lenam* frequentissimus; *Mongolo-Buraetis Alac-tie*. *Pallas.*

Nota. Vide notam in descriptionis fine *Corvi scapulati*. — Varietas a cl. *Pallas* crebro inter turmas *Corvi capitalis* observata, ejus magnitudine et habitu, corpore toto nigro, exceptis cervice et jugulo fuscis, avem juniorem (an speciem distinctam?) exhibere videtur. *Corv. dauuricus* var. β . *Auctor.* *Corv. fuscicol.*

lis Vieill. Encycl. method. 1823. p. 880.

20. *C. Megonyx*. Unguibus pervalidis et arcuatis; alis et rectricibus duabus intermediis totis ac harum utrinque sequente proxima pogonio interno chalybeo-nigris, unicoloribus, exceptis remigibus secundariis (exclusis tribus dorso proximis) large albo-terminatis; rectricibus lateralibus omnibus crissoque albis; capite et collo totis reliquisque trunci partibus lacte cinerascenti-isabellinis, nonnihil in colore rufescentem vergentibus, unicoloribus, pectore ventree paulo obscurioribus.

Corvus columbianus Wils. Americ. Ornith. 3. p. 29. t. 20. f. 2. *Corv. Columbiana Vieill.* N. D. 8. p. 43. *Id.* Encycl. meth. 1823. p. 882.

Habitus *Monedulae*; cauda rotundata; pedes unguesque nigri; rostrum obscure corneofuscum. Longitudo totalis 13'' (mens. angl.) Habitat in *America septentrionali*, in regionibus flumini *Columbiae* confinis, gregarius ad fluminum et paludum ripas piscibus, ut videtur, vescens. (*Wils.*)

Species mihi obscurae.

21. *C. leucognaphalus*. Totus niger, pectoris ventrisque plumis basi albis.

Corv. leucognaphalus Daud. Ornith. 2. p. 251., *Vieill.* l. c. p. 33.

Var. α . Rostrum apicibus cruciatis.

Corvus crucirostra Daud. l. c., *Vieill.* l. c. p. 25.

Rostrum pedesque nigri; *Corones* magnitudinem vix habere videtur. Habitat in *insulis Antillis.* (*Daud.*)

* *Expositio reliquarum specierum generis Corvi auctorum.*

1. *Corvus calvus*. Vide: *Coracin. calv. Vieill., Temm.*

2. *Corvus hottentottus*. Descriptio ac icon hujus avis, praeter *Buffonium* a *Brissonio*

solo hucusque observatae, speciem ex cl. *Cuvierii* genere *Tyranno* aut potius ex genere *Lamprotornithe* exhibere videtur. Suspicio vibrissas specimini a cl. *Brissonio* exacte descripto artificiose insertas fuisse. A cl. *Levaillant* haec avis in Africa non observata est.

3. *Corvus Balicassius* et *Corv. Afer Lichtenst.* Hamb. Cat. p. 10. n. 99. *Corv. adsimilis Bechst.* in *Lath.* Uebers. Vide: *Edol. furcat.*

4. *Corvus Novae-Guineae Gmel., Lath.* Vide: *Ceblepyr. plumb.*

5. *Corvus Melanops Lath.* Suppl. Vide: *Ceblepyr. Melanops.*

6. *Corvus Flavigaster Lath. Corvus flavus Gmel.* et *Lanius sulphuratus* Horum auctorum. Species ex *Muscicaparum* familia.

7. *Corvus senegalensis Gmel., Lath.* et *Corv. afer Gmel.* Vide: *Cryptorhin. Piapiac.*

8. *Corvus Melanogaster Lath.* Suppl. Credas descriptionem hujus avis accuratam e *Ceblepyris* genere speciem exhibere, *Ceblepyri albiventri* affinem.

9. *Corvus papuensis Lath.* Vide: *Ceblepyr. albiventr.*

10. *Corvus nudus Gmel. Gracula nuda Lath.* et *Gracula foetida Gmel., Lath.* Vide: *Casmarhynch. nud.*

11. *Corvus australis* n. 45. *Gmel. Corv. affinis Shaw.* Vide: *Lyporn. tranquill.*

12. *Corvus paradoxus Daud., Lath. Merops carunculatus Lath.* Vide: *Philed. carunculat.*

13. *Corvus brachyurus Gmel., Lath.* Vide: *Citta brachyur.*

14. *Corv. brachyur. var. β . Gmel., Lath.* Vide: *Citta Melanoccephal.* — *Nota.* Haec species sane existit. Opinionem falsam cl. *Levaillantii* (1. p. 106.), qui hanc speciem ad exemplar praecedentis, capite *Merulae* artificiose extractum, descriptam esse ait, plures recentiores ornithologi adoptaverunt.

CORVUS.

15. *Corv. brachyur.* var. γ . *Gmel.*,
Lath. Vide: *Citta abdominalis*.
16. *Corv. brachyur.* var. δ . *Gmel.*,
Lath. Vide: *Citta Hippocrepis*.
17. *Corv. brachyur.* var. ϵ . *Lath.*
Vide: *Citta superciliar.* — *Nota.* Varietates *Corvi brachyuri* reliquas a *Lathamio* indicatas, species e genere *Citta* exhibentes, nondum vidi.
18. *Corvus aureo-viridis* *Shaw.*
Vide: *Lamprotorn. aen.*
19. *Corvus splendidus* *Shaw.*
Vide: *Lamprotorn. splendid.*
20. *Corvus rufipennis* *Shaw.* Vide:
Lamprotorn. rufipen.
21. *Corvus cyanurus* *Shaw.* Vide:
Citta cyanur.
22. *Corvus Rufigaster* *Lath.* Suppl.
Pica ventralis *Shaw* Gen. Zool. *Pica rufigaster* *Vieill.* *La Pie à culotte de peau* *Levaill.* Ois. d'Afr. 2. p. 116. t. 55. Suspicio hanc avem *Lamprotornithibus* annumerandam esse.
23. *Corvus Streperus* *Leach* Zool. Misc. 2. t. 86. Vide: *Barit. streper.*
24. *Corvus surinamensis* *Gmel.* (*Lath.* in synonym. *Corv. argyroph.*) *Brown.* Illust. t. 10. Ex cl. *Cuvierii* sententia exhibet tabula *Browniana* speciem e genere *Psarocolio*. Iconem citatam non vidi.
25. *Corvus auritus* *Auctor.* *Le petit geai de la Chine* *Sonner* Voy. t. 107. *Le geai à joues blanches* *Levaill.* Ois. de Parad. 1. p. 125. t. 43. (fig. opt.) Vidi hanc avem in museo *Parisiensi*; exhibet veram *Turdis* speciem rostro validiusculo praeditam. Cauda rectricibus 10.
26. *Corvus Caryocatactes* *Auctor.* Vide: *Caryocatact. maculat.*
27. *Corvus varians* *Lath.* Suppl. Vide: *Cryptorhin. varians.*
28. *Corv. crinitus* *Daud.*, *Pyrhocorax crinitus* *Vieill.* Vide: *Pastor sexsetac.*

** *Utteriore, naturali examine indigent ante receptionem in hoc genus aves sequentes. Rostris forma specierum 1, 2, 3 et 4 monet, quantum e Lathamii descriptionibus colligere possumus, de genere Barita.*

1. *Corvus pacificus* (*Coracina Albifrons* *Vieill.*)
2. *Corvus tropicus.*
3. *Corvus cyanoleucus.*
4. *Corvus melanoleucus.*
Nota. Hac aves in nulla a me visitata collectione videntur.
5. *Corvus rufus Auctor.* *Sonner* Voy. Ind. 2. p. 186. t. 106. *La pie rousse* *Levaill.* l. c. p. 24. t. 59. *Pica rufa* *Vieill.* Rostris validi, subdeorsum inclinati forma ac totus corporis habitus perquam nimis ad *Bethyli* genus aut aliud ei affine spectant. Avem hanc nondum vidi.
6. *Corvus sinensis* *Auct.* Praecedenti similis esse videtur.
7. *Corvus Argyrophthalmus* *Jacquin* Beytr. p. 1. *Gmel.*, *Lath.* Descriptio hujus avis sicut sequentis sane *Picae* speciem exhibere videtur.
8. *Corvus cyaneus* *Lichten.* *Hamb.* Cat. p. 10. *Corv. cinereus* *Bechst.* in *Lath.* Uebers. p. 117. *Ind. oriental.* An *Pica Erythrorhynchus?*
Nota. Reliquas auctorum species generis *Corvi* continet genus *Pica.*

*** *Descriptiones avium sequentium prorsus obscurae et nullo modo iudicium verum concedentes ex systemate relegandae sunt.*

1. *Corvus Corax* var. β . *Lath.*, *Gmel.*
2. *Corvus jamaicensis.*
3. *Corvus purpurascens* *Lath.* (*Descriptio e pictura.*)
4. *Corvus mexicanus.*
5. *Corvus Zanoë* (*Quadrat* descriptio nonnihil in *Psarocol. Icterocephal.*)
6. *Corvus Eremita* monstris ornithologicis arte compositis merito adnumeratur.

G E N U S P I C A . *

ROSTRUM ut in *Corvis* formatum, capite brevius aut ejus longitudine, conico-acuminatum, maxillae apice plus minusve aduncum, acutum, ibique lateraliter sinuatum, paratonis maxillae et mandibulae convexiusculo-compressiusculum; mandibula fere maxillae altitudine.

NARES eadem quae *Corvorum*.

LINGUA mediocris, plana, subcanaliculata, acuminata, apice fissa.

PEDES et ungues iidem qui *Corvorum*, excepto digito externo basi cum medio coadunato.

CAUDA rectricibus 12, his longissima, cuneata, aut longa, conico-rotundata, illis mediocris, aequalis, aut rotundata et longiuscula.

ALAE mediocres caudae basin transcendentis; remix prima brevis, pogonio interno fere aequali; remiges 4 et 5 omnium longissimae, secunda his multo brevior.

PILIOSIS laxa, trunci superioris ac inferioris plumae omnes longae, discretae, numerosae; caput plurimis cristatum, nonnullis plumis discretis, longioribus, erigendis, aliis brevibus aut brevissimis et velutinis; plumae colli antici et postici numerosae, discretae, antici interdum rhachi subtilissima, rigidiuscula, pogonii apicem excedente munitae.

*) *Brisson, Dumer., Cuv., Vieill.* — *Corvus* — *Garrulus* *Brisson, Cuv., Vieill.* — *Coracias* — *Lanius* — *Cuculus* — *Turdus Auctor.*

* *Cauda longissima aut longa plus minusve acuminato-conica.*

1. *P. melanoleuca*. Capite, pectore et collo totis, dorso, tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus, alarum inferioribus, tibiis, crisso ac abdomine medio saturate nigris, vertice paulo aeneo-micante, uropygio fascia griseo-alba; scapularibus reliquisque corporis inferioris partibus pure niveo-albis; alarum tectricibus superioribus totis ac remigibus extus et apice aeneo-virescentibus, intus pure albis, secundariis cyaneo-resplendentibus; reetricibus omnibus subtus totis nigris, supra aeneo-viridibus, ante apicem metallice purpurino-violaceo resplendentibus, intus virescentinigris. *Mas adult.*

La pie Buff. Pl. enl. n. 488. *Corvus Pica Auctor. Naum.* Vög. t. 4. f. 8. *Wils.* Americ. Ornith. 4. p. 75. t. 35. f. 2. (*fig. opt.*) *Pica melanoleuca Vieill.* N. D. et Encycl. meth.

Foem. Mari simillima, ab eo statura minore et pectoris nigredine minus extensa vix distinguenda.

Juv. Adultis similis, alis et cauda brevioribus parum nitentibus.

Var. α. Tota alba; rostro pedibusque albidis. *β.* Flavido-alba. *γ.* Alba, hic et illic fuliginoso-lavata, iridibus roseis. *δ.* Albo et nigro varia. *ε.* Ciuerea, albo-maculata. *ζ.* Ferruginea, albo-maculata. *η.* Corpore toto longitudinaliter albo-maculato. *θ.* Maxillae apice hamato.

Rostrum, illi *Monedulae* simile, pedes unguesque nigri; irides fusco-nigrae; cauda elongata, cuneata; rhachis plumarum colli antici-rigidiuscula, apice subtilissima et nuda. Longitudo totalis 17½", caudae 9¼", alae 7" 3", rostri ab oris an-

gulo 1" 5¼", tarsi 1" 7". Habitat in plurimis terris *Europae*, in *America boreali* atque *Asia* ad *Japoniam* usque, in *Madera* insula, frequens locis apertis, planis, arboribus singulis obsitis, in hortis, viis publicis et agris, cum *Corone* ut plurimum, imprimis hieme, consociata, junior facile cicuranda et tum perquam docilis; victus animalis et vegetabilis, quisquiliae, ova imprimis; nidus artificiosus e ramulis introitu unico in arboribus aut in fruticibus humilibus; ova 3-6 longiuscula albo-viridia, cinereo et olivaceo guttulata ac maculata.

Nota. Haec species stat in limite inter *Corvos* et *Picas*; spectant rostrum ac ratio volandi ad *Picas*, reliqua vitae ratio in agris et ptiloseos structura quodammodo ad *Corvos*. Remix prima brevissima et angustissima; dorsi plumae subdensae jam vero sericeo-molles.

2. *P. albicollis*. Unicolor nigra, excepto toto collo undique pure albo; rostro a basi ultra medium nigro, reliqua parte flavido; forma corporis magnitudineque omnino *Picae melanoleucae*.

Caledonian Crow Lath. Suppl. 2. p. 116. n. 20. *Labillardiere* Voy. Atl. pl. 39. (*fig. bon.*) *Pica albicollis Vieill.* N. D. 26. p. 128.

Cauda pergradata *Picae melanoleucae*.

Pedes obscuri. Longitudo 20", reetricum intermediarum 11", extimarum 3½". Habitat in *Nova-Caledonia*. (*Mus. Paris.*)

3. *P. Erythrorhynchos*. Rostro pedibusque aurantio-rubris; capite, collo et ex parte pectore nigris, absque nitore, unicoloribus, exceptis apicibus plumarum sincipitis, verticis, occipi-

tis et colli postici medii totis albis, subsericeis, albis, subtilissime violascenti-lavatis; dorso, tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus scapularibusque cinerascentibus, violaceo-lavatis; tectricibus alarum superioribus remigibusque omnibus extus pallide violaceis, remigibus tergo proximis et secundariis albo-terminatis; reetricibus alis concoloribus, duabus intermediis longissimis, apicem versus subfluantibus, apice albis, reliquis apice latissimo albo ibidemque fascia intermedia lata nigra; corpore subtus inferius a pectore usque ad crissi finem laetissime sericeo-albo. *Mas et Foem. adult.*

Cuculus sinensis *Bris s., Linn., Gmel., Lath. Geai de la Chine à bec rouge Buff.* Pl. enl. n. 622. (icon e specimine manco) *Corvus Erythrorhynchos Auctor.* (Descript. vitios.) *Coracias melanocephala Lath.* (Descriptio vitiosa e pictura.) *La pie bleue Levaill.* Ois. d'Afr. 2. p. 19. t. 57. (fig. accurata.) *Pica Erythrorhynchos Vieill.* l. c.

Ungues nigri; irides-rubrae; rectrices gradatae, 2 intermediae reliquis fere dimidia parte longiores; colli plumae numerosae, longiusculae, postici ac totius corporis inferioris sericeo-molles; alae acutae. Longitudo a rostri apice usque ad caudae basin $8\frac{1}{2}''$, rectricum 2 intermediarum $12\frac{1}{2}''$, extimarum $5\frac{3}{4}''$, rostri ab oris angulo $1'' 3'''$, tarsi $1'' 7'''$, digiti intermedii, excluso ungue, $11'''$, alae $6'' 10'''$. Habitat in China. (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. Huc fere sine ulla haesitatione *Lathamii Gmelini* que *Corvus africanus* ponendus est. Descriptio avem juniorem, a me nondum visam exhibeat. In describenda hac ave citat cl. *Latham* museum Leverianum, nihilominus ejus descriptio e pictura hausta esse videtur. (Vide Synops. 1. p. 396.) Colli color niger *Picae Erythrorhynchi* radiis so-

lis exposita sane nonnihil in purpurinum vergit. Spectat praeterea ad hanc speciem *Corvus caribaeus* auctorum ab *Aldrovando* primum modo monstruoso depictus ac descriptus, serius *Du Tertrei* (*Hist. des Ant. 2. p. 258. cum fig. pessim.*) descriptione adjecta avis alius ex Antillis insulis, haud agnoscendae, magis adhuc obscuratus. E systemate avium *Corvus caribaeus* prorsus relegandus.

4. *P. Bullockii.* Superciliis, capitulis lateribus, corpore subtus inferius a menti initio usque ad crissi finem alarumque tectricibus inferioribus pure albis, exceptis taenia ab utroque occipitis latere deducta, collum laterale marginante et infimum cingente nigra, et stria utrinque pone mandibulae basin versus aures ducta nigra, prope mandibulam pallide cyaneo et albo variegata; frontis plumis 3 longissimis, densis, subulatis, erigendis, angustiusculis, per totam longitudinem aequalibus, aliis verticis ejusdem structurae, illis frontis vero dimidia parte brevioribus, occipiteque nigerimis; verticis ac frontis plumis lateralibus albo-cyaneo terminatis; collo postico, dorso, scapularibus, tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus grisescenti-coerulescentibus, unicoloribus; alis supra ejusdem coloris, saturatoribus, immaculatis; reetricibus duabus intermediis saturate et laete coeruleis, reliquis gradatis ejusdem coloris, oblique et largissime albo-terminatis, limbo interno marginali nigricante; remigibus intus nigricantibus. *Mas et Foem. adult.*

Cauda longissima, cuneata; pedes, ungue rostrumque nigri; alae apice obtusiusculae; nares patulae. Longitudo totalis $21\frac{1}{2}''$, reetricis solius mediae $11\frac{1}{2}''$, extimae $5'' 4'''$, tarsi $1'' 8'''$, digiti intermedii, excluso ungue, $13'''$, rostri ab oris angulo $1'' 7'''$, alae $7''$, plumarum

frontis $2\frac{1}{2}''$. Habitat in *Mexico*, unde a cl. *Bullock* missa; avis speciosa. (*Collect. dom. Leadbeater Londin., mea.*)

5. *P. vagabunda*. Capite, collo remigibusque nigris; dorso, alarum tectricibus ex parte fuscis, in ferrugineum vergentibus; tectricibus reliquis remigibusque secundariis albis, paullo coeruleo-lavatis; gula ac partibus posticis dilutissime cinereo-coerulescentibus; reetricibus intermediiis nigris, reliquis a basi usque ad medium griseo-coerulescentibus, dein nigris.

Coracias vagabunda Lath. Pica vagabunda Vieill. Encycl. meth. 1823. p. 888.

Habitus *Picae Erythrorhynchi*; cauda gradata, longissima; rostrum subcurvum pedesque nigri. Habitat in *India orientali*. (*Vieillotii* descriptio e specimine naturali.)

6. *P. cyanea*. Fronte, toto capite supra et ad latera nuchaque nitide violaceo-nigris; dorso toto ac uropygio cinerascenti-roseis; corpore subtus inferius a gula alba usque ad crissi finem ejusdem coloris sed parum dilutioris; alarum tectricibus superioribus omnibus, remigibus dorso proximis, caeteris extus et cauda tota dilute coerulesis; remigibus primariis a medio ad apicem extus et intus basi albo-limbatis, 2 primis fere toto nigris. *Adult.*

Corvus cyaneus Pall. et Auctor.

Cauda cuneata; rostrum pedesque toto nigri; caput absque crista. Longitudo totalis $12''\frac{4}{11}$, caudae $6\frac{3}{4}''$, tarsi $1\frac{1}{4}''$. Habitat in *Hispania*, in *Dauria* gregaria adventat *Aprili*, atque instar *Picae melanoleucae* in arbustis et salicetis versatur atque nidificat, aequae astuta ac clamosa. (*Mus. Paris.*)

Nota. Secundum cl. *Pallasii* descriptionem haud perfectam retrices duae intermediae albo-terminatae sunt. Vidi hucusque, loco indicato,

specimen unicum purissimae conservationis, modo descripto pictum et, teste *Fl. Prévozt*, ex *Hispania* missum. Species sequens, a me nondum visa sed a nonnullis ornithologis cum hacce unita, non huc pertinere potest, nam cristam gerit et gulam habet nigro-tinctam.

7. *P. Melanocephalos*. Crista occipitis mediocri subconica, capite toto ac gula nigris, absque nitore; collo postico, dorso, scapularibus alisque laete coeruleis, tectricibus remigibusque extus obscurioribus; reetricibus cyaneis, omnibus albo-terminatis; collo antico, alarum tectricibus inferioribus et toto corpore subtus albo-griscentibus, unicoloribus. *Adult.*

La pie bleue à tête noire Levaill. Ois. d'Afr. 2. p. 22. t. 58.

Magnitudo *Picae cristatae*; habitus speciei praecedentis; cauda cuneata, longa; rostrum pedesque nigri. Habitat in *China*. *Levaill.*

Nota. Icon citata pulchra hujus avis exhibet dorsi tergique partes coerulescentes in rubicundo-griseum vergentes remigesque tergo proximas albo-terminatas. Describit hanc speciem sub denominatione falsa *Corvi cyani* cl. *Latham* (*Synops. Suppl. 2. p. 111.*) et *Vieillot* (*N. D. 26. p. 127.*)

8. *P. cristata*. Capitis lateribus, mento et gula nec non collo antico albis, subtiliter violascenti-lavatis; frontis fasciola versus oculorum canthum anticum ducta et utrinque pone nares lineolam concolorem sursum emittente nec non taenia ad colli latera in occipite et in collo antico supra pectus fasciae instar confluenta nigris; verticis crista depressa e plumis numerosis, subtilibus composita, pone subconico-terminata, subviolascenti-coerulescente; tibiis ac toto corpore subtus cum crisso albis, pectore et lateribus sordidioribus, vix violascenti-lava-

tis; collo postico, dorso, tergo, uropygio ac alarum tectricibus minoribus superioribus laete dilute coeruleis; tectricibus majoribus saturatius coeruleis albo-terminatis, fasciola praecedente nigra; remigibus tergo proximis splendide dilute coeruleis, laete nigro-fasciolatis et largiuscule albo-terminatis; remigibus reliquis intus nigris, extus coeruleis; rectricibus laete dilute coeruleis fasciis haud numerosissimis, angustis, nigris dissectis, omnibus, exceptis duabus intermediis, large albo-terminatis. *Mas et Foem. adult.*

Catesb. 1. t. 15. (*fig. non satis accurat.*) *Edw.* t. 239. f. 1. (*fig. satis accurata.*) *Garrulus canadensis coeruleus* *Brisson.* 2. p. 55. (*Descript. compl.*) *Geai bleu du Canada* *Buff.* Pl. enl. n. 529. (*fig. mala.*) *Corvus cristatus* *Auctor., Wils.* Amer. Ornith. 1. p. 11. t. 1. f. 1. (*fig. accurata.*) *Le Geai bleu* *Levaill.* Ois. de Parad. 1. p. 129. t. 45. (*fig. pulcherrim.*)

Juv. Adultae similis, ptilosus pictura minus pura ac nitida, fronte fasciola nulla, gula alba haud coerulescenti-lavata.

Cauda longiuscula apice obtuse conica; rostrum pedesque nigri; irides avellaneae. Longitudo totalis 11", rostri ab oris angulo 13½", caudae 5¼", tarsi 1" 4½", alae 4½". Habitat in America a Floridis usque ad Canadae regiones boreales, in Nova-California frequentissima, auctumno gregaria in Pennsylvania migrans ibique ut plurimum hybernans; vox et ratio vivendi in sylvis *Picae glandariae*; ova parit quatuor aut quinque olivacea, griseo-nigricante maculata. (*Mus. Paris., collect. mea etc.*)

9. *P. cyanochlora.* Capite subcristato, collo, dorso supremo pectoreque in fundo dilute et sordide fuscescente coeruleo et viridi variantibus; uropygio, ventre, abdomine ac crissis obscure viridibus; alis supra et tota cauda cyaneis, rectricibus omnibus remigibusque se-

cundariis fasciis numerosis, largiuscule distantibus nigris.

Legeai bleu-verdin *Levaill.* Ois. d'Afr. 1. p. 127. t. 44. *Garrulus Stelanogaster* *Vieill.* N. D. 12. p. 478.

Rostrum ac pedes nigri; cauda longiuscula subcuneata. Habitus *Picae cristatae*, hac paulo minor. Habitat in insulis *Maries australis.* *Levaill.*

Nata. Hanc speciem conjungit cl. *Cuvier* cum *Pica Stelleri* cui sane peraffinis esse videtur. An *Corvus* parvus remigibus coeruleis a cl. *Cook* in *Nova-Caledonia* observatus? (*Voy.* 2. p. 124.)

10. *P. Stelleri.* Capitis crista e plumis elongatis, angustis, fuscis composita; dorso, collo ac pectore fuscescenti-nigris, in colorem coeruleum vergentibus; uropygio in viride vergente; ventre et abdomine pallide coeruleis; tectricibus alarum minoribus fuscescenti-nigris, reliquis laete coeruleis; remigibus secundariis ejusdem coloris fasciis 8-9 angustis nigris, primariis nigris pogonio externo coeruleo-viridibus; rectricibus saturate coeruleis, rhachi nigra, 2 intermediis obsolete fasciolatis.

Corvus Stelleri *Penn., Pall., Lath., Gmel. Graculus Stelleri* *Vieill.* 1. c.

Cauda longa, cuneiformis; rostrum pedesque nigri. Longitudo totalis (mens. angl.) 15", rostri 1½", cristae capitis 2", caudae 6". Habitat in *Americae borealis* sinu *Nootka.* (*Lath.*)

11. *P. coerulescens.* Capite (non cristato), collo, alis et cauda laete azureis; dorso griseo-ruffo; fronte et stria supra oculos pallide azureis; loris, genis verticeque paulo nigro-intermixtis; colli coeruleine versus pectus extensa taeniamque obsoletam formante; corpore toto inferiore gulaque saturate flavidigriseis, gula pallidior, cinereo-griseo striolata. *Mas et Foem. adult.*

cf. Corvus coeruleus
escava *Bonn.*, 1795.

Pica glandaria minor Bartr. Trav. p. 170. *Corvus floridanus* Say Philad. Journ. 1. p. 347. *Garrulus cyaneus* Vieill. N. D. 12. p. 476. (*Descript. incompleta*) et p. 482. *Pica coerulescens* Id. l. c. p. 480.

Rostrum, pedes et ungues nigri; cauda subcuneata; irides avellaneae. Longitudo totalis $11\frac{3}{4}$ " , caudae 6" . Habitat in *Florida* et *Kentucky*.

Nota. *Latham* (Synops. Suppl. 2. p. 111.) et *Wilson* confundunt speciem hanc cum *Pica Stelleri* quae cristata est.

12. *P. Chloronotos*. Dorso toto, uropygio, alis supra rectricibusque duabus intermediis laete viridibus; gula, collo antico et regione parotica ex parte velutino-nigris; fronte, loris et macula infra oculos coeruleis; capite supra et collo postico albis, infimo coerulescenti-lavato; corpore subtus inferius a collo usque ad crissi finem et rectricibus reliquis laete ranunculaceo-flavis, unicoloribus. *Mas* et *Foem. adult.*

Geai de Perou Buff. Pl. enl. n. 625. (*fig. accurata.*) *Corvus peruvianus* Auctor. *Le Geai peruvien. Levaill.* l. c. p. 131. t. 46. (*fig. opt.*)

Cauda longiuscula subcuneata; verticis plumae laxae, longiusculae; rostrum nigrum; pedes nigro-fusci. Longitudo totalis 12" , rostri ab oris angulo $1\frac{1}{3}$ " , caudae 5" . Habitat in *Peru*. (*Collect. dom. Ryals* et *Leadbetter Londin.*)

13. *P. gularis*. Olivaceo-fuliginosa, unicolor exceptis facie gulaque nigris, hac in utroque latere stria lata, alba et altera ejusdem coloris angusta in medio pectore.

Corvus olivaceus Lath. Suppl. (*Descript. manca e pictura.*) *Pica olivacea Vieill.*

Magnitudo *Turdi musici*, eodem gracilior; rostrum nigrum, compressum; cauda longa, latissima, flabelliformi-cuneata;

ptiloseos structura *Picae glandariae*. Habitat in *Nova-Hollandia* et *Bengala*. (*Mus. Paris.*)

Nota. *Corvus olivaceus Lathamii* interim huc ponendus; forsitan ejusdem descriptione aliam speciem exhibet.

14. *P. nuchalis*. Narium plumis, collo toto et corpore subtus inferius a menti initio usque ad crissi finem e dilutissime fusciscente albidis, unicoloribus, excepta macula magna in occipite incipiente, nucham obtegente, in collo postico infimo fasciam abdomini concolorem relinquentem nigra; dorso, tergo, uropygio, alarum caudaeque tectricibus superioribus remigibusque omnibus extus saturate ardesiacis, unicoloribus, exceptis alarum tectricibus magnis, remigibus et rectricibus apice albis; remigibus intus fuscis. *Mas* et *Foem. adult.*

Corvus canadensis Wils. *Americ.* Ornith. 3. p. 33. t. 22. f. 1. (*fig. opt.*)

Juv. hornot. Occipitis macula nucham tegente fusco-nigricante; dorso, tergo, cauda ac alis fuscis, tectricum, rectricum remigumque apicibus albidis; pectore sordide cinereo-albido; colli capitisque parte reliqua albidis; ventre reliquisque corporis inferioribus partibus pectori concoloribus, obscurioribus; rostro pedibusque nigricantibus.

Garrulus canadensis fuscus *Briss.* 2. p. 54. t. 4. f. 2. *Geai brun de Canada Buff.* Pl. enl. n. 530. (*fig. satis accurata.*) *Corvus canadensis* Auctor. *Garrulus fuscus Vieill.* N. D. 12. p. 479.

Rostrum pedesque nigri; irides obscure avellaneae; cauda longiuscula, subcuneata; ptiloseos structura *Picae glandariae*. Longitudo totalis 11" , rostri solius ab oris angulo $1\frac{1}{3}$ " , alae 5" , tarsi $1\frac{1}{7}$ " , caudae $5\frac{1}{4}$ " , Habitat in *America boreali* ad sinum *Hudsonis* usque occi-

dentali potissimum, in sylvis, hieme ad habitacula hominum, audax, per paria aut per familias volitans, vix cicuranda, penum pro hieme colligens, insectis, vermibus seminibusque victitans, nidificans primo vere in pinibus ovaque coerulea pariens; pulli per longum tempus nigri. (*Collectio dom. Sturm, mea etc.*)

** *Cauda mediocri apice aequali aut rotundata.*

15. *P. glandaria*. Stria utrinque pone mandibulam deorsum ducta larga caudaque tota basi cinerascens nigris; caudae tectricibus superioribus ac inferioribus pure albis; alarum tectricibus majoribus laetissime cyaneo-albis, regulariter nigro-fasciatis; frontis et totius verticis plumis longiusculis, laxis, longitudinaliter medio nigris; gula albida; capite, dorso toto et corpore inferiore a gula usque ad crissum griseo-vinaceis; remigibus nigris, primariis extus grisescens-albo limbatis, intermediis extus usque ad medium albis, duabus dorso proximis castaneis, apice nigris. *Mas et Foem. adult.*

Le Geai Buff. Pl. enl. n. 481. *Corvus glandarius Auctor., Naum.* Vög. Deutschl. 6. f. 9. *Glandarius pictus Koch.* Baier. Zool. *Garrulus glandarius Vieill.*

Juv. Adultae similis, coloribus minus laetis.

Var. α . Tota alba, exceptis alarum tectricibus albo-coeruleis nigro-fasciatis; iride rubra; rostro pedibusque lividis. (Varietas non rarissima. *Levaill.* Ois. de Parad. 1. t. 41.)

β . Alba, maculis fuscis aut griseo-albis conspersa. (*Mus. Monac.*)

Rostrum nigrum; pedes pallide rosei; ungues obscure cornei; irides coerulescentes, plumae capitis truncique totius laxae, longae, numerosae, totae discretae. Longitudo $12\frac{3}{4}$ " , rostri ab oris angulo $1''\ 2\frac{1}{2}'''$, tarsi $1\frac{1}{2}''$, alae $6\frac{3}{4}''$, caudae aequa-

lis $6''\ 2'''$. Habitat per totam Europam ad Sibiriam usque, frequens, in sylvis et fruticetis, glandibus imprimis, baccis aliisque fructibus, insectis ac vermibus victitans, iniqua, valde clamosa, facillime cicuranda, docilis; glandes ac nuces collectas superfluas defodit; caro sapida; nidum struit in arboribus aut in fruticetis e radicibus fibris tenerioribusque ramulis, ova 5-7 coeruleo-virescentia olivascenti-fusco conspersa pariens.

16. *P. ferruginea*. Capite, collo, dorso, tergo rectricibusque duabus intermediis dilute terreo-fuscis; gula albida; genis et reliquis partibus inferioribus griseo-rufescentibus, exceptis lateribus ac crisso rufescentibus; uropygio et rectricibus lateraliibus totis ferrugineis; alarum tectricibus superioribus dorso concoloribus, mediis ac magnis ferrugineis; remigibus fusconigris extus basin versus ferrugineis.

Corvus canadensis? Lichtenst. Hamb. Catal. p. 103. n. 10. *Meyer* Zool. Aunal. 1. S. 142. *Corvus ferrugineus Bechst.* in *Lath.* Uebers. S. 117. *Le Geai brun-roux Levaill.* Ois. de Parad. 1. p. 143. t. 48.

Habitus et capitis plumarum numerosarum, longarum structura *Picae glandariae*, ave hac paulo minor; cauda aequalis; rostrum, pedes unguesque fuscis. Habitat in *America* (?), a plurimis ornithologis recentioribus et a *Levaillantio* ipso cum *Pica nuchali* false unita.

17. *P. Panderi*. Stria oculari a rostro deducta, cauda tota maculaque colli inferioris lata nigerrimis; gula, crisso, caudae tectricibus superioribus et striae pone narium plumas griseas orta ad oculos ducta, hos cingente et parum transcendente albis; dorso toto dilute et laete cinereo; corpore inferiore a colli macula usque ad crissum griseo-rubundo; alarum tectricibus basi nigris, caeterum albis;

remigibus primariis albis basi et ante apicem nigris, secundariis sensim nigrioribus, ultima tota nigra, margine apicali albo.

Podoces Panderi Fischer in litt. *Corvus Panderi Lichtenst.* in *Eversmann's Reise nach Buchara* S. 126

Cauda rotundata; rostrum pedesque longiusculi nigri; verticis plumae longiusculae, laxae; maxilla subarcuata, apice rotundata et tomii mandibulam fere rectam obtgens. Longitudo $9\frac{1}{2}''$, tarsi $1'' 5'''$. Habitat in desertis *Tartariae*. *Lichtenst.* (*Mus. Berol.*)

18. *P. cinerea*. Capite, collo, alis ac toto trunco supra ac subtus ardesiacis, unicoloribus; cauda tota, rostro, palpebris pedibusque nigris.

Corvus cinereus Forster Icon. inedit. t. 53. *Corvus caledonicus Lath.*, n. 9. *Gmel.*

Habitus et magnitudo *Picae glandariae*; cauda mediocris apice rotunda; irides flavae. Habitat in *Nova-Caledonia*. *Forster.*

19. *P. Leucolophus*. Crista a fronte ad cervicem ducta, e plumis mollibus, subrecurvis composita, elevata, nucha, collo toto antico ac laterali pectoreque ex parte candidissimis; vitta utrinque a naribus ad aures ducta, oculis angulose includente; nigerrima, $6'''$ alta, plumulis ad marginem superiorem brevibus; dorso toto, alis caudaque ferrugineo-fuscis, unicoloribus, excepta fascia dilutius fusca colli albedinem a trunco separante. *Adult.*

Corvus Leucolophus Hardwicke *Transact. of the Linn. Soc.* 11. p. 208. t. 15.

Cauda mediocris, rotundata; pedes cinerei unguibus nigris; rostrum nigrum. Longitudo (mens. angl.) $11\frac{3}{4}''$, rostri $1\frac{3}{8}''$. Habitat in *Hindostana*, ad flumen Gangem in sylvis montosis gregaria, fructibus victitans et vocem humanam imitans. *Hardw.*

20. *P. infausta*. Plumis totius capitis superioris longiusculis, laxis, nigro-fuscis, unicoloribus, narium et rostri baseos inferioris ac lateralis sordide flavido-albis; capitis lateribus, gula et jugulo e coerulescente nigro-cinereis, collo infimo ac pectore cinereis, epigastrio sensim rufescenti-fusco lavato; ventre sordide-, reliquis corporis partibus inferioribus, uropygio caudaeque tectricibus superioribus nec non inferioribus laete ferrugineis; tibiis sordide griseo-ferrugineis; collo postico ac dorso obscure olivaceo-griseis, pectori fere concoloribus; alula ferrugineo-fusca; alarum parte superiore reliqua reatricibusque duabus intermediis obscure fusco-griseis, reliquis reatricibus ferrugineis, extus plus minusve griseo-lavatis. *Mas et Foem. adult.*

Corvus russicus S. G. Gmel. It. 1. S. 50. *Geai de Siberie Buff.* Pl. enl. n. 608. (*fig. mediocr.*) *Corvus infaustus Sparrm.* *Mus. Carls.* t. 76. *Corvus sibiricus Gmel.* (Id. *Lanius infaustus* in synonym.) *Corvus infaustus* cum var. β . *Lath.*, *Temm.* *Man. d'Ornith.* 1. p. 115. *Geai orangé Levaill.* Ois. de Parad. 1. p. 131. t. 47. (*fig. parum accurata.*)

Rostrum apice maxillae aduncum et pedes nigri, hi nitidi, alae acutiusculae caudae medium attingentes; irides obscure fuscae; ptiloseos structura *Picae glandariae*, rostri *Picae nuchalis*; cauda apice rotundata. Longitudo totalis $10'' 4'''$, rostri a fronte $10'''$, ab oris angulo $12\frac{1}{2}'''$, alae $7'' 3'''$, caudae $5'' 2'''$, digiti intermedii cum ungue $11\frac{1}{4}'''$, hallucis $5\frac{1}{2}'''$, femoris $2'' 3'''$. Habitat in *Europa* regionibus borealibus in nemorosis *Norwegiae*, *Sueciae*, *Laponiae*, imprimis frequens in *Russia* versus *Sibiriam* in pinetis densis, baccis juniperi, insectis, imprimis coleopteris, muribus quoque victitans, clamosa; ratio vivendi *Picae glandariae*. (*Amic. H. Boie.*)

Nota. De hac specie vide *Nils-sonii* et *Boiei* iter.

21. *P. crassirostris.* Capite et collo supra ac caeteris corporis superioribus partibus rubro-fuscis, unicoloribus, remigibus rectricibusque intermediis obscurioribus; corpore subtus inferius a menti initio usque ad crissi finem cinereo-griseo (obscurè fusco secund. cl. *Lath.*), pluma quavis stria intermedia alba. *Mas.*

Turdus crassirostris Forster Icon. inedit. t. 145. (*fig. opt.*) *Lath.* Ind. et Synops. 3. p. 34. t. 37. (*fig. pessim.*) *Gmel.* (*exclusa var. β.*)

Foem. Corpore toto rubicundo-fusco, subtus dilutiore et striis albis variegato, alis fasciis duabus rufis. *Lath.*

Rostrum crassum pedesque nigricantes; irides perlacae albae; cauda aequalis, mediocris. Magnitudo *Turdi viscivori.* Habitat in *Nova-Seelandia*, inquilinis *Golò beoo.* *Forst.*

Nota. Avem hic descriptam ad *Picae* genus pertinere, cl. *Georgii Forsterii* icon optima satis docet. Varietas a *Lathamio* sub littera *β* exhibita, *Tanagra capensis Sparrmannii* (*Mus. Carls.* 2. t. 45.) et *Gmelinii* (*Syst. Nat.* 2. p. 900.) neutiquam huc spectat. Iconem quidem citatam nondum vidi, at descriptio exhibet manifeste cl. *Lichtensteinii Lanium mellivorum* (*Vög. Verz.* S. 49.) quem depinxit (avem juniorem) cl. *Levaillant* (*Grand pie grièche* Ois. d'Afr. 2. p. 86. t. 78.) et qui in museo nostro sub denominatione *Lanii Xanthorhynchi* adest.

22. *P. galericulata.* Cauda, capite, ejus crista ac toto trunco supra et subtus nigerrimis, unicoloribus, exclusis macula transversa utrinque ad colli supremi latera candida, altera ejusdem coloris minuta supra oculorum canthum posticum et tertia minore infra hunc; alis nigri-

cantibus; verticis crista e pen- nis duabus longissimis, densis, fere undique aequalibus, apice rotundatis, latis, rectissimis nonnullisque aliis ejusdem structurae, illis dimidia parte brevioribus composita; alarum tectricibus inferioribus nonnullis subtiliter albo-terminatis. *Mas adult.*

Le Geai noir à collier blanc. *Levaill.* Ois. de Parad. 1. p. 124. t. 42. (*fig. satis accurata.*) *Corvus galericulatus* *Cuv.* Regne an. 1. p. 399. *Garrulus galericulatus* *Vieill.* N. D. *Lanius scapulatus* *Lichtenst.* *Vög. Verz.* S. 49.

Rostrum pedesque plumbeo-nigri; cauda mediocris rotundata; ptiloseos structura eadem quae *Picae glandariae.* Longitudo totalis 10³/₄"", rostri ab oris angulo 1" 2"¹/₂", alae obtusiusculae 4" 2"¹/₂", tarsi 1¹/₄", caudae 4³/₄". Habitat in *Sumatra* et *Java* satis frequens, *Sumatranis Pri.* (*Mus. Paris., Lugd., Monaco.*)

Nota. Tredecim exemplaria hujus avis a me visa ptiloseos pictura descripta praedita. Suspicio quare sexus non signis externis distingui posse. Praeter colli maculam albam, totius trunci color in specimine a cl. *Rafflesio* observato ac descripto in castaneo-fuscum, capitis crista caudaeque in colorem obscuriorem vergunt. An avis junior? *Lanius coronatus* *Raffl.* *Transact. of the Linn. Soc.* 13. p. 306.

23. *P. Sieberii.* Pilis narium, capite supra et ad latera, collo postico ac laterali, dorso, tergo, uropygio, alarum caudaeque tectricibus superioribus omnibus, remigibus extus nec non rectricibus omnibus supra coeruleis, unicoloribus; alarum tectricibus inferioribus, collo antico infimo, pectore, epigastrio ac tibiis pallidissime cinereis, abdomine crissoque nec non gula potius in album vergentibus;

alis caudaque subtus nigricantibus. *Mas et Foem. adult.*

Cauda mediocris, rotundata; alae longae, acutae; pedes, ungues ac rostrum nigri; caput absque crista, ejus plumae sicut dorsi discretae. Longitudo totalis 3¹/₄''', rostri ab oris angulo 1¹/₄''', tarsi 1¹/₄''', digiti intermedii, excluso ungue, 10¹/₂''', alae 6¹/₄''', caudae 6³/₄'''. Habitat in *Mexico*, unde a cl. *Bullock* allata. (*Collect. dom. Leadbeater Londin., mea.*)

Nota. Haec avis sic dicta in honorem Doct. *Sieber*, qui nobili historiae naturalis amore flagrans *Aegyptum* peragravit et nuperrime mundum circumnavigavit.

24. *P. cyanomelana*. Fronte, capitis lateribus, gula et collo antico nigris; capitis parte reliqua nigricante; cauda obscure coerulea; reliquis ptiloseis partibus coeruleo-nigricantibus, collo et dorso supremo pro vario ad lucem objectu in fuscum vergentibus; plumis frontis ac regionis circa oculos brevibus, velutinis, reliquis capitis longiusculis. *Mas et Foem. adult.*

La pie bleue Azar. Voy. n. 54. Pica cyanomelas Vieill, l. c. p. 127.

Rostrum robustum pedesque nigri; irides fusco-nigrae; cauda rotundata. Longitudo totalis 13¹/₂''', caudae 6²/₃''', tarsi 2''', digiti intermedii 13''', rostri 11'''. Habitat in sylvis clivosis *Paraguayae*, per paria aut per familias, inquieta, clamosissima; vox rauca, ingrata *cheu, cheu, cheu*; nidum struit e ramulis et radicibus subtilibus, ova alba, subtiliter coeruleo-lavata, maculis numerosis rufescentibus, nigricanti-mixtis conspersa pariens. *Azar.*

25. *P. azurea*. Cauda ac alis supra, trunco toto supra ac subtus saturate ac pure azureis, exceptis toto capite et collo antico pectoreque supremo, remigibus ac rectricibus subtus nec non alarum tectricibus inferioribus

nigris, unicoloribus; frontis plumis suberectis, verticis illis parum longioribus et rigidioribus. *Mas et Foem. adult.*

La pie bleue de ciel. Azar. n. 55. Corvus azureus Temm. Pl. col. t. 168. (fig. opt.) Pica coerulea Vieill. N. D. 26. p. 126.

Rostrum pedesque nigri. Longitudo totalis 14³/₄''', caudae rotundatae 6¹/₄''', tarsi 1¹/₄''', rostri ab oris angulo 1¹/₄''', alae 7'''. Habitat in *Brasiliae* et *Paraguayae* sylvis non infrequens, per paria aut per familias. (*Mus. Paris., Lugd.*)

26. *P. cristatella*. Frontis anticis plumis elongatis, erectis, apice arcuato-recumbentibus, cristam formantibus, angustiusculis, sublaceris, posticis erectis brevioribus lorisque nigris; capite et collo totis fuliginoso-nigris, unicoloribus; plumarum colli infimi antici margine apicali, alarum tectricibus inferioribus, tibiis ac toto corpore subtus pure albis, unicoloribus; dorso, tergo, uropygio, alarum caudaeque tectricibus superioribus nec non remigibus omnibus extus laete cyaneis, dorsi ac tergi plumis basi albis nonnihil in violaceum vergentibus; cauda duabus tertiis partibus pure alba, supra basi cyanea, ibidem subtus nigra; remigibus intus nigris. *Mas et Foem. adult.*

Corvus cyanoleucus Neww. Reise nach Bras. 2. S. 190. La pie houpette Vieill. l. c. p. 129. Corv. splendidus Lichtenst. Vög. Verz. S. 21. Corv. cristatellus Temm. Pl. col. t. 193. Corv. tricolor Mik. Delect. Faun. Bras. 2. c. fig.

Av. junior. Adultae similis, frontis plumis longiusculis erectis, haud recumbentibus, corporis partibus inferioribus flavido-lavatis.

Rostrum et pedes nigri; irides fusco-nigrae; cauda subaequalis; alae longiusculae, acutae; plumae circa oculos breves, rigidiusculae. Longitudo totalis 13''', rostri ab oris angulo

- 1½", tarsi 1" 7^{///}, caudae 5", alae 6¾", digiti intermedii, excluso ungue, 1". Habitat in *Brasilia* locis apertis, sylvaticis non rara; Brasiliensibus *Piom-Piom*. (*Mus. Paris., Monac.*)
27. *P. Cyanopogon*. Frontis plumulis suberectis, abscisulis, verticis elongatis, cristam retroversam formantibus, capitis lateribus ac toto collo antico nigris, unicoloribus, exceptis striola albo-coerulescente, inferius violaceo-marginata, e plumis brevibus, densis composita supra oculos, subretroposita, altera violacea infra hos, macula horizontali utrinque pone mandibulae basin obscurissime indico-coerulea, colli infimi plumarum margine apicali angusto albo; occipite nuchaque albis, vix conspicue violascenti-lavatis; collo postico infimo, dorso, tergo, uropygio, caudae alarumque tectricibus superioribus fuliginoso-fuscescentibus; alis extus ejusdem coloris nonnihil in nigrum vergentibus; alarum tectricibus inferioribus ac corpore subtus inferius a collo usque ad crissi finem pure albis, unicoloribus; recticibus supra et subtus nigris, largissime albo-terminatis. *Mas et Foem. adult.*
- Corvus Cyanopogon* Prinz *Max von Neuwied* Reise nach Brasil. 2. S. 243 und 345. *Temm.* Pl. col. t. 169. (*fig. opt.*)
- Juv. hornot.* Adultae similis; partibus corporis superioribus griseo-fuscescentibus; verticis plumis ejusdem coloris, minus longis; striis supra ac infra oculos nec non pone mandibulae basin parum aut non conspicuis.
- Cauda mediocris, rotundata; rostrum pedesque nigri, hi paulo in fuscum vergentes; irides nigro-fuscae. Longitudo totalis 12¼", caudae 5½", alae 5¼", tarsi 1" 5^{///}, rostri ab oris angulo 1" 3¼^{///}, digiti intermedii, excluso ungue, 10^{///}. Habitat in *Brasilia* satis frequens in sylvis magnis; incolis ob vocem suam *Geng-Geng* sive *Gingling*. (*Mus. Paris., Lugd., Monac.*)
28. *P. pileata*. Capite et collo antico totis nigris, exceptis striola supra oculos coerulea, albidomarginata et altera saturate cyanea ab oris angulo infra oculos ducta; capitis pilei plumis erectis, subvelutinis, apice abscisulis, versus occiput longiusculis; occipite et collo postico supremo in fundo albo laete dilute coeruleis; colli postici parte reliqua, dorso, tergo, uropygio, caudae ac alarum tectricibus superioribus remigibusque omnibus extus laete indico-coeruleis; recticibus supra dorso concoloribus, subtus nigris, omnibus largissime albo-terminatis; remigibus intus nigris; alarum tectricibus inferioribus, tibiis ac toto corpore subtus inferius a collo usque ad crissi finem albis (in mare flavido-lavatis), unicoloribus. *Mas et Foem. adult.*
- Acahé Azar* Voy. n. 53. *Corvus pileatus* *Temm.* Pl. col. t. 58. (*fig. opt. foeminae.*) *Pica Chrysops* *Vieill.* l. c. p. 124.
- Juv. hornot.* Adultae similis, partibus corporis coeruleis minus puris ac nitidis, capite ad latera unicolore nigro; pilei plumis brevioribus.
- Rostrum ac pedes nigri; irides laete aureo-flavae; cauda longiuscula, rotundata. Longitudo totalis 13½"-14", caudae 6¾", tarsi 1" 9^{///}, rostri ab oris angulo 1" 5^{///}, digiti intermedii, excluso ungue, 1", alae 5¾". Habitat in *Brasiliae* et *Paraguayae* sylvis, nidum in arboribus e ramulis radicibusque structum diligenter occultans, ova fere alba, apice obtuso terreo-coeruleo lavata, undique fuscomaculata pariens; voce forti ac tristi clamans corpus anteriùs protendit ac caudam deorsum ac sursum motitat. (*Mus. Paris., Lugd., Monac.*)
29. *P. larvata*. Fronte, sincipite, genis et collo antico nigris; macula supra oculos, subretroposita, altera infra hos, tertia pone mandibulae basin, albis; vertice et occipite, collo toto

postico, tibiis nec non corpore subtus inferius a collo usque ad crissi finem pure albis; dorso, tergo, uropygio caudae alarumque tectricibus superioribus nec non remigibus omnibus extus dilute violaceis, subtiliter cinereo-lavatis; remigibus intus nigricantibus; reetricibus intermediis supra, lateralibus nigricantibus pogonio externo violaceis, omnibus large albo-terminatis. *Mas et Foem. adult.*

Garrulus cayanensis *Bris s.* 2. p. 52. t. 4. f. 1. (*Descript. opt.*) *Geai de Cajenne* *Buff.* Pl. enl. n. 373. (*fig. satis accurata.*) *Corvus cayanus* *Lin n.*, *Gmel.*, *Lath.* *Pica albicapilla* *Vieill.* l. c. p. 125.

Rostrum pedesque nigri, non nihil in fuscum vergentes; cauda apice rotundata. Longitudo totalis 13 $\frac{1}{2}$ "", rostri ab oris angulo 1" 6"', a fronte 1", caudae 6 $\frac{1}{2}$ "", tarsi 1" 6"', digiti intermedii, excluso ungue, 1" 1". Habitat in *Guiana* et *Cayana* satis frequens. (*Mus. Paris.*)

30. *P. speciosa*. Frontis et pilei nec non verticis plumis longis cristae depressae speciem formantibus, dorso, tergo, uropygio, scapularibus, collo toto, pectore ac epigastrio laete psittacino-viridibus; vitta a naribus (ibi stricta) per oculos supra aures ducta, occiput cingente (ibi plumis occipitis superincumbentibus longis subocculata) lata, velutino-nigra; corpore subtus inferius ab epigastrio usque ad crissi finem tibiisque pallide sed laete turcoso-coeruleis, reetricibus supra ejusdem coloris, obscurioribus, unicoloribus, exceptis lateralibus intus viridinebulatis; alarum tectricibus superioribus omnibus remigibusque extus et intus castaneorufis, omnibus subtilissime olivascenti-lavatis; remigibus duabus dorso proximis albis, subtilissime coerulescenti-lavatis, antecedente remige macula apicali ejusdem coloris; alarum tectricibus inferioribus grises-

centibus, virescenti-nebulatis; rostro pedibusque saturate croceo-rufis; unguibus fusciscenti-rufis. *Adult.*

Avis jun. (?) Adultae descriptae avi simillima, diversa ab ea occipitis verticisque plumis brevioribus, corpore subtus inferius a menti initio usque ad crissi finem, dorso, tergo, uropygio ac scapularibus subaeruginoso-viridibus, unicoloribus; alis, cauda, rostro pedibusque ut in praecedente pictis.

Foem. (?) Praecedentibus duabus simillima, at corpore subtus inferne a menti initio usque ad crissi finem albo-flavescente cum aliqua viridis mixtura, reetricibus lateralibus extus viridibus, intus cinereo-albis ad viride inclinantibus, nigricanti-terminatis, apice cinereo-albo ad viride vergente; tectricibus alarum inferioribus griseo-fuscis, superioribus ex fusco-olivascensibus; alarum, capitis, rostri, pedum dorsique pictura praecedentium.

Galgulus sinensis *Bris s.* 2. p. 77. t. 6. f. 2. (*Descript. compl.*) *Rollier de la Chine* *Buff.* Pl. enl. n. 620. *Coracias sinensis* *Gmel.*, *Lath.* *Corvus speciosus* *Shaw* Gen. Zool.

Ptiloseos structura *Picae glandariae*, quam in hac minus mollis; alae breves, obtusae; irides rubrae; cauda brevissima obtuse conica reetricibus 12; remix prima omnium brevissima, brevis, 5, 6 et 7 omnium longissimae, 2 et 3 his multo breviores; pedum forma eadem quae *Picae glandariae*. Longitudo totalis 10" 11"', rostri ab oris angulo 1" 5"', tarsi 1" 7"', alae 5" 1 $\frac{1}{2}$ "", caudae 4" 7". Habitat in *China* et in insula *Java*, *Javanis* *Ekkek-Kellen*. (*Mus. Paris.*, *Monac.*)

Nota. Hujus speciei differentiae tam sexus quam aetatis mihi ignotae sunt. Inter multa specimina vix unum alteri toto simile vidi. In nonnullis speciminibus inter dorsi plumas virides aliae occurrunt tureoso-coerulescentes, aliae viridi-

PICA.

et ex parte coerulescenti-tinctae. Habitus rostri universalis idem qui omnium Picarum, attamen nonnihil ad formam *Graculae religiosae* spectans. Angulus mentalis obtusus gerit medio striolam elevatam, e *Myophono* genere speciei ad instar. Hanc vero speciem a *Picis* non esse distinguendam docet satis ptiloseos, pedum, alarum rostrique structura universalis.

Observatio.

Moneam cl. *Temminckii* *Corvum Gymnocephalum*, in e-

jus operis splendidi tabula 327 spectandum nec *Picis* nec *Corvis* annumerandum esse, primo intuitu vero sane *Picae* formam exhibere. Nares in maxillae fere medio sitae ptiloseosque densae structura sericea *Cryptorhinorum*, aut potius *Philedonis corniculati*, rostri forma ipsa nec non breves ac obtusae alae genus distinctum, *Graculae* generi subaffine, postulant. Specimen loco citato optime depictum ac descriptum Londini ipse vidi in collectione perpulchra dom. *Leadbearer*. Constituo ex hac ave genus *Galgulum*. Nomen ejus germanicum sit *Seidenelster*.

GENUS PSAROCOLIUS.*

ROSTRUM capite in illis duplo fere longius, rectissimum, elongato-conicum, basi validum, apice integerrimo subulatum, tereti-compressiusculum, gnathidiis validissimis, altis et mesorhinio frontem clypei instar obtegente planum, maxillae et myxae culmine integro teretiusculum, in his capite paullo longius aut brevius, plus minusve robustum, conico-acuminatum, rectum, mesorhinio angusto, fronti asserculi elevati instar longitudinaliter inserto, planiusculum, maxillae et myxae culmine teretiusculum, interdum gracilius, capite paullo longius, sensim deflexum, culmine, fronti parum inserto, subcultratum, gnathidiis angustioribus planiusculum, in omnibus tereti-compressum, tomiis rectissimis rarius rectiusculis, integerrimis intractum, mandibularibus utrinsecus versus basin angulatum, corneum; angulus mentalis breviusculus, obtusus aut acutiusculus; palatum lineis duabus longitudinalibus emergentibus; vibrissae nullae.

NARES basales, laterales, in illis tomiis, in his mesorhinio propiores, in fovea parva sitae, patulae, subovatae aut membrana fornicali superne semiclaudae, versus tomia foramine rimaeformi apertae.

LINGUA subcanaliculata apice trifida, subsetulosa.

PEDES ambulatorii, subrobusti, congrui; acrodactyla scutulata, planta caligata; digitus intermedius tarso brevior cum externo basi coadunatus, internus totus liber, antici laterales aequali fere longitudine, hallux validus externum aequans; unguis majusculi,

*) Ψαρ Sturnus, κόλολιος Monedula. Germanicus: Stardohl. Oriolus-, Icterus-, Xanthornus-, Cassicus-, Agelaius-, Pendulinus-, Yphantes-, Passerina-, Leistes-, Tanagra-, Emberiza-, Fringilla-, Turdus-, Sturnus Auctor. vet. et recentior.

PSAROCOLIUS.

acutissimi, arcuati, compressi, hallucis omnium maximus, digiti medii hoc paullo, reliquis duplo major.

ALAE caudae basin multo transcendentes; remix quarta omnium longissima et quinta longitudine aequales quam tertia paullo longiores, prima mediocris, quam secunda parum brevior; interdum remiges 1—4 longitudine aequales.

CAUDA mediocris, plana apice rotundata aut subaequalis, interdum subgradata, rectricibus 12.

PTILOSIS. Mala in illis plumulosa in his nuda; menti plumae ut plurimum subpiloso-terminatae, capitis ac colli semidiscretae, rigidiusculo-subsericeae, raro ibi subulatae aut rotundatae et subdensae, trunci corvinae.

P S A R O C O L I U S .

A. *Psarocolii gymnorrhini.*

Rostro elongato-conico naribus patulis, tomis quam mesorhinio propioribus; mesorhinio in clypeum frontalem terminato.

α. Ps. gymnorrhini rostro recto.

1. Ps. viridis. Rostro aurantiorubricundo apice, medio flavo, basi virescente, casside frontali maxima, convexa, frontis latera fere excedente; gnathidiorum basi subtuberculoso-intumida; verticis crista e plumis nonnullis longissimis arcuato-recumbentibus, linearibus composita, capite, collo, pectore, epigastrio ac ventre medio, dorso, scapularibus alarumque tectricibus superioribus ac inferioribus viridi-olivascens, partibus inferioribus paullo dilutioribus; tectricibus alarum superioribus macula apice castanea, subobsoleta notatis; tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus posticis ac inferioribus nec non

crisso ferrugineis; tibiis ejusdem coloris olivascenti-variis; remigibus primariis ac mediis totis nigris, secundariis pogonio externo olivascentibus; caudae tectricibus superioribus anticis rhachi flava praeditis, elongatis, tectricibus duabus intermediis totis ac extimae pogonio externo olivascentibus, hujus pogonio interno reliquisque tectricibus citrino-flavis, unicoloribus, excepta intermediarum rhachi maxima parte nigra, reliquarum tota flava. *Mas adult.*

Cassique vert de Caj. Buff. Pl. enl. n. 328. (fig. pessim.) Oriolus cristatus var. β et γ. Gmel., Lath. — Cassicus viridis Vieill. (Descript. vi-tios.)

Foem. Mari respectu ptiloseos

picturae simillima, eodem minore, casside frontali angustiore, planiuscula, gnathidiorum basi plana.

Juv. hornot. Rostro toto corneo-nigro, recto, casside frontali angusta semicylindracea; cristae plumis elongatis quam in adulto numerosioribus, brevioribus, latioribus, capitis, colli ac totius corporis ptilosi obscure olivascente, saturate badio-lavata, imprimis in dorso et abdomine; reetricibus duabus intermediis totis obscure olivascenti-badiis sequente utrinque apice et toto pogonio interno ejusdem coloris; hujus reetricis pogonio externo reliquisque reetricibus citrino-flavis omnibus macula cinereo-fusca, parva, in extima magna, terminatis; remigibus nigricantibus; iridibus coerulescentibus; pedibus unguibusque fusco-nigris.

Cassicus Angustifrons Spix
Av. Brasil. t. 62. (fig. opt.)

Irides lacte coerulcae; pedes robustissimi unguesque nigri; macula trigona pone oculos nudiuscula; retrices 2 intermediae reliquis paulo breviores. Longitudo totalis maris 19'' (foeminae 17''), rostri a cassidis frontalis margine postico 2'' 11 $\frac{1}{4}$ ''' (2'' 5 $\frac{1}{2}$ '''), alae 10'' 8''' (fere 9 $\frac{1}{2}$ '''), caudae 7 $\frac{1}{4}$ '' (6 $\frac{1}{2}$ '''), tarsi 2'' 1''' (2''), latitudo cassidis frontalis 1'' (7'''). Habitat in *Brasilia* et *Cajenna* gregarius in sylvis; generis sui hucusque maxima species. (*Mus. Paris., Monac.*)

2. *Ps. bifasciatus.* Rostro ejusque casside frontali plana nigris; fascia lata apicali et altera basali mandibulae laete rubicundis; verticis crista e plumis nonnullis longissimis, linearibus, arcuato-recumbentibus composita, capite et toto collo nigris, absque nitore; dorso, tergo, uropygio, caudae ac alarum tectricibus superioribus et inferioribus ac reliquis corporis partibus inferioribus saturate et

laete castaneis, unicoloribus, pectore et epigastrio exceptis nonnihil in colorem nigricantem vergentibus, hoc subtilissime olivascenti-lavato; remigibus nigris omnibus extus castaneis; reetricibus duabus intermediis totis nigricanti-castaneis, reliquis unicoloribus citrino-flavis. *Mas adult.*

Cassicus bifasciatus Spix
Av. Brasil. t. 61. (fig. opt.)

Foem. Mari simillima, eodem multo minor.

Avis junior. Adultae similis, ptilosi pallidior; crista verticis brevi, fascia rostri apicali ac basali corneo-albida, reliqua rostri parte nigricante.

Rectrices 2 intermediae reliquis paulo breviores, sicut hae obtuse trigono-terminatae; irides fusco-nigrae; pedes unguesque nigri; macula infra oculorum canthum anticum nuda, rubicunda. Longitudo totalis maris 18 $\frac{3}{4}$ '' (foeminae 14 $\frac{3}{4}$ '''), rostri a cassidis margine postico 2'' 7''' (2''), alae 9'' 10''' (7'' 7'''), caudae 7 $\frac{1}{2}$ '' (6'' 7'''), tarsi 2'' (1'' 7'''); latitudo cassidis frontalis 8 $\frac{1}{4}$ '' (6'''). Habitat in *Brasilia* versus flumen Amazonum, in sylvis plantis earumque seminibus victitans, inquilinis *Japui.* (*Mus. Monac.*)

Nota. Fasciae rostri in exuviis albidae.

3. *Ps. cristatus.* Rostro toto ejusque casside frontali mediocri semicylindracea, margine postico ovata, sulphureo-flavis, unicoloribus; crista verticis e plumis nonnullis longissimis, linearibus, recumbentibus composita, capite, collo, dorso, scapularibus, alis totis ac toto corpore inferiore nigris, plumae ejusvis trunci ac capitis margine pro vario ad lucem objectu subtiliter violaceo-sericeo relucente; tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus ac inferioribus ferrugineis; reetricibus duabus intermediis totis nigrican-

PSAROCOLIUS.

tibus, reliquis totis saturate citrino-flavis. Mas adult.

Le Cassique huppé de Caj. Buff. Pl. enl. n. 344. (fig. mediocr.) *Oriolus cristatus Auctor* (exclusis varietatibus α et β) *L'Yapu.* Az. Voy. n. 57. *Cassicus cristatus Vieill.*

Foem. Mari simillima, eodem minor.

Juv. hornot. Ptilosi totius capitis, colli, trunci superioris ac inferioris nigricante, absque nitore; crista verticis nulla aut brevissima; uropygio caudaeque tectricibus inferioribus pallidius viridibus; rostro brevioris flavo albo; cauda ut in adulta, reetricibus plus minusve pure flavis.

Pedes robusti unguesque nigricantes; irides virides. Longitudo totalis maris $17\frac{1}{4}''$, rostri a cassidis margine postico $2''$, alae $7\frac{3}{4}''$, caudae $7\frac{1}{2}''$, tarsi $1''$ $8\frac{1}{2}''$; latitudo cassidis frontalis $4\frac{1}{2}''$. Habitat in *Cajenna, Guiana, Brasilia* et *Paraguay* satis frequens, solitarius aut per paria, in elaborandis nidis gregarius; nidificat ad sylvarum margines in arboribus mediocris altitudinis nidum bursarium e fibris corticis aloës cujusdam graminibusque structum, 30 pollices longum, apice infimo hemisphaericum, 10 pollices latum, intus foliis siccis stratam ramorum laevium horizontalium apicibus extimis saepe in una eademque arbore non parvo numero affigens, ova 3 pariens, raro, tumque vero corpore horizontaliter sito, capite deorsum spectante alisque expansis celeriter agitatis vocem extraordinariam suaviter modulatum edens, fructibus *passiflorae laurifoliae, citri, bromeliae* aliisque nec non insectis victitans, carne moschum olente insipida. (*Mus. Paris., Monac., collectio mea* etc.)

Nota. Plurima specimina hujus avis hic et illic plumis singulis flavo-marginatis in diversis piloseos partibus variegata sunt.

β . *Ps. gymnorrhini rostro versus apicem subtiliter inclinato.*

γ . *Ps. palliatus.* Ptilosi tota nigra, margine apicali plumarum capitis totius, colli, dorsi pectorisque violaceo-resplendente; capitis superioris occipitisque plumis brevibus, applicatis, apice abscisulis, colli postici inferioris elongatis, numerosis, apice obtusis, densis, in utroque colli antichi latere tophum subintumidum relinquentibus; alis caudaeque absque nitore. *Mas adult.*

Grand Troupiale Azar. Voy. n. 60. (*Descript. opt.*) *Cassicus ater Vieill.* N. D. 5. p. 363. *Encycl. meth. Livr.* 91. p. 723.

Foem. Mari multo majori simillima, ptilosi minus nitida.

Troupiale noir de St. Domingue Buff. Pl. enl. n. 534. *Oriolus oryzivorus Auctor.* *Agelaius oryzivor.* *Vieill.* l. c.

Rostrum robustum nigerrimum acie a narium cantho postico oblique versus tōmia ducta subemergente, culmine basali, frontali plano, margine postico ovato; caput et oculi parvi, hi iridibus aurantiis; pedes unguesque nigerrimi; cauda fere aequalis, rectrice utrinque extima reliquis $3\frac{1}{2}''$ brevioris. Longitudo totalis maris $12''$ (foeminae $10\frac{1}{2}''$), rostri ab oris angulo $1\frac{1}{2}''$ ($1\frac{3}{4}''$), alae $6''$ $3\frac{1}{2}''$ ($5\frac{3}{4}''$), caudae $5''$ ($4''$ $10''$), tarsi $1\frac{1}{2}''$ ($1\frac{1}{4}''$); latitudo rostri culminis in fronte fere $3\frac{1}{2}''$. Habitat in *Cajenna, Brasilia* et *Paraguay*, gregarius cum aliis hujus generis speciebus consociatus, in campis sylvis confinibus hicque inter hominum et equorum greges ambulans, horum animalium dorso non infrequens insidens in arboribus melodice sibilans, segetibus oryzae ac zae infestus, colli plumas elongatas nunc erigens nunc applicans. (*Mus. Paris. Monac.*)

Nota. Specimina ab *Azara* emessa iis a me descriptis majora sunt; caetera hujus egregii auctoris descriptio optime in aves a me visas quadrat. — Tabula Buffoniana citata sane

hanc avem monstrat, sed ei adjecta descriptio pertinet ad *Chalcophanem virescentem*, cujus ptilosus in colorem viridem vergit. — Nomen specificum huic avi ab auctoribus impositum mutavi, ut primo intuitu a reliquis speciebus aequo modo ptilosi nigra praeditis discerni possit, nam nimis earum historia ab auctoribus adumbrata est.

5. *Ps. Icteronotus*. Unicolor nitide niger, exceptis uropygio, caudae tetricibus superioribus ac inferioribus, reetricibus a basi usque ad medium nec non alarum tetricibus superioribus pennis scapularibus proximis lacte luteis; verticis plumis longiusculis, subsubulatis, cristae parvae speciem formantibus; rostro toto albo-flavido, casside frontali semicylindracea margine postico ovata. *Mas adult.*

Jupujuba Mar egr. The black and yellow Saw of Brasil. Ed w. 3. t. 819. (fig. mediocr.) Cassicus luteus Briss. 2. p. 100. t. 9. f. 1. Cassique jaune du Brésil Buff. Pl. enl. n. 184. (fig. mediocr.) Oriolus persicus Auctor. eum var. β et γ.

Foem. Mari similis, eodem multo minor, nigredine minus saturata, vix nitente (epigastrio, ventre ac tibiis in junioribus subtiliter olivascenti-lavatis); verticis plumis brevioribus, caudae parte inferiore nigra nonnihil in colorem olivascentem vergente.

Avis junior. Ptiloseos parte nigra in colorem fuliginosum vergente uropygii flavedine et ventre nonnihil olivascenti-mixtis.

Pedes unguesque nigri; irides laetissimae azureae; cauda subaequalis reetricibus solis 2 extimis subgradatis; reetricum flavedo angulose terminata, ab extimis versus intermedias sensim decrescens. Longitudo totalis maris $10\frac{3}{4}''$ (foeminae $10''$), rostri a cassidis frontalis margine postico $1''\frac{4}{4}'''$ ($1''\frac{1}{4}'''$), alae $5\frac{3}{4}''$ ($4\frac{3}{4}''$), caudae $4''\frac{7}{8}'''$ ($3''$

$7'''$), tarsi $1''\frac{2}{4}'''$ ($11'''$), cassidis frontalis latitudo in utroque sexu fere $3'''$. Habitat in *Cajenna*, *Guiana* ac *Brasilia* satis frequens, gregarius; docilis cantum et vocem aliorum animalium facile imitans (vox gravis, rauca *γ-a-pu, γ-a-cu*), fructibus ac insectis victitans, nidus plantis contextus, in forma alembici, ex arborum ramulis, extremis dependens, praesertim locis apertis prope aquas; ex una arbore non raro 400. (*Mus. Paris., Monac.*)

6. *Ps. haemorrhous*. Ptilosi tota nigra (dorso tetricibusque alarum superioribus nitentibus) excepto tergo ac uropygio saturate coccineis; rostro pallide sulphureo-flavo. *Mas adult.*

Cassicus ruber Briss. 2. p. 98. t. 8. f. 2. Cassique rouge Buff. Pl. enl. n. 482. (fig. mediocr.) Oriolus haemorrhous Auctor.

Foem. Mare simili paullo minor, ptilosi quam in hoc minus nitida, tergi uropygiique rubedine minus saturata.

Av. jun. Ptiloseos parte nigra plus minusve in fuliginosum vergente, uropygio solo rubro, ut plurimum lateraliter in vinaceo-flavum vergente.

Oriolus haemorrhous var. β. Auctor.

Verticis plumae longiusculae, subdensae, ad frontis latera breves, cuti adpressae; cassis frontalis convexa, pone ovato marginata; rostrum a medio usque ad apicem teretiusculum; irides albo-coerulescentes; pedes unguesque nigri; alae perquam longae, acutae, caudae medium multo excedentes. Longitudo totalis (maris) $10\frac{1}{4}''$, rostri a cassidis frontalis margine postico $1\frac{1}{4}''$, alae $6''\frac{2}{4}'''$, caudae $4''\frac{5}{8}'''$, tarsi $1''\frac{2}{4}'''$, plumarum verticis $6'''$, latitudo cassidis frontalis $3\frac{1}{2}'''$. Habitat in *Cajenna* et *Brasilia* frequentissimus, gregarius in morem *Psarocolii Icteronoti* degens et nidificans, ter in anno ova 2 pariens. (*Mus. Paris., Monac.* etc.)

7. *Ps. nigerrimus*. Rostris corporisque habitu universali *Psarocolio haemorrhoo* simillimus, diversus ab eo: ptilosi tota nigra, unicolore, alis brevioribus, rostro a medio usque ad apicem supra ac subtus depressiusculo, verticis et lateralibus plumis frontis longioribus, casside frontali angustiore teretiuscula.

Cassicus nigerrimus *Spix* Av. Brasil. t. 63. f. 1. (fig. accurat.)

Rostrum (in exuvia) albidum, basi obscurius nebulatum; pedes unguisque quam in *Psarocolio haemorrhoo* paullo validiores fusco-nigricantes. Longitudo totalis $9\frac{3}{4}''$, rostri a cassidis frontalis margine postico $1''\ 2''$, alae $4''\ 4''$, caudae $4\frac{1}{2}''$, tarsi $1''\ 2''$, plumarum verticis $9''$, latitudo cassidis frontalis $2\frac{1}{4}''$. Habitat in *Brasilia*. (*Mus. Monac.*)

B. *Psarocolii hymeniorhini*.

Rostro robusto aut graciliore, naribus superne membrana nuda plus minusve limbatis; mesorhinio in fronte in asserculum angustum aut in lineam prominulam terminato.

α. Ps. hymeniorhini rostro recto elongato-conico, mesorhinio in fronte asserculiformi.

8. *Ps. Guirahuro*. Capite, collo pectoreque totis unicoloribus fuliginoso-nigricantibus; dorso, scapularibus tergoque supremo olivaceo-fuscis; tergo infimo, uropygio, ac corpore subtus inferiori a pectore usque ad crissum laete aureo-flavis; humeris et tectricibus alarum inferioribus citreo-flavis; caudae tectricibus superioribus ac inferioribus dorso concoloribus, margine apicali flavido; alarum tectricibus majoribus; remigibus omnibus ac tota cauda unicoloribus fuliginosis; rostro nigro.

Adult.

Guirahuro *Azar*. n. 64. *Agelaius Guirahuro* *Vieill.* N. D. 34. p. 545. *Icterus dominicensis* *Lichtenst.* Berl. Vög. Verz. S. 19. (sed non *Oriol. dominic.* *Auctor.*) *Xanthornus Gasquet. Quoy et Gaim.* Voy. du Capit. *Freyc.* Atl. t. 24. *Leistes Suchii* *Vigors* Zool. Journ. T. 2. n. 6.

Juv. Capite et collo supra, dorso, tergo, scapularibus fusciscentibus; alis caudaque pallide fuliginoso-fusciscentibus; collo toto antico flavo, ad pectus usque lateraliter fusciscenti-adumbrato; tectricibus alarum superioribus majoribus nigricantibus, limbo marginali sub-

tili flavido; tectricibus humeralibus ac inferioribus alarum citreo-flavis; uropygio et corpore toto subtus flavis, parum in aurantium vergentibus, tibiis fusciscenti-variis; rostro corneo-fusco.

Icterus minor viridis *Brisson*. 2. p. 113. t. 10. f. 2. *Troupiale Siffleur* *Buff.* Pl. enl. n. 236. f. 1. (fig. satis accurata.) *Oriolus viridis* *Gmel.* n. 51. *Lath.* n. 35.

Pedes cum unguibus saturate fusci; irides castaneo-fuscae; cauda rotundata. Longitudo totalis $9\frac{1}{4}''$, tarsi $1''\ 3''$, alae $4\frac{3}{4}''$, caudae $3\frac{3}{4}''$, rostri ab oris angulo $1\frac{1}{2}''$, mesorhinii frontem intrantis a narium apice antico vix $4''$. Habitat non infrequens in *Brasilia*, *Paraguay* ad flumen *Plata* usque, et, ut videtur, in *Dominicensi* insula, gregibus parvis in vicinitate aquarum stagnatilium, plantis aquaticis et arboribus juxta ripas nascentibus insidens; nidum sternit parvum, profundum e subtilibus culmis eumque pendulum arundinis bifurcationibus affigit, ova 3 alba rufo-maculata ponens. (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. Cl. *Lichtenstein* hanc speciem cum *Psarocolio Flavigastro* confundebat; similis quidem, attamen ab eo rostri forma ac ptiloseos pictura penitus diversus, ast cum

PSAROCOLIUS.

Psarocolio Flavigastro perquam affini non confundendus est.

9. *Ps. anticus*. Capite nigricante; collo antico fusco; pectore, adomine medio et humeris basiranunculaceis; reliqua ptilosio livaceo-fusca; uropygio virescenti-lavato. *Adult.*

Le Dragon Azar. Voy. n. 65.

Agelaius virescens Vieill. N. D. 34. p. 543. Id. Encycl. meth. l. c. p. 716. Icterus anticus Licht. enst. Vög. Verz. S. 19.

A. junior. Adultae similis, gula lavida.

Rostrum obscure fuscum; pedes nigri; cauda subaequalis. Longitudo totalis 9^{''}, tarsi ac rostri 1⁴/₄^{'''}. Habitat in *Brasilia* et ad flumen *Plata*, locis aquosis gregarius. An divisioni insequenti inserendus?

10. *Ps. phoeniceus*. Ptilosi tota pure nigra, subnitente, unicolore, exceptis alarum tectricibus superioribus minoribus ex cinabarino aurantiis, pone fascia ochraceo-flavida marginatis. *Mas adult.*

Red winged Starling Cat. s. b. Carol. 1. t. 13. Icterus pterophoeniceus Brisson. 2. p. 97. Troupiale à ailes rouges Buff. Pl. enl. n. 402. (fig. non satis accurata.) Oriolus phoeniceus Auctor. Sturnus predatorius Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

Wils. Americ. Ornith. 4. p. 30. t. 30. f. 1. (fig. accurata.) Agelaius phoeniceus Vieill. l. c.

noribus omnibus, plumis totius capitis superioris, colli postici, dorsi ac tergi nigris, pallide ferrugineo-, scapularibus albedo marginatis; tectricibus majoribus remigibusque extus pallide limbatis; cauda nigricante.

Wils. l. c. f. 2. (fig. opt.)

Troupiale tacheté de Caj. Buff. Pl. enl. n. 448. f. 1 et 2. (fig. pessim., fig. 1. varietas vera.)

Oriolus melancholicus var. B. Auctor.

Mas juv. Foeminae similis, plumarum corporis superioris limbo latiore, tectricibus alarum minoribus plumis intermixtis aurantiis, sive aurantiorubris.

Wils. l. c. f. 2. (fig. opt.)

Troupiale tacheté de Caj. Buff. Pl. enl. n. 448. f. 1 et 2. (fig. pessim., fig. 1. varietas vera.)

Oriolus melancholicus var. B. Auctor.

Mas juv. Foeminae similis, plumarum corporis superioris limbo latiore, tectricibus alarum minoribus plumis intermixtis aurantiis, sive aurantiorubris.

Wils. l. c. f. 2. (fig. opt.)

Troupiale tacheté de Caj. Buff. Pl. enl. n. 448. f. 1 et 2. (fig. pessim., fig. 1. varietas vera.)

Oriolus melancholicus var. B. Auctor.

Mas juv. Foeminae similis, plumarum corporis superioris limbo latiore, tectricibus alarum minoribus plumis intermixtis aurantiis, sive aurantiorubris.

Wils. l. c. f. 2. (fig. opt.)

Troupiale tacheté de Caj. Buff. Pl. enl. n. 448. f. 1 et 2. (fig. pessim., fig. 1. varietas vera.)

Oriolus melancholicus var. B. Auctor.

Mas juv. Foeminae similis, plumarum corporis superioris limbo latiore, tectricibus alarum minoribus plumis intermixtis aurantiis, sive aurantiorubris.

Wils. l. c. f. 2. (fig. opt.)

Troupiale tacheté de Caj. Buff. Pl. enl. n. 448. f. 1 et 2. (fig. pessim., fig. 1. varietas vera.)

Oriolus melancholicus var. B. Auctor.

Mas juv. Foeminae similis, plumarum corporis superioris limbo latiore, tectricibus alarum minoribus plumis intermixtis aurantiis, sive aurantiorubris.

Wils. l. c. f. 2. (fig. opt.)

Troupiale tacheté de Caj. Buff. Pl. enl. n. 448. f. 1 et 2. (fig. pessim., fig. 1. varietas vera.)

Oriolus melancholicus var. B. Auctor.

Mas juv. Foeminae similis, plumarum corporis superioris limbo latiore, tectricibus alarum minoribus plumis intermixtis aurantiis, sive aurantiorubris.

Wils. l. c. f. 2. (fig. opt.)

Troupiale tacheté de Caj. Buff. Pl. enl. n. 448. f. 1 et 2. (fig. pessim., fig. 1. varietas vera.)

Oriolus melancholicus var. B. Auctor.

Mas juv. Foeminae similis, plumarum corporis superioris limbo latiore, tectricibus alarum minoribus plumis intermixtis aurantiis, sive aurantiorubris.

Wils. l. c. f. 2. (fig. opt.)

Troupiale tacheté de Caj. Buff. Pl. enl. n. 448. f. 1 et 2. (fig. pessim., fig. 1. varietas vera.)

Oriolus melancholicus var. B. Auctor.

Mas juv. Foeminae similis, plumarum corporis superioris limbo latiore, tectricibus alarum minoribus plumis intermixtis aurantiis, sive aurantiorubris.

Wils. l. c. f. 2. (fig. opt.)

Troupiale tacheté de Caj. Buff. Pl. enl. n. 448. f. 1 et 2. (fig. pessim., fig. 1. varietas vera.)

Oriolus melancholicus var. B. Auctor.

Mas juv. Foeminae similis, plumarum corporis superioris limbo latiore, tectricibus alarum minoribus plumis intermixtis aurantiis, sive aurantiorubris.

Wils. l. c. f. 2. (fig. opt.)

Troupiale tacheté de Caj. Buff. Pl. enl. n. 448. f. 1 et 2. (fig. pessim., fig. 1. varietas vera.)

Oriolus melancholicus var. B. Auctor.

Mas juv. Foeminae similis, plumarum corporis superioris limbo latiore, tectricibus alarum minoribus plumis intermixtis aurantiis, sive aurantiorubris.

Wils. l. c. f. 2. (fig. opt.)

Troupiale tacheté de Caj. Buff. Pl. enl. n. 448. f. 1 et 2. (fig. pessim., fig. 1. varietas vera.)

Oriolus melancholicus var. B. Auctor.

Mas juv. Foeminae similis, plumarum corporis superioris limbo latiore, tectricibus alarum minoribus plumis intermixtis aurantiis, sive aurantiorubris.

Wils. l. c. f. 2. (fig. opt.)

Troupiale tacheté de Caj. Buff. Pl. enl. n. 448. f. 1 et 2. (fig. pessim., fig. 1. varietas vera.)

Oriolus melancholicus var. B. Auctor.

11. *Ps. militaris*. Capite superiore toto ac laterali, alis, cauda reliquisque corporis partibus nigris, absque nitore, exclusis alarum margine, tectricibus superioribus minoribus, mento, collo antico, pectore ac epigastrio

laete cinnabarino-rubris, caudae apice ut plurimum obsolete cinerascenti-fasciolato; tectricibus alarum inferioribus fuliginoso-nigris. *Mas et Foem. adult. trienn.*

Troupiale de Cayenne Buff. Pl. enl. n. 236. f. 2. (fig. satis accurata.) *Oriolus americanus Gmel.*, *Lath.* (excl. var. β .) *Agelaius militaris Vieill.* l. c.

Juv. biennis. Striola pone nares minuta rubra; mento, collo antico, pectore, epigastrio, alarum margine, nonnullis tectricibus superioribus roseo-cinnabarinis, his nigricanti-varioloris; reliquis corporis partibus fuliginoso-nigricantibus, dorsi plumis acutiusculis, detritis, abdominis ventrisque fusciscenti-limbatis; vitta superciliari sordide albida, alia indistincta in vertice medio longitudinali, eisdem coloris; reatricibus margine earumque tectricibus superioribus toto sordide fusco-fasciolatis; tectricibus alarum superioribus albedo-fusciscente limbatis; pedibus fuscis.

Icterus guianensis Briss. 2. p. 107. t. 11. f. 1. *Troupiale de la Guiane Buff.* Pl. enl. n. 536. (fig. inaccurata.) *Oriolus guianensis Auct. or. Shirley Edw.* t. 82. (fig. mediocr.) *Tanagra militaris Gmel.*, *Lath.*

Av. juv. adultae ptilosi se induens. Striola pone nares nulla aut vix adhuc conspicua, nigredine ptiloseos saturatiore, plumarum marginibus dilutis plus minusve conspicuis; vitta superciliari albida aut omnino nulla; maxilla nigricante, mandibula corneo-fusca.

Le Troupiale à gorge ensanglantée Azar. Voy. n. 70.

Juv. Stria capitis supra oculos subaurantia, alia ibidem dilute fusca, media nigricante; aurium regione nigricante; colli antici ac totius pectoris plumis rubris, dilute fusco-limbatis, reliquis corporis inferioris, capitis ac superioribus alarum tectricibus nigris, dilute fusco-

limbatis; remigibus nigricantibus fusco-limbatis, praeterea specie plumbeo-fasciolatis; reatricibus uropygiique plumis coloribus; alarum margine rubro; tectricibus alarum inferioribus nigris; tarsis olivascentibus. *Azara* l. c.

Rostrum fusco-nigrum, sultus maxima parte coeruleum; indes fusco-nigrae; pedes gracilibus nigro-fuscis; ungues graciles longi, acuti, corneo-fuscis. Longitudo totalis $7\frac{1}{4}$ "', rostri a) oris angulo 10 "', tarsi 1 "' 2 "', caudae aequalis $2\frac{3}{4}$ "', alae $3\frac{1}{2}$ "'. Habitat in *Cajenna*, *Guiana*, *Brasilia* et *Paraguay*, locis paludosis aut in campis his confinis, arundini aliisque plantis aquaticis insidens, gregarius, grate canorus, imitabundus, nido cylindrico longo pendulo. (*Mus. Paris.*, *Monac.* etc.)

Nota. *Lathamii* varietas litera β signata quid sit nescio.

12. *Ps. bicolor.* Capite, toto collo, dorso, alis et cauda fuscis; subrubentibus; alae plica supra ac subtus, pectore reliquisque corporis inferioris partibus flavis; remigibus subtus griseis.

Agelaius bicolor Vieill. N. D. 34. p. 535. *Id.* *Encycl. meth.* l. c. p. 711.

Rostrum et pedes rubicundi. Magnitudo *Psarocolii phoeniceae*, 8 "' longus. Habitat in *America meridionali*. An cum specie sequente divisioni sequenti inserendus?

13. *Ps. frontalis.* Ptilosi tota nigra, exceptis fronte, sincipite, gula ac colli antici dimidia parte badiis. *Adult.*

Le Troupiale à calotte rousse Azar. Voy. n. 72. *Agelaius frontalis* et *Agel. ruficapillus Vieill.* N. D. 54. p. 536 et p. 545. *Id.* *Encycl. meth.*

Xanthornide paullo minor; rostrum pedesque nigri; cauda subaequalis. Longitudo totalis $6-7$ "', caudae $2\frac{5}{6}$ "', tarsi $1\frac{1}{2}$ "', rostri 9 "'. Habitat in *Paraguay*, *Brasilia* ac *Cajenna*.

β. *Ps. hymeniorhini* rostro validiusculo aut gracili, rectiusculo aut subtiliter deorsum inclinato, acutissimo, mesorhinio in fronte prominulo asserculiformilineari.

14. *Ps. Gymnops.* Facie et stria utrinque ad latera menti nudis, nigris; humeris, pileo, tibiis, crisso, capitis parte reliqua, alarum tectricibus inferioribus toto collo et corpore subtus unicoloribus saturatissime ranunculaceo-flavis; alarum tectricibus inferioribus nonnullis parvis, auticis, uropygio, tergo, dorso, alis et cauda totis nigerrimis, absque nitore; rostro toto nigerrimo; pedibus cum unguibus plus minusve obscure fuscis. *Mas adult.*

Icterus citrinus Spix Av. Brasil. t. 66. (fig. opt.)

Foem. Mari similis, eodem minor; pedibus dilutioribus.

Avis hornotin. Rostro corneo-nigricante, subtus albo; regione circa oculos et stria ad menti latera nudis, incarnuatis; fronte, capite, collo, toto corpore subtus inferius a mento usque ad crissi finem, tectricibus alarum inferioribus et nonnullis superioribus brachii sulphureo-flavis; pileo caeterisque ptiloseos partibus unicoloribus fuliginoso-nigris, plumis nonnullis dorsi supremi, alarum tectricibus superioribus remigibusque secundariis extus obsolete flavido-limbatis; pedibus obscure fuscis.

Icterus fuscus Novae Hispaniae Briss. 2. p. 105. *Troupiale jaune à calotte noire* Buff. pl. enl. n. 533. *Oriolus mexicanus* Auctor. *Agelaius melanicterus* Vieill. N. D.

Avis adultae ptilosi se induens. Rostro, pedibus ac ptilosi ut in adulta, exceptis verticis plumis nigris, dorso, cauda alisque fuscis intermixtis variis.

Rostrum acutissimum mesorhinio angusto, subelevato; cauda apice rotundata; irides rubicundae. Longitudo totalis 10",

caudae solius 4 $\frac{1}{4}$ ", alae 4" 2 $\frac{1}{4}$ ", rostri a mesorhinii apice postico fere 14 $\frac{1}{4}$ ", tarsi 13 $\frac{1}{4}$ " $\frac{1}{4}$ "; latitudo mesorhinii ad frontem 1 $\frac{1}{4}$ ". Habitat non infrequens in *Cajenna, Brasilia et Nova-Hispania.* (*Mus. Paris., Monac.*)

15. *Ps. Xanthornis.* Capite, collo ad latera et toto corpore subtus cum crisso unicoloribus saturate aurantio-flavis; vitta lata a menti initio usque ad pectus ducta, striola a naribus ad oculos, orbitis, alis supra caudae nigerrimis, unicoloribus, exceptis alarum tectricibus superioribus minoribus ac inferioribus ventri concoloribus, majoribus apice et remigibus secundariis margine extus albis; dorso, tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus ventri concoloribus, subtilissime olivascenti-lavatis; remigibus intus basin versus parum albis; tectricibus basi paullulum flavis, extima utrinque subtilissime albido-terminata; plumis scapularibus medio nigris. *Mas adult.*

The lesser Bonana-Bird Edw. 1. t. 243. (fig. mediocr.) *Xanthornus mexicanus* Briss. 2. p. 118. t. 11. f. 2. *Carouge du Mexique* Buff. pl. enl. n. 5. f. 1. (fig. bona.) *Agelaius Xanthornus* Vieill. *Oriolus Xanthornus* Auctor.

Foem. Mari similis, eodem minor, corporis flavedine et nigredine minus saturatis ac nitidis, rostro brevioris, tectricibus et remigibus secundariis minus large albo-limbatis.

Rostrum nigrum guathidiorum basi obscure caesia; pedes unguisque plumbeo-fuscescentes; cauda gradata. Longitudo totalis maris 8", rostri a fronte 3 $\frac{1}{4}$ " (foeminae 7 $\frac{1}{2}$ " $\frac{1}{4}$), alae 3 $\frac{1}{2}$ " $\frac{1}{4}$, caudae 3" 5 $\frac{1}{4}$ " $\frac{1}{4}$, tarsi 11 $\frac{1}{4}$ ". Habitat in *Cajenna, Mexico et Antillis* insulis magnis, in morem aliorum prope aquas nidificans. (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. Edwardsiana icon potius ad speciem sequentem spectare videtur.

16. *Ps. Leucopteryx. Capistri lateribus* ac gula saturate nigris; *tectricibus alarum mediis ac majoribus pure albis, unicoloribus*; remigibus caudaque nigris, secundariis limbo externo albis, *rectricibus*, exceptis duabus intermediis, subtiliter sordide albo-terminatis; capitis parte reliqua ac toto corpore inferiore laete luteis, *superiore flavido-olivaceo. Adult.*

Oriolus mexicanus Leach. Zool. Misc. 1. p. 8. t. 2.

Rostrum nigrum mandibulae basi pallida; pedes nigricantes. Habitus et magnitudo *Xanthorni*. Habitat in *Jamaica* frequens, Musae fructibus victitans. *Leach.*

Nota. Haec species a praecedente satis differt: rostro validiore, rectiore, gulae nigredine minus versus jugulum extensa sed cum capistri nigredine lateraliter unita, tectricibus alarum albis etc. Nondum vidi hanc avem; icon citata in *Leachii* descriptionem optime quadrat.

17. *Ps. olivaceus.* Cauda, alarum tectricibus superioribus minoribus, trunco subtus ac supra olivascensibus, corporis partibus superioribus paullo obscurioribus; capite, gula, collo antico et pectore fusciscenti-ferrugineis, pectore sensim in colorem aurantium vergente, pictura capitis non distincte terminata; tectricibus alarum majoribus et remigibus nigris albo-limbatis. (*An Foemina aut av. junior?*)

Troupiale olive de Caj. Buff. Pl. enl. n. 606. *Oriolus olivaceus Auct. or. Agelaius olivaceus Vieill.* l. c.

Rostrum pedesque nigri; cauda longiuscula. Longitudo 7". Habitat in *Cayenna. Buff.*

18. *Ps. castaneus.* Capite, collo, dorso, alarum tectricibus majoribus, remigibus caudaque nigerrimis, unicoloribus, nitentibus; colli nigredine versus pectus in acumen desinente; pectoris lateribus, toto corpore

subtus, brachiorum tegminibus, uropygio caudaeque tectricibus superioribus nitide ac saturate castaneo-fuscis; alarum tectricibus majoribus albo marginatis. *Mas adult.* (anno quarto.)

Bastard Baltimore female Catesb. Carol. t. 49. fig. inf. *Le Carouge de Caj. Buff.* Pl. enl. n. 607. f. 1. *Oriolus castaneus Lath., Oriolus varius Gmelin. Icterus castaneus Daud. Oriolus mutatus Wils.* Americ. Ornith. 1. p. 64. t. 4. f. 4. (fig. opt.) *Yphantis solitaria Vieill.* N. D. 3. p. 215.

Juv. viril. triennis. Colli nigredine ut in adulto, nisi ejusdem acumine minus extenso, apice vario aut pallidior; fronte nigra; capite, collo postico, laterali ac dorso supremo olivascensibus, nigro variis; caudae tectricibus superioribus tectricibusque utrinque 3 lateralibus olivascensibus, intermediis ut plurimum totis nigris; alis fuscis, tectricum limbo pallidior; corpore subtus pectorisque lateribus fulvescentibus, lateribus, uropygio tectricibusque brachii plus minusve saturate in castaneo-ferrugineum vergentibus.

Icterus minor spurius Briss. Ornith. 2. p. 111. t. 10. f. 3. *Le Baltimore Bâtard du Canada Buff.* Pl. enl. n. 506. f. 2. (fig. mediocr.) *Oriolus spurius Gmel., Lath.* (cum synonymia recta sed excludendis descriptione et tabula *Catesbyi* 49. *foeminae.*) *Oriolus Baltimore Foemina Auct. or. Merle à gorge noire de St. Domingue Buff.* Pl. enl. n. 559. *Turdus ater Auct. or. Pendulinus nigricollis Vieill.* N. D.

Juv. viril. biennis. Frontis parte antica et gula solis nigris; capite et collo supra, dorso, tergo ac tota cauda flavo-olivaceis, dorso nonnihil in colorem fusciscentem vergente; remigibus obscure fuscis, tectricibus superioribus minoribus et majoribus nec non remigibus secundariis extus flavido-albo limbatis; colli lateribus et toto corpore

subtus flavis, hic et illic ad latera vix ferrugineo-tinctis.

Oriolus spurius foemina Penn., Gmel., Lath. (Synops. 2. p. 434. — *Wils.* l. c. f. 2. (fig. opt.) *Pendulinus viridis Vieill.* N. D. 5. p. 321. *Id.* Encycl. meth. Livr. 91. p. 708.

Juv. viril. et foemin. hornot. Foeminae adultae simillimi, ptilosi minus saturate et laet tincta.

Foem. adult. Juveni trienni simillima, exceptis fronte et gula absque nigredine; corpore toto subtus unicolore flavo.

Wils. l. c. f. 1. (fig. bona.)

Habitus rostri caudaeque forma *Chrysocephali*; irides avel-laneae; rostrum pedesque plumbei. Longitudo totalis $6\frac{1}{2}''$, rostri solius ab oris angulo $9''$, caudae $2\frac{3}{4}''$, tarsi $10\frac{1}{2}''$. Habitat migratorius in pluribus terris *Americae septentrionalis*, frequens a Carolina ad Canadam usque, mense Majo adveniens, et Septembri regiones australiores petens, in sylvis juxta montes sitis et in pomariis campestribus, nidum ex arborum ramis externis, flexilissimis, imprimis mali dependentem, hemisphaericum, e gramine sicco, longissimo mire contextum, intus lana et appendicibus mollibus seminis *Platani occidentalis* stratum, $3''$ lon um, $4''$ latum, intus $2''$ profundum et totidem latum struens huncque interdum aliis ramis confinibus alligans ut venti vi melius resistat; versus medium mensis Junii interdum Julii (an bis in anno?) parit ova, ut plurimum 4, alba pallide coerulescenti-tincta, apice obtuso maculis parvis irregularibus punctisque purpurascenti-fuscis conspersa, quae quatuordecim diebus excluduntur; victitat insectis, imprimis papilionum larvis, ideo in pomariis avis utilissima. (*Mus. Paris.* etc.)

19. *Ps. Bananae.* Capite et collo totis nec non pectore splendide ac saturate castaneis; dorso su-

premo nigro; tergo, uropygio, toto corpore inferiore a pectoris margine infimo usque ad crissi finem nec non alarum tectricibus minoribus superioribus ac inferioribus saturate aurantiis, paullo in rufum vergentibus; tectricibus caudae superioribus ejusdem coloris, castaneo-terminatis; cauda tota alarumque reliqua parte saturate nigris, unicoloribus. *Mas adult.*

Xanthornus Brist. 2. p. 115. t. 12. f. 2. (*Descript. opt.*) *Le Carouge Buff.* Pl. enl. n. 535. f. 1. (fig. mediocr.) *Oriolus Bananae Auctor.* *Pendulinus Bananus Vieill.* l. c.

Foem. Mari similis, eo paullo minor, ptilosi minus-nitida.

Rostrum gracile acutissimum nigrum, mandibulae basi grisea; pedes unguesque nigricantes; rectrices laterales subgradatae. Longitudo totalis $7\frac{1}{2}''$, rostri ab oris angulo $10\frac{1}{4}''$, tarsi $10''$, caudae $3\frac{1}{4}''$, alae $3\frac{1}{2}''$. Habitat in *Martinica, Jamaica*; conflaturo nidus foliorum fibrillaris, aliis in aliis intertextis, et quartam globi vacui partem efformantibus, infra *Musae* folium cum arte sutum, ita ut nidus in uno latere folio ipso constet. (*Mus. Paris., Monac.*)

20. *Ps. Icterocephalus.* Capite toto ac collo antico pure ac laete flavis, unicoloribus, excepta macula rostri basin inter et oculum nigricante; cauda, alis reliquaque corporis ptilosi unicoloribus nigris, paullo nitentibus. *Mas adult.*

Yellow-headed Starling Edw. t. 323. (fig. bona.) *Xanthornus icterocephalus cayanensis Brist.* 2. p. 124. t. 12. f. 4. *Carouge de Caj. Buff.* Pl. enl. n. 343. (fig. mediocr.) *Oriolus Icterocephalus Auctor.* *Pendulinus Icterocephalus Vieill.* l. c.

Avis junior adultae ptilosi se induens. Scapularibus et dorsiplumis ex parte fuliginoso-nigricantibus limbo dilutiore; corporis partibus inferioribus plumis olivascentibus intermixtis.

Rostrum nigrum; pedes et ungues nigricanti-fusci; cauda subrotundata; capitis gutturisque plumae discretae. Longitudo totalis $7\frac{1}{2}''$, rostri a fronte $8'''$, alae $3'' 5'''$, caudae $2'' 11'''$, tarsi $1''$. Habitat in *Cayenna*. (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. An huc ponendus *Corvus Zanoë* auctorum? Foemina a mare quoad ptiloseos picturam haud differre videtur.

21. *Ps. Chrysopterus*. Rostro recto gracili acutissimo, cauda cuneata ac tota ptilosi unicoloribus aterrimis, exceptis alarum tectricibus superioribus minoribus ac mediis aureo-flavis, inferioribus marginalibus pallidioribus remigibusque nigricantibus intus versus basin parum dilutius limbatis. *Mas* et *Foem. adult.*

The yellow-winged Pie. Edw. J. 322. Carouge de l'isle St. Thomas Buff. pl. enl. n. 535. f. 3. Oriolus cajennensis Auctor. Icterus cajenn. Daud. Troupiale noir à couvertures des ailes jaunes Azar. n. 67. Agelaius chrysopterus Vieill. N. D.

Juv. Capite supra ejusdemque lateribus nigricantibus, superciliis multo dilutioribus; dorso obscure fusco; plumis caeteris corporis superioris et inferioris nigris, limbo rufo, in plumis corporis inferioris multo angustiore et pallidioribus; alae pictura ut in mare.

Juv. hornot. Foeminae similis, ptilosi minus nitida.

Cauda longiuscula cuneata $3'' 5'''$ longa; mesorhinium acutocompressum frontem parum intrans, ibi vix $\frac{1}{4}'''$ latum; irides laete flavae (fusco-nigrae secundum scidulas exuviis affixas); pedes plus minusve fusco-nigricantes. Longitudo totalis $7''$, alae $3\frac{1}{2}''$, tarsi $10'''$, rostri a fronte $8'''$. Habitat frequens in *Cajenna, Brasilia, Paraguay* et in omnibus insulis *Antillis magnis*, cantu non ingrato. (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. *Turdum plumbeum* auc-

torum, ejusdem exclusae varietate, huc pertinere credo.

22. *Ps. Chrysocephalus*. Fronte antice, superciliis, capite ad latera, corpore subtus inferius a mento usque ad crissum, alis ac earum margine, collo postico, dorso, tergo caudaque nigerrimis, unicoloribus; frontis parte maxima cum toto pileo et occipite, nuchae lateribus, tibiis, ac alarum tectricibus superioribus minoribus et inferioribus aureo-flavis. *Mas adult.*

Xanthornus icterocephalus americanus Briss. Append. p. 38. t. 2. f. 3. Gelschulterige Atzel Merr. Beitr. 1. t. 3. (fig. bona.) Oriolus Chrysocephalus Auctor. Pendulinus Chrysocephalus Vieill. N. D. Icterus Chrysocephalus Spix. Av. Brasil. t. 67. f. 1. (fig. bona.)

Foem. Mari similis, diversa ab eo: flavedine capitis nucham haud attingente, nigro mixta; crisso nigro, caudae tectricibus superioribus parum flavis. (*Vieill.*)

Rostrum gracile, subtiliter arcuatum, fere ut in *Philedone corniculato* formatum, acutissimum, nigrum, mesorhinio compresso-acuto frontem vix intrante, pedes plus minusve obscure fusci; cauda subcuneata. Longitudo totalis $8''$, alae $3'' 11'''$, caudae $3''$, tarsi $10'''$, rostri a fronte $10'''$. Habitat non infrequens in *Brasilia* et insulis *Antillis magnis*, cantu suo melodico ac suavi lusciniam fere superans. (*Mus. Paris., Monac.*)

23. *Ps. Flavigaster*. Capite, collo, dorso, *pectore, ventre supremo*, cauda alisque nigerimis; tergo, uropygio, corpore subtus ab imo ventre usque ad crissi finem, tibiis, alarum margine, plica, tectricibus superioribus minoribus ac inferioribus aureo-flavis; cauda gradata; rostro pedibusque nigris. *Mas adult.*

Xanthornus dominicensis Briss. 2. p. 121. t. 12. f. 3. Ca-

rouge de St. Domingue Buff. Pl. enl. n. 5. f. 1. *Oriolus dominicensis Auct. or. Pendulinus Flavigaster Vieill.* N. D.

Foem. Mari similis, ptilosi minus nitida. (*Vieill.*)

Rostrum ut in *Chrysocephalo* formatum; irides flavae (?). Longitudo totalis 8^{ll}, rostri ab oris angulo 11^{ll}, caudae 3^{ll} 7^{ll}, tarsi 10^{ll} 1/2^{ll}. Habitat in *S. Dominici insula.* (*Mus. Paris.*)

Nota. Auctorum *Oriolus viridis* spectat non ad avem juniorem hujus speciei, ut cl. *Vieillot* habet, sed ad hornotinum *Psarocolium Guirahuro*, cujus rostrum validius icon *Buffoniana* optime monstrat.

24. *Ps. Rufigaster.* Ptilosi tota aterrima, exceptis ventre ac crasso laetissime rufis.

Pendulinus Rufigaster Vieill. N. D. 5. p. 321. *Id.* Encycl. meth. l. c. p. 708.

Habitus et magnitudo *Flavigastri*, rostrum pedesque nigri. Habitat in *America meridionali.* (*Mus. Paris.*)

γ. *Ps. hymeniorhin*, rostro recto subulato-conico obsolete angulato, mesorhinio in fronte subasserculiformi.

25. *Ps. Jamacaii.* Capite toto ac collo antico, dorso medio, scapularibus ac tota cauda nigerimis; collo postico, tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus ac alarum minoribus nec non corpore subtus inferioribus a collo usque ad crissi finem laete ac saturate croceo-aurantiacis; alis toto nigris, exceptis remigibus secundariis extus medio large, omnibus intus basin versus paullo albo-limbatis; tectricum alarum majorum et tectricum basi paullulum alba; tectricibus alarum inferioribus flavis. *Mas adult.*

Jamacaii *Marcgr.* p. 198. (*Descriptio opt.*) *Yellow and black Pye.* *Catesb.* *Carol.* App. t. 6. *Oriolus Jamacaii Gmel.*, *Lath.* *Pendulinus Jamacaii Vieill.* *Agelaius longirostris*

Vieill. N. D. 34. p. 547. (*Descriptio non satis accurata.*) *Id.* Encycl. meth. Livr. 91. p. 718.

Foem. Mari similis, eodem paullo minor, ptilosi minus nitida,

Juv. Vertice, occipite, collo postico, dorso toto ac tergo, corpore inferiore ac alarum tectricibus superioribus minoribus aurantio-flavis; fronte, capitis lateribus, gula, alis ac caudae nigris; remigibus secundariis extus quam in adulto minus large albo-limbatis.

Rostrum rectum, compresso subangulosum, nigricans, gnathidiis margaritaceo-caesiis; pedes unguesque fuscescens; orbitae nudiusculae coerulecentes; irides castaneo-sulphareae; rectrices subgradatae; colli antici plumae longiusculae. Longitudo totalis maris 9^{ll} 1/4^{ll}, rostri a fronte fere 1^{ll}, ab oris angulo 12^{ll} 1/2^{ll}, alae 4^{ll} 3^{ll} 1/2^{ll}, caudae 4^{ll} 7^{ll}, tarsi 1^{ll} 1^{ll}. Habitat in *Brasilia* et *Carolina meridionali*, nidum filis affigens *Musae folio.* (*Mus. Paris., Monac. etc.*)

Nota. Haec species differt ab *Ictero* simillimo characteribus notatis. Icon *Catesbyana* sane huc spectat.

26. *Ps. Icterus.* Rostro acutissimo, subtereti cinereo-albido; capite toto, collo antico, dorso medio ac cauda tota nigerrimis; collo superiore ac laterali, pectore reliquisque corporis partibus inferioribus, tergo, uropygio, caudae tectricibus, superioribus ac alarum minoribus splendidissimis flavo-aurantiis; tectricibus alarum superioribus majoribus dorso proximis albis, ab eo remotioribus nigris; remigibus nigris, mediis extus albo-limbatis. *Adult.*

Icterus *Brisson.* 2. p. 86. t. 8. f. 1. (*Descript. opt.*) *Le Troupiale Buff.* Pl. enl. n. 532. (*fig. accurata.*) *Oriolus Icterus Auct. or. Pendulinus longirostris Vieill.*

Rostrum subtilissime deorsum inclinatum; pedes ungues-

que plumbei; gutturis plumae longiusculae, angustae. Longitudo totalis $9\frac{1}{2}''$, rostri ab oris angulo $15''$, caudae $4\frac{3}{4}''$, tarsi $16''$. Habitat in *Cajenna*. (*Bris s.*)

- † 27. *Ps. Baltimore*. Mento, gula, toto capite et collo postico dorsoque nigerrimis, unicoloribus, alarum tectricibus superioribus minoribus, inferioribus, tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus ac toto corpore subtus inferius a gula usque ad crissum finem laete ac saturate aurantio-rubris; alarum tectricibus superioribus majoribus renigibusque omnibus nigris, illis largiuscule, his subtiliter extus albo-limbatis; remigibus marginum interno albidis; rectricibus duabus intermediis totis nigris, lateralibus a basi usque ad medium nigris, dein fulvo-flavis. *Mas adult.* (anno tertio.)

Baltimore Bird. Cat. s. b. Carol. 1. t. 48. *Icterus minor Bris s.* Ornith. 2. p. 109. t. 12. f. 1. *Le Baltimore du Canada Buff.* Pl. enl. n. 506. f. 1. (fig. satis accurata). *Oriolus Baltimore Auctor.* (exclusa descriptione foeminae.) *Wils.* Americ. Ornith. 1. p. 23. t. 1. f. 3. fig. 3. (fig. opt.) *Yphantes Baltimore Vieill.* N. D.

Foem. adult. Gula tota nigricante; capite et collo supra nigris, transversim olivaceo-flavo undulatis; tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus, alarum minoribus et toto corpore subtus aurantio-flavis; tectricibus alarum majoribus et remigibus saturate sordide fuscis, illis largiuscule, his subtiliter sordide flavido-albo limbatis; cauda tota unicolore olivaceo-flava, interdum rectricibus duabus intermediis nigricanti-lavatis; rostro, pedibus unguibusque caesiis.

Wils. Americ. Ornith. 6. p. 88. t. 53. f. 4. (fig. accurata)

Juv. Dorsus nigro aurantio-vario; cauda aurantio-terminata, aut tota aurantia, interdum rectricibus 2 intermediis nigris.

Rostrum pedesque caesii; irides avellanae; cauda fere aequalis. Longitudo totalis $6\frac{3}{4}''$, rostri solius ab oris angulo $9''$, caudae $2\frac{3}{4}''$, tarsi $10''$. Habitat frequens in *America septentrionali* a Mexico ad Canadam usque mense Majo adveniens (primum mas), versus finem mensis Septembris discedens, et in terris Brasiliae confinibus locis aperitis fruticosis, campestribus et sylvaticis; nidum struit cylindraceum apice horizontali foramine rotundato, patulum ex bifurcatura ramorum Iriodendri, platani etc. pendulum e plantarum fibris, crinibus equinis mire contextum, intus pilis bovinis aliisque materiis mollibus stratum; ova parit 4-5 alba, subtiliter incarnato-lavata et, praeter apicem acutum, lituris subtilissimis et maculis parvis fuscis perreptata; vicitat insectis; non inharmonice cantillat. (*Mus. Paris., Monac.*)

Nota. Descriptio auctorum sic nominatae foeminae hujus speciei spectat ad avem virilem triennem *Psarocolii castanei*. Huc ponendus erit *Oriolus Castotoll*, cujus descriptio pessima.

28. *Ps. tanagrinus*. Ptilosi tota pure nigra, nitente, subsericea, imprimis colli ac totius capitis; rostro habitu *Psarocolii Icterocephali validiore*, recto, acuto, mesorhinio distincto lineari-prominulo, gonyde subtiliter ascendente; remigibus mediis perquam latis; cauda longiuscula rectricibus utrinsecus tribus lateralibus gradatis; pedibus medio-rectricibus violaceo-nigricantibus. *Mas adult.*

Le Troupiale noir et varié Azar. Voy. n. 71. *Agelaius Cyanopus Vieill.* N. D. 34. p. 552. *Id.* Encycl. meth. Livr. 91. p. 719. *Icterus tanagrinus Spix* Av. Brasil. t. 64. f. 1. (fig. medio-cr.)

Foem. adult. Mari simillima, eo paulo minor.

Rostrum et pedes nigrican-

tes; irides fusco-nigrae. Longitudo totalis maris $8\frac{1}{2}'''$ (foeminae $8'''$), alae $4\frac{1}{2}'''$, tarsi $1\frac{3}{4}'''$, rectricum intermediarum $3\frac{1}{2}'''$, extimarum $2\frac{1}{2}'''$ $8'''$, rostri ab oris angulo $9\frac{1}{4}'''$, a fronte $7\frac{1}{2}'''$, altitudo gnathidiorum $1\frac{1}{2}'''$, latitudo mesorhinii prope frontem $\frac{1}{2}'''$. Habitat in *Brasilia* versus flumen *Amazonum* et in *Paraguayae*; ratio vivendi *Psarocolii militaris*. (*Mus. Monac.*)

Nota. A *Psarocolio sericeo* haec species primo intuitu rostro debiliore, mesorhinio angusto, ptilosi non polita, sublaxa, cauda gradata etc. distinguitur. Gnathidia debilia ut in reliquis speciebus versus oris angulum deflexa et non recta sunt ut cl. *Spixius* habet. — Non credam avem a cl. *Azara* pro ave juvenili aut pro foemina habitam huc pertinere. Describitur ab eo: capitis lateribus nigricantibus; macula parva supra oculum parum conspicua flava; capitis plumis, nuchae, uropygii ac omnibus fere tectricibus superioribus alarum nigricantibus, flavescenti-limbatis; dorsi supremi plumis tectricibusque majoribus nigris, margine rufescentibus; dorso fere fusco; remigibus nigricantibus; rectricibus nigris; gula suprema nigro flavoque quasi varia, infima, collo antico, pectore et ventre sordide flavis; plumis laterum ejusdem coloris medio nigris, tibiarum fuscis, crissi flavo-radiatis; alarum tectricibus inferioribus fuscis, flavo-lavatis. Individua nonnulla in collo antico et corpore inferiore plumis prope rhachin fuscis praedita sunt.

♂. *Ps. hymeniorhini* rostro robusto brevi-conico, mesorhinio in fronte brevi asserculiformi.

29. *Ps. sulcirostris*. Rostro nigro, validiusculo, mediocri, conico-acuminato, compressiusculo, gnathidiis plicis nonnullis emergentibus, obliquis; alis,

cauda et reliquis ptilosi atro-nitentibus, unicoloribus (absque splendore viridi sive purpurino); capitis totius, imprimis verticis, collique plumis linearibus, acuminatis. *Mas et Foem. adult.*

Turdus curaeus Gmel., *Latham.* (*Sturn. cur. Daud.*) *Le Chopi Azar. Voy. n. 62. Agelaius Chopi Vieill. N. D. 34. p. 537.*) *Icterus unicolor Lichtenst. Berl. Vög. Verz. S. 19. Icterus sulcirostris Spix Av. Brasil. t. 64. f. 2.*

Juv. hornot. Rostro sine plicis emergentibus in gnathidiis, laevi; ptilosi tota fuliginosa, vix in colorem nigricantem vergente; plumis capitis collique non strictis, sed apice rotundatis, planiusculis; rostri habitu universali avis adultae.

Avis junior adultae ptilosise induens. Gnathidiorum plicis plus minusve emergentibus, ptilosi fuliginosa plumis intermixtis atro-nitentibus, pileo intermixtis prorumpentibus linearibus.

Pedes et ungues saturate nigri; cauda fere aequalis; alae longae, acutiusculae; oculi parvi iridibus fusco-nigris. Longitudo totalis $9\frac{1}{2}'''$, caudae $4'''$, alae $5\frac{3}{4}'''$, tarsi $1\frac{1}{4}'''$, rostri ab oris angulo $1'''$; mesorhinii latitudo $1'''$. Habitat in *Brasilia*, *Paraguayae*, locis cultivatis, libenter habitaculorum tectis aut horum sic dictis tempestatis vexillis insidens ibique omnium fere avium prima solem orientem cantu suo suavi ac melodico consalutans, non timidus, inquietus vero ac petulans, non raro ipsos falcones clamore quodam sibilante, suaviter modulato cum syllaba *chopi* incipiente, ad certamen quasi provocatos in fugam vertens, horum dorso adhaerens idque rostro suo acuto tundens; semel in anno, Novembri, nidificans, nidum in murorum ac rupium fissuris, in arboribus cavis, non raro sub aedificiorum tecta, interdum inter citri ramos aut aliarum arborum fronte densa praeditarum e parvis ramentis lignariis cala-

misque teneri, struens et intus plumis ac aliis rebus mollibus parce struens, ova quatuor alba parietibus; pulli neonati, sicut aliarum specierum hujus generis, neci. (*Mus. Paris.*, *Monac.* etc.)

Nota. An avis pulla a *Noseda* descripta sane huc referenda?

In nullo a me observato specimine (quorum multa vidi) nec macula in alarum tectricibus inferioribus rufa nec alia quam descripta ptiloseos pictura observanda fuit.

30. *Ps. pecoris. Cassici sericei* habitu eique similis; rostro validiore, paulo brevior, nigro; capite toto collo pectoreque fuliginoso-fuscis; alis, cauda caeteraque ptilosi nigris, nitidissimis et politis, in purpurinum vergentibus. *Mas adult.*

Troupiale de la Caroline Buff. Pl. enl. n. 606. f. 1. *Sturnus obscurus Gmel.*, *Sturnus juncti Lath.* *Oriolus fuscus Gmel.* *Icterus emberizoides Daud.* *Emberiza pecoris Wilson.* *Americ. Ornith.* 2. p. 145. t. 18. f. 1. (*fig. opt.*) *Fringilla pecoris Lichtenst.* *Berl. Vög. Verz.* S. 23. *Passerina pecoris Vieill.* N. D. 25. p. 22.

Foem. adult. Mare minor; capite et collo supra, dorso, alis caudaque fuliginoso-fuscis, unicoloribus, toto corpore subtus ejusdem fere coloris multo dilutior, gutture albo.

Cowpen Bird. Catesb. *Carol.* 1. t. 34. *Fringilla pecoris Gmel.*, *Lath.* — *Wils.* 1. c. f. 1.

Juv. Foeminae adultae similis, diversa ab ea: ptilosi dilutior, regione circa oculos nudiuscula, cauda apice rotundata, pectore striolis obscurioribus vario.

Wils. 1. c. fig. 3.

Rostri robusti, conici forma ut in *Psarocolio sericeo*; pedes unguesque robusti nitide nigri; irides obscure avellaneae; cauda apice submarginata. Magnitudo et forma prorsus speciei sequentis. Habitat in *America septentrionali*, in insula

St. Domingue, Virginia, in Pennsylvania e regionibus australioribus versus finem Martii aut Aprilis adveniens, ut plurimum in societate cum *Psarocolio phoeniceo* quocum in pratis inter pecora gregatim pascitur, et gregibus numerosis abit; migrationis tempore praeterlapso gregibus parvis (8-10), rarius solitarius ad sylvarum margines reperitur; foemina parit ovum unum sordide album, punctis parvis fuscis conspersum in nidis Sylviarum, Muscicaparum et aliarum avium parvarum, pullique ab iis maxima cum cura nutriuntur; victus idem qui *Psarocolii sericei*. (*Mus. Paris.* etc.)

Nota. Non rostro solo sed imprimis pedum robustorum forma, ut in caeteris speciebus hujus divisionis formatis, haec species et a *Fringillis* et ab *Emberizis* quibuscum unita est discedit.

31. *Ps. sericeus.* Rostro conico breviusculo pedibusque nigris; cauda, alis ac tota ptilosi sericea trunci supra ac subtus nigris, nitidissimis et politis, capite toto et collo, pectore dorsoque in violaceo-purpurinum, alis caudaque nonnihil in viride vergentibus; remigibus subtus ac intus nigris, absque splendore; cauda fere aequali; capitis superioris plumis congruis margine rotundatis. *Mas adult.*

Le Tangavio Buff. Pl. enl. n. 710. (*fig. bona.*) *Tanagra bonariensis Gmel.*, *Lath.* *Icterus niger Daud.* *Le Troupiale commun.* *Azar.* *Voy.* n. 61. *Passerina discolor Vieill.* N. D. 34. p. 552. *Id.* *Encycl. method.* *Livr.* 93. p. 939. n. 26. *Icterus sericeus Lichtenst.* *Berl. Vög. Verz.* S. 49. *Icterus minor Spix* *Av. Brasil.* t. 63. f. 2.

Foem. Mare multo minor; alis quam in hoc multo brevioribus; pedibus unguibusque fuscis; capite supra, collo postico, dorso, uropygio caudaeque tectricibus superioribus pistacino-fuscis; occipitis lateralis vitta, toto

PSAROCOLIUS.

corpore subtus a menti initio usque ad crissi finem et alarum tectricibus inferioribus ejusdem coloris sed multo dilutioribus; macula regionis paroticae dilute fusco-cinerascente; remigibus et alarum tectricibus superioribus omnibus fuliginoso-fuscis, omnibus rufo-limbatis; reatricibus remigum picturae, pallidioris vero; rostro nigro-fusco.

Icterus fringillarius *Spix* Av. Brasil. t. 65. fig. 1 (et fig. 2. avis junior.)

Juv. Nitoris expers, supra fuliginosus, subtus cinerascens-fuliginosus. (*Lichtenst.*)

Irides fusco-rubicundae. Longitudo totalis maris $7\frac{1}{2}''$ (foeminae $6\frac{3}{4}''$), alae $4\frac{1}{4}''$ ($3\frac{1}{2}''$ $4''$), caudae $3''$ ($2''$ $5''$), tarsi $10''$ ($10''$), rostri a mesorhynii apice postico $8''$ ($8''$), digiti intermedii, excluso ungue, fere $8''$ ($7''$); latitudo mesorhynii planiusculi $1''$; foemina habet respectu corporis molis pedes quam mas validiores; mesorhynium angustiusculum, subdepressum, frontem intrans. Habitat frequens in *Brasilia*, *Guiana*, *Paraguay* et in insulis *Porto-Rico* et *St. Domingue*, locis cultivatis ad sylvarum margines, gregarius inter pecus ambulans aut ejusdem dorso insidens; cuculi et speciei praecedentis ad instar ovum suum in nidis aliarum avium parit, imprimis turdorum, tanagarum etc., quae incubant et nutriunt pullum; victitat vermibus et insectis. (*Mus. Paris.*, *Monac.*, *collect. mea.*)

Nota. Foemina hujus speciei cum ea praecedentis simili non confundenda est; ambarum jam analogia respectu ptiloseos picturae attestat avem hic pro foemina descriptam, sane pro eadem haberi debere. Alae foeminae in omnibus speciebus hujus generis quam in mare plus minusve breviores sunt. *Oriolus minor Lathamii* et *Gmelinii* e systemate avium relegandus est. Pars maxima descriptionis vacillantis ad hanc speciem, altera

vero, et imprimis citata tabula Buffoniana 606, ad marem speciei sequentis spectat.

8. *Ps. hymeniorhini*, rostro emberizino, mesorhynio in fronte lanceolato-terminato.

52. *Ps. caudacutus*. Rectricibus omnibus nigris, subtus apice paullo albidis, acuminatis (ut in *Dendrocolapte*); capite toto, collo antico, dorso et toto corpore inferiore nigerrimis, paulo nitentibus plumis verticis (in plurimis speciminibus) longitudinaliter fuscescenti-, dorsi margine albedo-flavido variolosis, abdominis crissique subtiliter rufescenti-albido terminatis; scapularibus, tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus pure albis; cervicis macula maxima alba, flavido-rufescente lavata; alis nigris, remigibus primariis stricte flavo-, et secundariis extus albo-flavido terminatis; rostro incarnato culmine et ad latera plumbeo. *Mas adult. trienn. ptilosin vernalem generis.*

Catesb. Carol. t. 14. (fig. inferior.) *Edw.* t. 291. (fig. mediocr.) *Emberiza oryzivora* *Wils.* Americ. Ornith. 2. p. 48. t. 12. f. 1. (fig. opt.) *Passerina oryzivora* *Vieill.* Encycl. meth. Livr. 93. p. 944. (*Descript. opt.*)

Foemina et Mas adult. ptilosin autumnalem gerent: Capitis parte suprema vittis tribus longitudinalibus, intermedia obscure flavo-virescente, reliquis nigricantibus; vitta supra oculos flavo-virescente; regione illos inter et rostrum alba; macula nigra utrinque pone oris angulum; genis, gula reliquisque corporis inferioribus partibus nec non margine externo tectricum majorum ac mediarum flavo-virescentibus; plumis colli postici, dorsi, tergi, uropygii, laterum, pectoris caudaeque tectricibus superioribus nigris, obscure flavido-virescente limbatis; pedibus dilute fuscis; rostro fusco-rufescente.

PSAROCOLIUS.

Wils. l. c. f. 2. (fig. satis accurata.)

Juv. hornot. Capitis parte suprema vittis tribus, intermedia subrufescente, reliquis fuscis; superciliis sordide flavis; collo supra rufescente; dorso nigricante et fusco-flavido vario; uropygio caudaeque tectricibus superioribus fusco-rufis; reetricibus remigibusque fuscis, flavido-marginatis; gula reliquisque corporis inferioribus partibus dilute flavidis, lateribus fusco-maculatis.

Oriolus caudacutus Auct. or. (Descriptio ex ave ptilosi avis biennis se induente.) Ortolan de la Louisiane Buff. Pl. enl. n. 388. f. 1. (fig. e specimine avis triennis ptilosi se induente.) Emberiza oryzivora var. β Auct. or.

Avis biennis adultae ptilosi se induens. Avi trienni plus minusve similis, capitis dorsique plumis nigris rufescenti-marginatis; uropygio cinereo-olivaceo; reetricibus nigris apice superius fuscis, subtus cinereis, extus flavicanti-marginatis.

Hortulanus carolinensis Brisson. 3. p. 282. t. 15. f. 3. Agripenne Buff. Pl. enl. n. 388. f. 2. (fig. accurata.) Chipiu à tête jaune Azar. Voy. n. 131.

Rostrum prorsus *Psarocolii sericeii*, palato, ut in reliquis speciebus hujus generis, in sulco exarata linea emergente, longitudinali, non gibbere ut in *Emberizis*, praeditum; cauda mediocris, subfurcata; irides fusco-nigrae; pedes validiusculi, fusciscentes. Longitudo totalis $6\frac{3}{4}$ ''', rostri a fronte $6\frac{1}{4}$ ''', tarsi 1''', caudae 2'' 10''', alae 3'' 2'''. Habitat in *Paraguay*, *Mexico*, *Cuba* e qua, oryza depasta, Septembri in *Georgiam*, *Carolinam* et, ut dicitur, in *Canadam* migrat, oryza sistos ibi agros similiter devastans, quo facto Aprili et Majo in *Novboracum* pergit, ibi primo vermicibus et insectis viclitat, zea autem maturiscente ejus spathas perforando, ut pluvia intrare possit, istas quoque segetes per-

dit; sexus gregibus distinctis, magnis vere migrant; nidus magnus locis paludosis, apertis, in humo inter plantas altas e foliis structus, intus plantis mollioribus stratus; ova 4-5 albo-coerulescentia, fusco-maculata parit; oryzae seminibus viclitans plantae cauli corpore verticaliter sito adhaeret; cantus egregius; caro deliciosa.

Nota. Avis haec in capitivitate autumno non alia ptilosi se induit; vivam ipse possidet. Ptiloscos pictura avis biennis fere in omni specimine diversa.

53. *Ps. rufescens.* Rectricibus ut in *Psarocolio caudacuto* formatis remigibusque fusco-nigris extus griseo-rufescente marginatis; frontis margine vittisque duabus in capitis suprema parte longitudinalibus, medio tertiam griseam includentibus nigris; stria utrinque pone oculos nigricante; genis auriumque regione griseis; corpore rufescente, in nonnullis locis tectricibusque nigricanti-maculatis; dorsi maculis magnis, in corporis inferioris pectorisque lateribus raris. *Mas adult.*

Passerina rufescens Vieill. N. D. 25. p. 25. Id. Encycl. meth. Livr. 93. p. 492.

Foem. Mari simillima absque macula pone mandibulae basin nigra.

Habitus universalis, imprimis rostri et caudae, *Psarocolii caudacuti*, rostrum quam in hoc nonnihil gracilius, fuscum, subtus dilutius; pedes unguesque longi dilute fusci. Longitudo circiter 6'''. Habitat in *Novboraco*, per familias migrans, libenter arboribus insidens; cantus vix ullus. *Vieill.*

Nota. Hanc avem a me nondum visam *Wilsonii Fringillae caudacutae* (Americ. Ornith. 4. t. 34 f. 3.) subsimilem, ob affinitatem suam cum specie praecedente huc posui. — Haec et praecedens species formant transitum pulchrum a *Psarocoliis* ad aves passerinas.

PSAROCOLIUS.

Species a me non visae, quarum locum rectum in hoc genere ignoro.

1. *Ps. nidipendulus*. Capistro et torquæ nigris; vertice, collo, dorso caudaque ex rubicundo fuscis; pectore et abdomine ex fusco flavis; rostro albo; alis obscurius fuscis, albo intermisto.

Or. nidipend. Auctor. Sloane Jamaica. p. 300. t. 258. f. 3.

2. *Ps. melancholicus*. Menti parva parte ac vitta lata a rostri basi per oculos supra aures, dein acuminata versus colli latera ducta nigris; capitis superioris, colli postici, dorsi plumis ac tectricibus alarum superioribus nigris, large aurantio-fusco cinctis; corpore inferiore toto ac collo antico dilute rufescentifuscescentibus; collo antico pectoreque nigro-maculatis; scapularibus dilute flavido-fuscis; cauda nigra subtiliter rufescentiterminata; remigibus nigris rufescenti-marginatis; rostro ac pedibus rubicundo-incarnatis; unguibus fuscis; iridibus avelaneis.

The Schomburger Edw. t. 85. Oriolus melancholicus Auctor. (exclusa varietate.) Mexico. Habitus, quantum ex icone patet, Psarocolii militaris; eo paullo minor.

3. *Ps. virescens*. Ptilosi tota virescente, exclusis stria superciliari, genis ac gula flavis tectricibusque alarum nonnullis apice albis; rostro pedibusque obscure fuscis. Longitudo 9".

Oriolus virescens Lath., Oriolus viridis n. 42. Gmel. Fretum Hudsonis. An foeminae descriptio?

4. *Ps. cartagenensis*. Fusco rufoque varius; corpore subtus uropygioque flavis; capite nigro; superciliis gulaque albis; alis caudaque rufis nigro-maculatis; rostro nigro.

Oriolus cartagenensis Lath. Magnitudo Orioli Galbulae, Cartagena.

5. *Ps. albirostris*. Cauda et reliqua corporis ptilosi nigris, unicoloribus, exceptis duabus tectricum minorum maculis et alia uropygii laete flavis; rostro albo; verticis plumis longiusculis, parum applicatis; iridibus flavis; pedibus nigris; rectricibus lateralibus gradatis.

Yapu noir et jaune Azar. Voy. n. 59. Cassicus albirostris Vieill. N. D. 5. p. 364.

Longitudo 8", caudae 3 1/2", rostri 1 1/2", tarsi 1 2/3". Habitat in *Paraguayae* nemoribus per paria.

Nota. Ab *Icteronoto* facile haec species statura minore et cauda nigra, a *Psarocolio chryoptero* rostro albo etc. distinguitur. — *Vigorsii Xanthorn. chryopterus*, „niger, capite subcristato, ptilis uropygioque flavis, 6 1/2" longus“ (Zool. Journ. T. 2. p. 128. n. 6.) huc spectare videtur. Descriptionem hujus auctoris completam nondum legi. (*Bullet. univ. des scienc. 1826. n. 5. p. 112.*)

6. *Ps. solitarius*. Ptilosi tota nigra, tarso plumbeo; iridibus rufis; tomis apice solum congruentibus; naribus praeparvis prope capistri plumas; rectricibus gradatis.

L'Yapu noir Azar. Voy. n. 58. Cassicus solitarius Vieill. N. D. 5. p. 364. Id. Encycl. meth.

Longitudo totalis 10 1/2", caudae 4 5/6" (rectrix extrema utrinque intermediis 9", hae sequente utrinque 2" breviores), tarsi 1 7/8", digiti intermedii 1 1/2", rostri 1 5/8". Habitat in *Paraguayae* nemoribus densis solitarius, rarus, haec nunquam relinquens; vox gaaa, interdum pupui.

Nota. Avem hanc cl. *Azara* auctorum *Cassicis* annumerat.

7. *Ps. badius*. Macula parva rostrum inter et oculum nigra; capitis collique parte reliqua, corpore inferiore ac alarum tectricibus inferioribus fuscis, coerulescenti-nitentibus; corpore su-

pra ac alarum tectricibus superioribus minoribus obscure fuscis; cauda, remigibus et tectricibus majoribus ac mediis nigricantibus, tribus ultimo dictis rubicundo-limbatis; pennis reliquis rhachi et apice nigricantibus, caeterum rubicundis; rostro nigro; pedibus nigricantibus; iridibus rufis; cauda subaequali.

Le Troupiale brun-rougeatre Azar. n. 63. *Agelaius badius Vieill.* N. D. 34. p. 535. *Id.* Encycl. meth.

Longitudo totalis 7¹¹, caudae 2⁵/₆¹¹, tarsi 13¹¹, digiti intermedii 7¹¹, rostri 7¹/₃¹¹. Habitat in *Paraguay* usque ad flumen *Plata* solitarius, interdum per paria.

8. *Ps. Pyrrhopterus.* Ptilosi tota aeterrima, unicolore, excepta macula in alarum tectricum superiorum medio, 6¹¹ lata laete badia; rostro valido, acutissimo tarsisque robustis profunde nigris; capitis plumis dense positis.

Le Troupiale noir à couvertures des ailes rousses Azar. Voy. n. 74. *Agelaius pyrrhopterus Vieill.* N. D. 34. p. 543. *Id.* Encycl. meth.

Nares latae, superius membrana parva tectae, capistri plumis perapproximatae; cauda gradata; rectrix extima utrinque quatuor intermediis 11¹¹ brevior; digiti breviusculi; irides rufae. Longitudo totalis 8³/₅¹¹, caudae 3⁵/₆¹¹, tarsi 11¹¹, digiti intermedii 6¹/₃¹¹, rostri 8¹¹. Habitat in *Paraguay* subgregarius, assidue ad sylvarum margines, insectis solum victitans, vividus, timidus, volatu rapido, interdum in humo ambulans; nidus, palmae ramo extremo pendulus ex ejusdem fo-

liis adnatis libri fibrillis intertextis structus, superius ramo ipso tectus; ova 3; pulli neonati colore adultis similes.

Haec species pertinet, ut videtur, ad divisionem litera β signatam.

9. *Ps. Flaviceps.* Genis, collo ac corpore supra, cauda ejusque tectricibus superioribus, tectricibus alarum magnis, remigibus tibiarumque latere externo nigris; reliquis ptiloseos partibus collique lateribus laete et pure flavis; fronte et collo antico aurantiis; alis ac cauda subtus nigricantibus. *Mas et Foem. adult.*

Le Troupiale à tête jaune Azar. Voy. n. 66.

Cauda fere aequalis; irides fusco-rufescentes. Longitudo totalis 7¹/₂¹¹, caudae 2⁵/₆¹¹, tarsi 14¹/₂¹¹, digiti intermedii 9¹¹, rostri 9¹/₂¹¹. Habitat in *Paraguay* ad flumen *Plata* usque frequentissimus, per turbas cum avibus diversi generis consociatus, gregatim *Sturni* instar conclamans, libenter locis inhabitatis.

Nota. Auctorum *Oriolus flavus* e *Nova-Guinea* huic quoad colorem ptiloseos prorsus similis, interim huc ponendus est. An specimen a cl. *Sonneratio* descriptum et depictum (Voy. p. 113. t. 69.) sane ex insula *Panay* allatum?

Observatio. Figura in *Brownii* tabula 10 exposita praebet ex affirmatione cl. *Cuvierii* (Regne an. 1. p. 400.) speciem hujus generis. Figuram hanc nondum vidi; ab auctoribus inter synonyma *Corvi argyrophthalmi* recepta est.

Cl. *Lichtensteinii Icterus Caffer* (Berl. Vög. Verz. S. 19.) spectat ad *Plocesi* genus.

GENUS ORIOLOUS.*

ROSTRUM mediocre, capitis fere longitudine, cultratum, subdurum (ut plurimum fuscescenti-rubicundum et subpellucidum); maxilla basi validiuscula, subtri-gona versus apicem leniter deorsum inclinatum com-pressa, apice extimo acutiusculo vix aut paullo adun-
ca et emarginata, culmine compressiusculo-acutius-
cula, paratonis convexiusculis laevis, tomiis paten-
tiusculis, rectissimis, acutissimis, pellucidis inte-
gra; mesorhinium trigono-compressum prope fron-
tem non dilatatum; palatum medio acie unica emer-
gente; mandibula quam maxilla parum brevior, rec-
ta, acuminata, basi latiuscula, apice extimo subtili-
ter emarginata, gnathidiis planiuscula, reliqua parte
convexiuscula, myxa dimidiam partem mandibulae
longitudine occupans, rotundato-compressiuscula, lae-
vis; tomia recta, acuta; oris angulus obtusiusculus
plumosus; vibrissae singulae, breves in angulo la-
biali.

NARES basales, laterales, superne membrana nuda
semiclausae, rima ovali, longitudinali inferne aper-
tae, in fovea ramphothecae impressiuscula sitae.

LINGUA lanceolata, apice excisa ibidemque laterali-
ter subfimbriata.

PEDES ambulatorii, tetradactyli, mediocres, submol-
les, scutulati, planta caligati; tarsus digito interme-
dio paullo longior, compressus; digitus externus cum
intermedio basi coadunatus, internus totus liber;
hallux digiti interni fere longitudine basi subcalloso-
dilatatus; ungues mediocres, arcuati, compressi, acuti.

*) *Linnaei* et reliquorum auctorum. *Paradisea* —, *Turdus*
Linn., *Gmel.*, *Lath.* — *Gracula* *Lath.* — *Meliphaga* *Lewin.*
Coracias *Illig.*

ORIOLOUS.

ALAE mediocres caudae medium attingentes: remix prima quam secunda dimidia parte brevior, brevis, tertia et quarta omnium longissimae, quinta his paulo brevior, quam secunda paulo longior.

CAUDA aequalis aut subaequalis, mediocris rectricibus 12.

PTILOSIS: plumae capitis, colli ac totius trunci subdiscretae, subincumbentes, capitis interdum tomentosae; lora plumosa; macula pone oculos parva triangularis nuda; ptilosis flava et nigra, foeminae, raro maris, virescens.

1. *O. aureus*. Capitis superioris plumis longiusculis cristae parvae speciem formantibus, collo pectoreque laetissime aurantiorubris; toto trunco supra ac subtus unicolore aureo-flavo, dorso ac tergo in aurantio-rubrum vergentibus; colli postici plumis elongatis, strictis, sericeis, capitis, frontem versus, gulaeque supremae holosericeis; gula nigerrima; rectricibus totis nigris macula apicali parva flava notatis; remigibus primariis a basi usque ultra medium, secundariis fere totis extus flavis; harum reliqua parte, remigibus mediis apice ac alarum plica nigerrimis; gulae nigredine in acumen desinente. *Mas adult.*

Golden Bird of Paradise Edw. t. 112. (*fig. mediocr.*) *Oriolus aureus* Gmel. *Paradisaea aurea* Lath., Vieill. Ois. dorés 2. p. 27. t. 11. (*fig. accurata.*) Lorient de Paradis Levaill. Ois. de Parad. 1. t. 18. (*fig. opt.*)

Foem. Ptilosi tota olivascente; gula fusco-nigra olivascens; variolosa; rostro pedibusque nigro-fuscis.

Levaill. l. c. t. 19.

Av. jun. viril. Adulto similis, remigibus primariis intus, secundariis a medio usque ad apicem olivaceo-viridibus.

Vieill. l. c. t. 10.

Rostrum corneo-fuscum; pedes (in exuviis) flavido-fuscescentes. Longitudo totalis 8½". Habitat in India orientali, imprimis in Bengala. (*Mus. Paris.*)

2. *O. regens*. Velutino-niger, unicolor, exceptis capitis partibus superioribus, collo postico, striola prope oculos remigibusque secundariis totis laetissime aurantio-flavis, quasi hyalino resplendentibus; capitis superioris plumis holosericeo-tomentosis, colli postici truncatis. *Adult.*

Meliphaga chrysocephala Lew. Birds of New-Holl. (*cum fig. satis accurat.*) *Oriolus regens* Quoy et Gaim. Voy. du Capit. Freycin. Part. zoolog. p. 105. t. 22. (*fig. opt.*) Temm. Pl. col. t. 320. (*fig. opt.*)

Rostrum flavum; pedes nigri; orbitae nigricantes; irides rubicundae. Longitudo totalis 10". Habitat in Nova-Hollandia in fruticetis, satis frequens in portu Jakson. (*Mus. Paris., Soc. Linn. Londin., collect. Doct. Sieber, Leadbeater Londin.*)

Nota. Ptiloseos differentias utriusque sexus prorsus ignoro: octodecim a me visa specimina ptilosi descripta praedita erant; species generis nitidissima.

3. *O. Galbula*. Capite, collo ac toto trunco supra ac subtus laetissime ranunculaceo-flavis; striola ante oculos ac alis nigris; tectricibus alarum majoribus externis largiuscule-, remigibus secundariis subtiliter flavo-terminatis; scapularibus plumis luteis pogonio externo nigris; remigibus primariis extus versus apicem strictissime albo-limbatis; rectricibus nigris a mediis versus laterales magis magisque largius flavo-terminatis, omnibus intus basin versus flavidis, duabus intermediis, excepta basi flavida, totis nigris, vix apice extimo flavis. *Mas adult. (trienn.)*

The golden Thrush Edw. 4. t. 185. (*fig. opt.*) *Le Lorient Buff.* Pl. enl. n. 26. (*fig. mediocr.*) *Oriolus Galbula* *Auctor. (exclusis varietatibus.)* Naum. Vög. Deutschl. t. 40. Meyer und Wolf Hft. 3.

Foem. Ptilosi corporis superioris viridi-olivascens, inferioris sordide alba, flavido-lavata, pluma quavis stria intermedia, longitudinali griseo-fusca; alis nigricantibus, remigibus olivas-

centi-limbatis; cauda ut in mare minus saturate tincta et ex parte in colorem olivascentem vergente.

Naum. l. c. t. 90.

Juv. hornot. Foeminae similis rostro griseo-nigricante; iridibus avellaneis; genis nigricanti-griscis; vertice ac cervice viridi-flavis; dorso ac tergo viridi-olivascentibus; uropygio caudaeque tectricibus superioribus in flavum vergentibus; crisso laete flavo; corpore toto inferiore albo, striis longitudinalibus nigricantibus, in pectore numerosioribus; alis nigricantibus, tectricibus large olivascente limbatis; reetricibus duabus intermediis nigricanti-flavis, parum flavo-terminatis, reliquis obscurioribus macula rotundata flava terminatis.

Juv. viril. Foeminae similis; ptilosi (*versus annum tertium*) plus minusve saturate flava, superiore interdum maculis nigris variegata, inferiore plus minusve nigricanti-striata.

Rostrum fuscescenti-testaceum; irides laete fuscescenti-rubrae; pedes obscure plumbei. Longitudo totalis 9'', rostri ab oris angulo $1\frac{1}{2}$ '', alae $5\frac{1}{2}$ '', tarsi 10'''. Habitat in *Africa septentrionali*, migratoria per totam fere *Europam*, ibi vere adveniens autumno in *Aegyptum* rediens, locis fruticosis sylvaticis, in hortis magnis per paria, migrationis aut adventus tempore gregaria, nidum urceolatum e musco, lichenibus, foliis plantarum fibris structum, intus plumis, lana aut aliis rebus mollibus stratum in arborum ramificationibus suspendens et ova 4-5 alba apice obtuso maculis singulis guttulisque fusco-nigricantibus obsita pariens, praeterlapsis viginti diebus exclusa; timidus; cantus brevis, sonorus ac melodice modulatus; victitat insectis, horum larvis ac fructibus parvis, imprimis cerasi et sorbi; in caveis difficile hospitatur.

4. *O. bicolor.* Capite, collo ac toto trunco supra ac subtus, alarum tectricibus superioribus minoribus ac inferioribus laete luteis, unicoloribus, exclusa vitta utrinque a rostribus per oculos versus occipitis latera ducta nigerrima; remigibus atris, secudariis ac tectricibus majoribus concoloribus extus luteo-limbatis; reetricibus duabus intermediis fere totis nigris, reliquis gradatim largius luteo-terminatis, omnibus intus basi, lateralibus pogonii interni margine quoque luteis; rostro saturate fusco-rubro. *Mas adult.*

Turdus flavus Auctor. *Loriot d'or Levaill.* Ois. d'Afr. 6. p. 36. t. 260. (*fig. opt.*) *Loriot bicolor Temm.* Cat. p. 46. *Oriolus auratus Vieill.* N. D. 18. p. 194. *Id.* Encycl. meth. *Temm.* Pl. col. N. 54. Sp. 4. *Oriolus bicolor Lichtenst.* Berl. Vög. Verz. S. 20.

Foem. Rostro nigro; vitta per oculos obsoleta; dorso olivascente; pectore albicante longitudinaliter nigro-striato; reetricibus olivaceis apice flavis; reliquis corporis partibus quam in mare dilutioribus.

Mas juv. Flavus, dorso, scapularibus, tectricibus minoribus ac limbo externo remigum secundariorum tectricumque majorum olivascenti-flavis; vitta per oculos reliquisque corporis partibus quam in adulto pallidioribus; rostro fusco; iridibus griseo-fuscis.

Pedes rubicundo-fusci; irides obscure rubro-fuscae. Longitudo totalis 9'', rostri ab oris angulo $1\frac{1}{4}$ '', alae $5\frac{1}{4}$ '', caudae $3\frac{1}{7}$ ''. Habitat in *Senegambia*, migratorius in *Capite bonae spei* et in *terra Caffrorum*, in sylvis magnis, timidus, arboribus altissimis insidens et in *Galbulae* morem clamans.

Nota. Haec species *Chinam* quoque inhabitare videtur. Maxima pars descriptionis mancae *Turdi flavi* auctorum in hanc speciem optime quadrat.

5. *O. Hippocrepis*. Fascia utrinque a naribus per oculos ducta occiputque cingente nigra; capitis partibus reliquis, collo, toto trunco supra ac subtus ac alarum tectricibus superioribus et inferioribus laetissime luteis; alulae plumis remigibusque secundariis nigris flavo-terminatis, his extus quoque eodem colore subtiliter limbatis; tectricibus alarum majoribus pogonio interno toto nigro; remigibus primariis nigris, extus et mediis apice subtiliter albidolimbatis; reatricibus duabus intermediis nigris, apice extimo luteis lateralibus nigris versus extimas magis magisque luteis, extrema parum ultra basin nigra; rostro rubro. *Mas adult.*

Chlorio indicus Aldrov. 1. p. 862. (*figura adjecta satis accurata*.) *Oriolus cochinsinensis Briss.* 2. p. 326. t. 33. f. 1. (*Descript. complet.*) *Le Couliavan Buff.* Pl. enl. n. 570. (*fig. satis accurata*.) *Oriolus chinensis Gmel., Vieill., Temm., Oriolus Galbula var. ♂ et var. ♀, Lath. var. γ. Gmel.*

Foem. Rostro rubicundo apice obscuriore; corporis partibus superioribus olivascenti-lavatis, inferioribus quam in mare minus saturatis; capitis fascia obsoleta; remigum reatricumque nigredine paullo in fuscum vergente.

Juv. hornot. Pallide flavus, corpore supra olivascenti-lavato; capitis fascia plus minusve conspicua et obsoleta; rostro pallidior; juguli plumulis striolis subtilibus nigris, intermediis notatis; remigibus fusconigricantibus, primariis totis unicoloribus, secundariis extus et apice obsolete olivascentilimbatis; reatricibus intermediis fere totis olivaceis, reliquis ut in adulto, pallidioribus.

Oriolus maculatus Vieill. N. D. 18. p. 194. *Id. Encycl. meth. Livr. 91. p. 695.*

Avis junior. viril. Adultae similis, ptiloseos flavedine quam

in hac minus saturata, remigibus mediis non albidolimbatis.

Rostrum subpellucidum; pedes (in exuviis) coerulescentes; ungues fusco-nigricantes. Longitudo totalis 9 $\frac{1}{2}$ "", rostri ab oris angulo 1" 3 $\frac{1}{2}$ "", alae 5" 2" , tarsi 1" $\frac{1}{4}$ " , caudae 3 $\frac{3}{4}$ " . Habitat in *India orientali*, China, Cochinchina, imprimis frequens in insulis *Sumatra* et *Java*, *Sumatranis Tiong Alu* sive *Punting Alu*, *Javanis Repodang* sive *Bintjavan*, *Cochinsinensibus Culiavan*. (*Mus. Paris., Monac. etc.*)

Nota. Teste cl. *Levaillant* haec species etiam in *Senegambia* reperitur.

6. *O. viridis*. Capite, collo postico, dorso, tergo, uropygio caudaeque tectricibus superioribus griseo-viridibus, quavis pluma stria longitudinali nigra; gula, pectore reliquisque corporis inferioribus partibus albis, pluma quavis stria longitudinali nigra, in laterum pectorisque plumis latiore; macula parva gulari crissoque pure albis; alis cinereis; remigibus nigricantibus, margine externo et apice albis; tectricibus majoribus et mediis dimidia parte nigris, altera externa albo-marginatis; cauda cinerea, versus apicem obscuriore, apice alba, reatricis cujusvis pogonio interno dilute griseo apice macula magna alba notato; pedibus nigricantibus; rostro dilute rubro-fusco apice paullo obscuriore. *Adult. ?*

Oriolus variegatus Vieill. N. D. 18. p. 196. *Id. Encycl. meth. Livr. 93. p. 696.* *Oriolus viridis (varietas tertia) Vieill.* N. D. p. 197.

α. Corpore supra virescente pluma quavis stria longitudinali fusca; gula cinerea; collo antico pectoreque griseis, nigro-maculatis; partibus reliquis corporis inferioribus fere albis; remigibus reatricibusque cinereo-fuscescentibus, illis extus dilutius limbatis, his extus albo-maculatis.

Oriolus viridis Vieill. l. c.

β. Trunco superiore capite et collo virescentibus; capitis lateribus, gula ac collo antico griseis; corporis partibus inferioribus sordide virescentibus; crisso albedo; alis fuscis extus virescenti-limbatis; rectricibus 8 albo-terminatis; rostro corneo-rubicundo.

Gracula viridis Lath. Suppl. Longitudo totalis 10 $\frac{1}{2}$ " , alae 5 $\frac{1}{4}$ " , rostri ab oris angulo 1 $\frac{1}{4}$ " 4 $\frac{1}{4}$ ". Habitat in *Nova-Hollandia* satis frequens. (*Mus. Paris.*, *Societ. Linn. Londin.*, *collect. dom. Sturm.* etc.)

Nota. Aetatis ac sexus differentias hujus speciei prorsus ignoro. Inter multa specimina vix unicum alteri prorsus simile.

7. *O. Monachus.* Capite toto et collo antico nigerrimis, *colli nigredine in pectore subcirculari-terminata*; corpore toto inferiore ac collo postico ranunculaceo-flavis; dorso, *scapularibus, tergo, uropygio alarumque tectricibus superioribus minoribus omnibus flavo-olivascensibus; tectricibus alarum magnis nigris macula alba terminatis*; remigibus primariis nigricantibus extus subtiliter albo-flavido limbatis, ultimis dorso concoloribus; *rectricibus quatuor intermediis olivascensibus, quatuor utrinque lateralibus intus ex parte nigris, reliqua parte flavis*; rectricum nigredine versus intermedias magis magisque incescente. *Mas adult.*

Merula bicolor Aldrov. 2. p. 625. (*adject. icon. et descript. sufficient.*) *Oriolus radiatus* Gmel., Lath. Lorient Coudougnan Levaill. Ois. d'Afr. 6. p. 38. t. 261. (*fig. opt.*) Vieill. N. D. 18. p. 196. Lorient à masque noir Temm. Cat. p. 46. Id. *Oriolus Coudougnan* Pl. col. Livr. 54. *Oriolus larvatus* Lichtenst. Vög. Verz. S. 20.

Foem. Mare paullo minor; rostro fusco; capitis collique nigredine acutius terminata et cae-

teris corporis partibus flavis olivascensibus-lavatis.

Turdus Monacha Gmel., Lath., Vieill. — Lor. Coudougnan Levaill. l. c. t. 262.

Juv. Ptilosi quam in foemina simili minus laeta; capite et collo antico supremo griseo-olivaceis; corpore inferiore, imprimis pectore, flavo-viridi-olivaceo maculato.

Rostrum iridesque rubro-fusca; pedes plumbei unguibus fuscis; cauda apice rotundata. Longitudo totalis 8 $\frac{1}{4}$ ". Habitat in *Africa*, satis frequens in terra Caffrorum, Senegambia, Angola, et, ut videtur, in Abyssinia, in sylvis magnis, in arboribus altissimis nidificans, nidum e ligni fibris, radicibus subtilibus, extus musco munitum intus plumis stratum struens, et ova 4 sordide alba in apice obtusiore annuli instar maculis fuscis conspersa pariens, quae, mare et foemina alternatim incubantibus, octodecim diebus excluduntur; cantus melodice varians, tempore copulae personoribus *Cudugnan.* (*Mus. Paris.*, *collect. dom. Sturm.*)

Nota. A specie sequente simili signis notatis satis differt.

8. *O. Melanocephalus.* Capite et gutture saturate nigris; collo, dorso, tergo, uropygio et toto corpore subtile laetissime luteis; tectricibus alarum superioribus minoribus et majoribus dorso vicinioribus concoloribus; alulae pennis nigris, flavo-terminatis; remigibus nigris basi, primariis extus subtiliter margine, secundariis largiuscule apice flavis; rectricibus utrinque quatuor lateralibus totis luteis, duabus intermediis ab exortu ad medium usque concoloribus, altera medietate nigris margine apicali luteo, utrinque proximae sequente lutea intus versus apicem macula majuscula nigra notata. *Mas adult.*

The black-headed indian Icterus Edw. 2. t. 77. (*fig. satis accurata.*) *Oriolus bengalensis* Briss. 2. p. 329. (*Descript.*

opt.) *Loriot de la Chine Buff.* Pl. enl. n. 79. (fig. satis accurata.) *Oriolus Melanocephalus Gmel.*, *Oriolus Galbula* Var. β . *Lath.* *Oriolus annulatus* et *Oriolus Novae-Hispaniae Auct. or.* (descriptiones vitiosae.) *Le Loriot rieur Levaill.* Ois. d'Afr. 6. p. 40. t. 263. (fig. opt.)

Foem. Ptilosi tota colore olivascens tincta. (*Levaill.*)

Cauda aequalis; rostrum pedesque rubri; pedes plumbei. Longitudo totalis $8\frac{3}{4}$ ''', rostri ab oris angulo $13\frac{1}{2}$ ''', alae $4\frac{3}{4}$ ''', tarsi fere 10 ''', caudae $3\frac{1}{4}$ '''. Habitat in India orientali et in Africa, frequens in Bengala et in China, migratorius in terra Caffrorum, Senegambia, Angola, in sylvis; vox *Galbulae* sed sonis quasi ridibundis aliter modulata. (*Mus. Paris.*, *Monac.*)

Nota. Avem juniorem nondum vidi, eam vero *Lathamii Galbulae* varietatem litera γ indicatam (*Edw.* 4. t. 186., *Oriol. Galb.* var. β . *Gmel.*) exhibere suspicor. Describitur: capitis partibus superioribus ac lateralibus nigricantibus; fronte flavida paulo varia, gula alba et pectore dilute flavo maculis parvis nigricantibus variis; reliquis corporis inferioribus partibus flavis; collo supra et toto dorso flavis, olivascens lavatis; remigibus tectricibusque nigricantibus, flavo-limbatis; rectricibus intermediis e fusco-flavidis, apice flavis, lateralibus totis flavis; rostro fusco-rubicundo; pedibus nigricantibus. *Bengala.* — Huc sane referendi sunt auctorum *Oriolus annulatus* et *Oriolus Novae-Hispaniae* iconibus et descriptionibus *Sebae* pessimis innitentes. (*Seb. Thes.* 1. t. 55. f. 4. et t. 63. f. 3.)

9. *O. Xanthonotus.* Capite et collo totis, pectore supremo alisque nigerrimis, unicoloribus, exceptis remigibus primariis extus subtilissime albo-, secundariis eodem modo apice flavo-margi-

natis; crisso, caudae tectricibus superioribus, tergo ac dorso laete luteis, plumis scapularibus concoloribus, macula lateris externo lata, longitudinali nigra; reliquis corporis partibus inferioribus albis, ad pectoris latera flavo-lavatis, pluma quavis stria intermedia longitudinali nigra; alarum margine flavo, tectricibus inferioribus nigris albo-radiatis; rectricibus duabus intermediis totis nigris, reliquis concoloribus, macula intus apice lutea versus laterales sensim majore. *Mas adult.*

Oriolus Xanthonotus Horsf. *Transact. of the Linn. Soc.* 13. p. 152. *Id. Zool. Research.* N. 6. (cum fig. non satis accurata.) *Oriolus Leucogaster Temm.* *Pl. col.* t. 214. f. 1. (fig. opt.)

Foem. Capite supra, genis ac nucha cinereo-fuscis; dorso olivascens lavato; tergo, uropygio ac crisso luteis; remigibus secundariis extus olivascens limbatis; rectricibus olivascens, versus apicem paulo nigricantibus, macula interna apicali flava; gula et toto collo antico albis maculis grisescentibus longitudinalibus; reliquis corporis partibus inferioribus in mare.

Temm. l. c. t. 214. (fig. satis accurata.)

Av. juv. Foeminae similis, capite supra ac ad latera obscure olivaceo, nigricanti-lavato; alarum tectricibus superioribus remigibusque tergo proximis nigricantibus, rufo-limbatis; corpore supra flavo-olivascens; rostro fusco-rufescente.

Rostrum testaceum apice ut in *Laniis* aduncum; pedes coeruleo-nigricantes; irides flavae. Longitudo totalis $7\frac{1}{2}$ ''', rostri ab oris angulo 11 ''', alae $4\frac{1}{2}$ ''', caudae $2\frac{3}{4}$ ''', tarsi $8\frac{1}{4}$ '''. Habitat in insula Java frequens in sylvis magnis, inquilinis *Attat* sive *Kappodang*; *Oriolorum* hucusque notorum minimus. (*Mus. Paris.*, *Lugd.*, *Monac.*, *Londin.*)

Nota. Cl. *Temminckii* icon et descriptio hujus avis exhibent caudam totam nigram.

ORIOLOS.

In omnibus, a me visis specimenibus, haec modo descriptio picta fuit.

Expositio reliquarum specierum generis Orioli auctorum.

1. *Oriolus brasiliensis* Gmel., Lath. Hanc avem pro auctorum *Muscicapa canadensi* habeo; tota *Sloanei* descriptio in eam egregie quadrat, attamen *Marcgravi Japacani* (*Brissonii Icterus brasiliensis*) a *Sloaneo* ipso citatus, spectat ad avem sequentem. *Gmelinius* ac *Lathamius* reddunt mutatam *Sloanei* descriptionem, praesertim respectu alarum caudaeque picturae.
2. *Oriolus Japacani* Gmel., Lath., *Japacani Marcgr.*, *Icterus brasiliensis* *Briss.* 2. p. 93. (adjecta synonymia falsa est.) Quaere de hac ave in mea generis *Graculae* expositione numerum 6.
3. *Oriolus Textor* et
4. *Oriolus capensis* Gmel., Latham. (*Icterus flavescens* *Daud.?*) spectant ad *Plocei* genus.
5. *Oriolus furcatus* Gmel., Lath. (*Agelaius furcat.* *Vieill.*) *Sebae* icon et descriptio exhibent manifeste auctorum (*Ianium coerulescentem.* Vide; *Edol. coerulesc.*

6. *Oriolus leucopterus* Gmel., Lath. Vide: *Tanagr. leucopt.*
7. *Oriolus sinensis* Gmel., Lath. Vide: *Past. turdiform.*
8. *Oriolus Picus* Lath., Gmel. Vide: *Dendrocolapt. Picus.*
9. *Oriolus niger*, *Oriolus ferrugineus* (*Gracula ferruginea* *Wils.* Amer. Ornith. 3. t. 21. f. 3. fig. opt.) *Turdus labradorus*, *Turd. hudsonicus*, *Turd. noveboracensis* Gmel., Lath., *Oriolus leucocephalus* Lath. Var. β et γ . *Oriolus hudsonius* Gmel. *Pendulinus ater* *Vieill.* Vide: *Chalcophan. viresc.*
10. *Oriol. Leucocephalus* Gmel., Lath. Vide: *Chalcophan. Quiscal. (Variet.)*

Nota. *Orioli rubri* descriptio speciem e *Sturni* genere exhibere videtur, *Pyrrhocephalo* peraffinem. (Vide notam descriptionis fini *Pyrrhocephali.*) *Orioli aunalaschkenis* descriptionem omitto; nimis avem juvenilem diversi generis olet vix ad *Psarocolii* genus pertinentem.

Reliquas species continet genus *Psarocolius*. Ex avium systemate prorsus relegandi sunt:

1. *Oriolus Costototl* (vide: *Psar. Baltim.*) — 2. *Oriolus cinereus* — 3. *Oriolus coeruleus*.

G E N U S I B I S . *

R O S T R U M longissimum, capite triplo longius, gracile, basi incrassatum, altius quam latum, compressiusculum, arcuatum, apice rotundato-obtusum; maxilla quam mandibula parum longior basi subincrassata subangulata, et ibi paratonis planiuscula, mesorhinio utrinque impresso-sulcato, medio culmen distinctum, rotundatum, basi depressiusculum formante; tomia e maxillae aciebus marginalibus brevissimis formata basi suberecta, dein per totam longitudinem subintracta, acuta, integerrima, rarissime denticulata, versus basin patentiuscula, cum mandibula in rostri medio sulcum longitudinalem, impressiusculum relinquenda; paratona versus basin juxta culminis latera compressiuscula, inde usque ad apicem aequaliter compressa, sulcis duobus utrinsecus uno, profundis a naribus in apicem extimum continuatis, maxillam in tres partes dividitibus exarata; culmen ante nares distinctissimum, compresso rotundatum, dein versus apicem planiusculo-rotundatum, indistinctum; apex sensim subtilissime incrassatus obtuso-rotundatus, integerrimus, antice acie subemergente clausus; maxilla intus per totam longitudinem plus minusve rostri substantia impleta, vix subconcava, lituris medio longitudinalibus emergentibus duabus aut unica; mandibula secundum maxillam curvata, quam eadem basi dimidiã fere parte minus alta, paratonis a medio ad apicem sensim subtilissime aut vix incrassatum convexa, a medio usque ad basin planiuscula, intus a medio usque ad apicem stricte-, antice saepius largius canaliculato-exarata, versus faucem dilatata, tota excavata, tomis ut plurimum integerrimis, rarissime denticulatis medio et apice intractis, a medio usque ad basin erectis, obtusis, extus margine longitudinaliter subexaratis; angulus mentalis angustus, acutus, mandibulae medium occupans, membrana nuda expleta; gonys planiusculo-rotundata, laevis, in medio linea, anguli mentalis apice excur-

*) *Lacép., Illig., Temm., Vieill.* — *Tantalus Linn., Gmel., Lath.* — *Falcinellus Bechst., Meyer.* — *Numenius Cuv., Vieill.*

IBIS.

rente exarata, ad extimum apicem rotundatum ducta in duas partes quasi divisa.

NARES prope basin in sulci lateralis initio sitae, oblongae, angustae, longitudinales, superne membrana nuda munitae.

LINGUA corneo-membranacea, brevissima (circiter undecimum maxillae partem aequans), plana, cuneato-acuminata, integerrima, postice furcato-emarginata.

FACIES plurimis plus minusve nuda; interdum totum caput et collum implumia; inglavies gulaque in sacculum expansiles.

PEDES grallarii, longiusculi aut breviusculi, congrui aut vix congrui, tetradactyli, aequilibrés; tarsus his digito intermedio multo longior, illis eundem, incluso ungue, aequans, his gracilis, antice medio scutulatus, suffragine et podarthro squamato-scutulatus, illis robustus totus squamulis hexagonis obtectus; digiti in utroque latere subloamini, digitus externus cum intermedio membrana, medio emarginata, fere usque ad apicem phalangis primae, internus cum intermedio membrana dimidia parte brevior conjunctus; hallux digitum externum dimidium aequans a pternae medio amotus et basi digiti interni oppositus, cum solo rhizonychio insistens; unguis his rectiusculi, longiusculi, intermedius acie interna pectinatim incisulus, illis robusti, breviores, arcuati, omnes integerrimi.

CAUDA his conico-elongata, alarum apices multo transcendens, illis aequalis aut subrotundata, alis occultata, omnibus rectricibus 12.

ALAE majusculae; remix 2—3 et 4 omnium longissimae, prima his param brevior.

PILLOSIS. Colli capitisque plumis his strictae, acuminatae, densae, colli postici ut plurimum longiusculae, his discretae; alarum tectrices et plumae trunci superioris plus minusve densae et apice rotundatae, inferioris numerosae, densae pogoniorum marginibus subdiffractis; alae et cauda plurimis, ad minimum remigum primariarum aut secundariarum apex, metallice resplendentes, interdum, plus minusve, tota pillosis aeneo-micans.

A. *Ibides aspidopodiae.*

Acrotarsia scutulata; tarsus gracilis digito intermedio multo longior; unguis intermedius acie interna incisulus; cauda aequalis.

1. *I. Falcinellus.* Loris et regione circa oculos stricte nuda viridibus, grisescenti-marginatis; genarum, frontis ac totius pilei plumis acuminatis, metallice purpurinis; regione parotica, mento, gula, toto collo, omnibus corporis partibus inferioribus, alarum tectricibus superioribus, brachii, dorso supremo ac scapularibus plumis anticis saturate cinnamomeo - castaneis, nonnihil in purpurinum vergentibus; scapularibus plumis posticis, tergo, uropygio, caudae tectricibus superioribus, alarum superioribus ac inferioribus, crisso, remigibus dorso proximis caudaque aeneo-viridibus, laete in metallice purpurinum vergentibus; remigibus omnibus totis nitidissime aeneo-virescentibus. *Mas adult.*

Courly d'Italie Buff. Pl. enl. n. 819. *Tantalus Falcinellus Gmel., Lath.* cum var. β . *Naum.* Vög. Nachtr. t. 28. *Ibis Falcinellus Auctor. recentior.*

Foem. adult. Mari similis, hoc pullo minor.

Av. biennis. Adultae simillima, capite et collo supremo in fundo fusco-nigricante lituris subtilibus longitudinalibus albis; collo infimo, pectore, ventre tibiisque nigro-cinereis (aetate maturiore plus minusve in castaneum vergentibus), dorso supremo scapulariumque parte suprema plus minusve saturate et laete castaneo-fuscis.

Tringa autumnalis Hasselq. Reise S. 306. *Numenius viridis Briss.* Ornith. 5. p. 326. t. 27.

f. 2. (*Descript. opt.*) *Tantalus igneus* et *Tantalus viridis Auctor.* *Descript. de l'Egypte* pl. 7. (*fig. sinistra, opt.*)

Juv. hornot. Capite et colli striolis albis latioribus, numerosioribus, corporis partibus inferioribus magis in colorem cinereo-nigricantem vergentibus.

Rostrum nigro-viride, apice fusciscente; irides fuscae; pedes virescenti-nigri, suffragine et podarthro rufescenti-fusci, quam in caeteris hujus generis graciliores, et unguibus fuscis longiusculis, gracilioribus, horum intermedio omnium maximo acie interna incisula; digiti graciliores; colli capitisque plumae longolatae ut in *Sturno* formatae. Longitudo totalis $1\frac{3}{4}$ - 2', rostri solius ab oris angulo $5\frac{1}{2}$ "', tarsi antice scutulati $3\frac{1}{2}$ "', partis nudaee tibiae 2"', digiti intermedii, excluso ungue, $2\frac{1}{2}$ "', hallucis $1\frac{1}{2}$ "', alae $10\frac{1}{4}$ "', caudae aequalis $4\frac{1}{2}$ "'. Habitat in *Europa* migratoria in plurimis terris interioribus, frequens in Polonia, Hungaria, Turcia, in Austria, Bavaria, Helvetia, et in pluribus Germaniae regionibus, in Italia, rarissima in Islandia et Anglia, quoque in Islandia, frequens in deserto Uralensi, circa mare Caspium, Pontum Euxinum, in Siberia ejusdemque terris confinibus, porro in *Aegypto*, et in insulis *Celebes* et *Java* juxta fluviorum ripas, conchis, insectis, vermibus plantisque parvis aquaticis victitans; avis a veteribus Aegyptiis sicut *Ibis religiosa* sancte venerata; vasa in sepulcris aegyptiis cum hac ave condita non raro inveniuntur.

B. *Ibides aspidolepodiae*.

Acrotarsia medio scutulata, circa suffraginem ac podarthrum scutulato-squamata; tarsus quam digitus intermedius cum ungue integro paulo longior; cauda aequalis.

2. *I. religiosa*. Capite toto et collo ultra medium nudis, nigris; cauda et tota caetera pilosi albis, exceptis remigum apicibus nigro-cinereis, nitidis, remigibus secundariis a medio, aut ante hoc ad apicem usque nigris laete e viridi-violaceo reluculentibus, pogoniis apice totis diffractis, radiis perelongatis, nutantibus, totum uropygium caudamque ex parte obtegentibus, regione femorali alarumque tectricibus anterioribus majoribus rufescenti-tinctis. *Mas et Foem. adult.*

Numenius Ibis Cuv. Annual. du Mus. d'hist. nat. T. 4. p. 116. t. 53. (tab. 52 et tab. 54.) *Ibis religiosa Savigny* Hist. nat. et mytholog. de l'Ibis (8v. 1805.) t. 4. *Vieill.* N. D. 16. p. 9.

Juv. Genis colloque raro albo-plumosis, remigum secundariorum nigrarum pogoniis minus diffractis et nutantibus, capite toto et collo postico fuscis (aetate avis seriore plus minusve nigris), striolis minutis obscurioribus; cervice, toto corpore subtus, alis totis caudaque candidis, exceptis remigum primariorum apicibus fuliginoso-fuscis; loris stricteque frontis lateribus nudis, nigris.

Abou-Hannes Bruce Voy. 5. p. 203. *Tantalus aethiopicus Lath.* (Descript. non satis accurat.) Descript. de l'Egypte t. 7. (fig. dextr., opt.)

Rostrum pedesque nigri; irides dilate fuscae; plumae occipitales in ave juvenili numerosae, longiusculae; cauda apice subrotundata; habitus universalis *Ibidis rubrae*. Longitudo rostri ab oris angulo $4'' 2'''$, tarsi $3''$, tibiae $5\frac{1}{2}''$. Habitat frequens et migratoria in Aegypto inferiore, in Nubia, Aethiopia ac Senegambia, solitaria aut gregibus parvis (8-10) una alteri approximativissima locis nuperrime inunda-

tis univalvibus parvis, planorbibus, ampullariis cyclostomisque inhians, pedibus colloque horizontaliter extensis volans, subinde voce personora ac rauca clamans, gradatim incedens; adest in Aegypto tempore inundationis Nili, ea peracta migrat versus medium mensis Junii in Aethiopiam, ut videtur, Nili aquis nimis adaccessis petit locos altius sitos, tumque circa pagos in oryzae vel medicaginis agris juxta cauales et aggeres magno numero circa campos ductos conspicua; Aegyptis veteribus sacra, Arabibus Aegypti inferioris *Mengel* (fals) aut *Abu-Mengel* (falcis pater) Aethiopibus *Abu-Hannes* (pater *Joannis*.) (*Mus. Paris.*)

Nota. Specimen adultum a me descriptum ex *Senegambia* allatum est; exemplaria adulta ex *Aegypto* missa nondum vidi; nescio num eadem rufedine prope alas et circa femoris regionem praedita sint. (De *Ibidis* historia antiqua vide praeter auctorum indicatorum opera *Aldrovandii* Ornithol. T. 3. p. 312-319.)

3. *I. Macei*. *Ibidi religiosae* simillima, diversa ab ea: rostro longiore, minus arcuato, remige prima solum apice nigra, secundariis remigibus subtiliter nigricanti-tinctis parum laceris.

Numenius de Macé Cuv. Annual. du Mus. d'hist. nat. 4. p. 125.

Longitudo rostri ab oris angulo $5'' 3'''$, tarsi $3'' 4\frac{1}{2}'''$, digiti intermedii $3''$, partis nudaе tibiae $1'' 10\frac{1}{2}'''$. Habitat in *Bengala*. (*Mus. Paris.*) (Vide: *Ib. Mela-noceph*.)

4. *I. rubra*. Regione ophthalmica, genis ex parte, mento et frontis parte antica nudis pedibusque incarnato rubicundis;

capitis parte caetera, collo, alis, cauda omnibusque caeteris corporis partibus saturatissime unicoloribus *cinnabarino-sanguineis*, exceptis remigum omnium rhachibus albis et apice remigum quatuor extimarum in fundo nigro nitidissime violaceo-chalybeo relucetibus. *Mas* et *Foem. adult.* (anno quarto.)

Courly rouge du Brésil. Buff. Pl. enl. n. 81. (*fig. mala.*) *Tantalus ruber Auct. or.* Wils. Amer. Ornith. 8. t. 66. f. 2. (*fig. bona.*)

Avis triennis. Ptilosi tota laete rosea, exceptis remigum primariarum quatuor apicibus nigris minus nitide chalybeo-relucetibus, ac dorso cum alis *cinnabarino-rubris*; rostro pallidior.

Avis anno altero, ptilosi biennis se induens. Rostro flavido, roseo-lavato; capitis parte plumosa ac toto collo in fundo cinerascanti-fuscescente, toto corpore subtus in fundo albo roseo-rubicundo lavatis; alis caudaque ut in ave bienni, alis et cauda interdum intermixtis pennis fuscis; nucha ut plurimum nigricanti-fusco-maculata.

Buff. Pl. enl. n. 80. (*fig. mediocre.*)

Avis hornot. Capitis tota parte plumosa ac toto collo cinerascanti-fuscescentibus, plumarum apice rotundatarum margine dilutiore; dorso, tergo, scapularibus alarumque tectricibus superioribus omnibus saturate fusco-cinereis; remigibus et rectricibus dorso concoloribus, obscurioribus, in certa luce in colorem sordide virescentem vergentibus, remigibus scapo fusco et pogonio interno versus basin albedo; uropygio, caudae tectricibus superioribus, alarum inferioribus, tibiaram parte plumosa et toto corpore subtus a collo infimo fuscescenti-lavato usque ad crissi finem pure albo.

Catesby Carol. 1. t. 83. *Tantalus fuscus Auct. or.*

Pulla avis 7-8 hebdomadum. Juveni hornotinae simillima, eadem minor, plumarum structura

minus perfecta, plumis colli capitisque margine plumuloso-fimbriatis, iridibus, (ut in ave hornotina) griseis; pedibus fuscis.

Lesser Ibis Edw. Glean. t. 350. (*fig. satis bona.*) *Tantalus minutus Auct. or.* *Ibis Leucopygus Spix* Av. Brasil. t. 88. (*fig. bona.*)

Pedes pallide rubri; irides ex albo-glaucæ; ungues obscure fuscæ, plumæ colli diffractæ. Longitudo totalis 22-24", alæ 9³/₄", caudæ apice rotundatæ 3¹/₄", rostri ab oris angulo 4" 8-11", tarsi 2" 10", partis nudæ tibiæ 1" 5", digiti intermedii, excluso ungue, 2" 1", halucis 9¹/₄". Habitat in *Brasilia, Guiana, Cajenna, Surinama*, imprimis frequens ad flumen Amazonum, etiam in insulis Bahamensibus aliisque ejusdem oceanæ et in Americæ partibus intra tropicos positis; mensibus *Julio* et *Augusto* migrat (ut plurimum avis juvenilis) in temperatas partes Americæ septentrionalis; gregaria degit ad maritimam et juxta fluminum paludumque ripas, mari refluyente piscibus, conchis parvis insectisque aquaticis inhians; sole occidente arboribus juxta aquam nascentibus gregatim insidet; struit in terra nidum e foliis siccis, ova virescentia parvæ, e quibus prodeunt pulli nigricantes. (*Mus. Paris., Monac., collect. mea.; multas vivas vidi.*)

Nota. *Avis hornotina* nuper merito pro ave juvenili habitata, nuperrime iterum pro specie distincta indicata est. — Vidi magnum numerum exemplarium *Tantali fuscæ* auctorum ad instar coloratorum, quorum vero plurima inter plumas fuscas hic et illic plumulam roseam gerebant. Plumæ scapulares in hac ave primum, dein dorsum ac alarum tectrices superiores, venter postea, remiges rectricesque, caput nec non collum ultimo rubescunt. In ave capta ptilosis nunquam rubra, sed rosea.

5. *I. alba*. Faciei cute nuda (omnino ut in *Ibide Nudifrons* fornata) rubicundo - incarnata, subtilissime plicata; rostro (ut in *Ibide rubra* formato) pallide rubicundo, apicem versus sensim in colorem nigricantem vergente; capitis parte caetera plumosa, collo, cauda, trunco toto supra et subtus unicoloribus pure albis, exceptis remigum quatuor primariorum apice large e virescenti-nigro in chalybeum vergente, nitido. *Mas et Foem. adult.*

Courly blanc d'Amerique Buff. Pl. enl. n. 915. Tantalus albus Gmel., Lath. Ibis. alba Vieill., Wils. Americ. Ornith. 8. p. 63. t. 66. f. 3.

Av. junior. Ptilosi griseo-lavata, remigum apicibus nigris. *Tantalus Coco Gmel., Tan-*

tal. alb. var. β. Lath. Ibis Coco Vieill.

Pedes toti incarnato-rubicundi; irides e glauco-albae. Habitus universalis *Ibidis rubrae*. Longitudo totalis 2', rostri solius ab oris angulo 6'', tarsi 2'' 9''', partis nudae tibiae 1'' 3''', caudae 3 $\frac{3}{4}$ '', digiti intermedii cum ungue, 2 $\frac{1}{2}$ ''. Habitat in *America meridionali*, frequens in *Cajenna* et *Guiana*, locis inundatis, Septembri in *Carolinam*, *Floridam*, *Luisianam*, in *insulas caribaeas*, et in alias septentrionalis Americae regiones migrans, inde hebdomadibus sex praeterlapsis in terras australiores revertens; victitat piscibus parvis et insectis aquaticis; pinguedo et caro, nonnullis esculenta, crocea; vox rauca *co*, unde avis *Caribaeis Coco*. (*Mus. Paris.*)

C. *Ibides lepopodiae*.

Tarsotheca squamulis hexagonis obsita; tarsus digito intermedio, incluso ungue, integro, longitudine aequalis,

a. *Cauda aequali.*

6. *I. Nudifrons*. Fronte, facie et toto capistro nudis, laevibus, rubicundis; capitis parte caetera, collo toto, trunco supra et subtus et alarum tectricibus inferioribus fuliginoso-nigricantibus, occipitis ac colli postici plumis breviusculis in colorem metallice virescentem -, dorso, tergo, uropygio, toto corpore subtus, scapularibus alarumque tectricibus superioribus parum in violaceo-viride vergentibus; cauda tota ac remigibus omnibus lacte metallice viridibus. *Mas et Foem. adult.*

Le Curucou rasé Azar. Voy. n. 365. Ibis infuscata Lichtensst. Berl. Vög. Verz. S. 75. Ibis Nudifrons Spix Av. Brasil. t. 86. (fig. bona.)

Avis junior. Capite, collo et toto corpore subtus unicoloribus fuliginoso-nigricantibus absque nitore aeneo-virescente.

Habitus *Ibidis rubrae*; rostrum pallide olivaceum (in ex-

viis flavescens); irides fuscae; pedes rubicundi unguibus fuscis; frontis et genarum cutis nuda tali modo arcuato-emarginata, ut pone oculos angulus acutiusculus formetur. Longitudo totalis 19 $\frac{1}{2}$ '-21'', rostri solius ab oris angulo 3'' 9'''-4 $\frac{1}{4}$ ''. tarsi 2-2 $\frac{1}{4}$ '', caudae aequalis 4 $\frac{1}{4}$ '-4 $\frac{3}{4}$ '', alae 10 $\frac{3}{4}$ ''. Habitat in *Brasilia* et in *Paraguay*, solitaria aut per paria, interdum 6 consociatae; aquam parum intrat; cum *Ibide dentirostri* subsimili modo picta non confundenda. (*Mus. Monac.*)

7. *I. dentirostris*. Mento, loris, orbitis, frontis lateribus subrugosis mediis, pedibus rostroque obscure herbaceo-viridibus, hoc versus apicem pallidior et medio tomis superioribus ac inferioribus perdenticolato; pileo, tota facie, gula ac collo antico cinereo-ardesiaceis; colli totius postici plumis subulato-acuminatis, longiusculis, imprimis nuchoae, cristam parvam formanti-

bus, laete metallice viridibus; trunco supra et subtus, cauda tota, alis cum omnibus remigibus et reetricibus in fundo nigricante aeneo-nitentibus, scapularibus et dorso in purpurinum, remigibus caudaque in cyaneum vergentibus. *Mas et Foem. adult.*

Juv. Avi adultae similis, exceptis rostri minus obscure viridis tomiis integris, ptilosi universali minus nitide aeneo-relucente, colli postici plumis minus longis et nitidis, basi nigris, pedibus pallidius viridibus.

Courly verd de Caj. Buff. pl. enl. n. 280. (fig. non satis accurata.) Tantalus cajennensis Gmel., Lath. Ibis sylvatica Vieill.

Cauda subaequalis. Longitudo totalis 24-24½", rostri solius ab oris angulo 4½"-5" 2", tarsi 2" 2", alae 11-12¼", caudae 6½". Habitat frequens et per paria in *Brasiliae* et *Cajennae* sylvis juxta rivulorum ripas, sole occasa voce forti *cua*, *cua*-sensim diesibus profundis *co, co* clamans. (*Mus. Paris., Monac.*)

8. *I. Guarauna.* Plumis capitis, gutturis collique mollibus saturate fuscis in utroque latere albo-limbatis; alis, toto corpore supra et subtus caudaque unicoloribus nigricanti-fuscis, in colorem viridem vergentibus; scapularibus, uropygio, caudae ac alarum tectricibus superioribus, crisso, remigibus caudaque supra ad splendide viride inclinantibus; cauda subtus ac alarum tectricibus inferioribus fuscis. *Mas et Foem. adult.*

Numenius americanus fuscus *Brisson* s. 5. p. 330. (*Descript. opt. cum falsa synonymia.*) *Numenius Chihi* *Vieill.* N. D. 8. p. 303. *Id.* *Encycl. method.* p. 1155. n. 7. *Ibis Guarauna* *Lichtenst.* *Berl. Vög. Verz.* S. 75.

Rostrum plumbeum; pedes violascenti-nigricantes; cauda aequalis. Longitudo totalis 19-21",

rostri solius ab oris angulo 4½", tarsi 3-3½", partis nudae tibiae 1" 6", digiti intermedii cum ungue 3", hallucis 1" 4", caudae 3¼-4" 3". Habitat in *Brasilia*, *Guiana*, *Cajenna* et in *Paraguayae*; *Guaranis Caruay*; sole occasa gregatim aeris regiones altissimas in linea transversa recta aut curvata petit, voce rauca *chihi* clamans. (*Collect. dom. Fl. Prevost.*)

Nota. Haec species cum genuina *Maregravi* *Guarauna* (*Notherodio Guarauna*) sub simili modo picta non confundenda est.

9. *I. chalcoptera.* Maxillae culmine et regione ophthalmica nuda sanguineo-rubris; capite unicolore griseo; collo, pectore ventreque diversimode griseis; *stria angusta, utrinque ab auribus versus collum ducta, alba*; dorso et alarum tectricibus majoribus e griseo-fusco aeneis, tectricibus minoribus nitide viridibus in dilute violaceum vergentibus, mediis extus e corneo-fusco aeneis; uropygio caudaeque tectricibus superioribus griseis, virescenti renitentibus; remigibus reetricibusque nitide coerulesco-violaceis.

Ibis chalcoptera *Vieill.* N. D. 16. p. 9.

Cauda apice quadrata; pedes curli, rubri, parte nuda tibiae fuscis. Longitudo totalis 21 4", rostri 4" 5". Habitat in *Senegambia*. (*Vieill.*) (*Collect. comit. de Rio Cour Paris.*)

Nota. Haec speciem nondum vidi; pluribus momentis *Ibidi Hagedasch* similis esse, aliis vero, praesertim caudae forma, ab ea prorsus discedere videtur.

10. *I. papillata.* Fronte, facie tota verruculosus et colli supremi parte parva coeruleis; occipite verticeque medio rubro-papillatis; collo ac toto trunco corneo-micantibus, collo postico ac tergi partibus inferioribus paullo dilutioribus; alis laete violaceo-coeruleis, unicoloribus

bus, exceptis tectricibus scapularibus plumis confinis albis; reetricibus aeneo-viridibus limbo externo in coeruleum vergentibus. *Adult.*

Ibis mamelonné Temm. Pl. col. t. 304. (*fig. opt.*)

Rostrum caesium; pedes rubri unguibus nigricantibus. Habitus *Ibidis calvae*, *chalcoptrae* similis. Habitat in *Africa*.

11. *I. calva.* Colli parte suprema ex parte et capite ad latera nudis; fronte et pileo clypei specie, in occipite elevata, depressa, membrana subtili, coccineo-tincta obducta munitis; rostro rubro; colli parte caetera, trunco toto supra ac subtus, alis caudaque totis in fundo nigro in aeneo-viride-, alarum tectricibus superioribus nonnihil in purpurinum vergentibus. *Mas adult.*

Ibis Briss. 5. p. 347. *Courly à tête nue du cap de b. esp.* Buff. Pl. enl. n. 867. (*fig. satis accurata.*) *Tantalus calvus Gmel., Lath. Ibis calva Vieill. Tantalus niger Auctor.*

Foem. adult. Mari similis, occipitis clypeo quam in hoc minus alto. Irides fuscae; pedes rubescentes; cauda apice rotundata $6\frac{1}{2}$ longa. Habitus *Ibidis dentirostris*. Longitudo totalis 26-28, longitudo rostri 4- $4\frac{1}{4}$, altitudo clypei ad occiput $4\frac{1}{2}$. Habitat in *Africa*, ad *caput bonae spei*. (*Mus. Paris.*)

Nota. Colli cutis nuda in ave viva rubicunda esse videtur. Haec species, olim frequens in *Aegypto*, nunc ibi vix aut rarissime reperiunda, neutiquam veterum *Ibis* est. *Lathamii* indicatio respectu hujus avis patriae (secundum cl. *Forsterii* observationem facta) erronea ad *Falcinellum* spectare videtur. Nec in *Belonii* (*Observat.* p. 103.) nec in *Adrovandii* (*Av.* 3. p. 312.) et *Willughbii* (*Ornitholog.* p. 212.) descriptionibus *Ibidis nigrae* seu *Ibidis Belonii* de capitis calvitie rubicundo-tincta, notitiam inve-

nio; false igitur citantur a *Brissonio*, *Linnaeo*, *Lathamio* et *Gmelino* quorum attamen descriptio in hanc avem quadrat.

12. *I. fuscata.* Ptilosi tota ferrugineo-fusca, unicolore; pedibus rubris; rostro ac regione ophthalmica nuda virescentibus.

Courly brun de Luçon Sonner. Voy. p. 85. t. 47. *Tantalus manillensis Auctor. Ibis fuscata Vieill.* *Encycl. method.* Livr. 93.

Irides igneae. Longitudo 22. Habitat in *India orientali*.

13. *I. cristata.* Regione ophthalmica large nuda; caeteris capitibus partibus plumosis, gula et occipitis crista e plumis elongatis, densis, subsubulatis composita, collo supremo ex parte caudaque nigris, in viride vergentibus; crista plumis intermixtis albis; colli parte caetera ac toto trunco supra et subtus unicoloribus castaneo-rufis; alis albis. *Adult.*

Courly huppé de Madagascar Buff. Pl. enl. n. 841. *Tantalus cristatus Auctor.*

Juv. Adulta ave minor, crista brevior, ptiloseos pictura minus pura, alis griseo-lavatis et fusco-adumbratis. (*Vieill.*)

Rostrum pedesque (in exuviis) flavidi; cauda apice rotundata; collum plumis subincrassatum; habitus *Ibidis Nudifrontis*, 20 longa. Habitat in *Madagascaria*.

14. *I. plumbea.* Rostro ultra medium nigro, dein virescente; lorris et orbitis parum nudis; fronte fasciola candida; partibus capitibus caeteris cum mento, collo et toto corpore unicoloribus laete plumbeis, exceptis occipitis et nuchae plumis elongatis, subulato-acuminatis, deorsum pendentibus, medio albidis, remigibus reetricibusque nigricantibus, earum tectricibus, scapularibus dorsoque in colorem subaeneo-virescentem vergentibus. *Mas et Foem. adult.*

Curucau de couleur de plomb. Azar. Voy. n. 363. *Ibis coeru-*

lescens Vieill. N. D. 16. p. 18.
Ibis plumbea Temm. Pl. col.
t. 235. (fig. opt.)

Habitus *Ibidis albicollis*, 2' 2-3'' longa; pedes rubri; orbitae nigricantes; irides aurantiae; cauda apice subaequalis; longitudo rostri 5½'', tarsi 3'' 7''', caudae 6''. Habitat in *Brasilia* et *Paraguay*, mare foeminaeque perpetuo junctis, interdum gregibus majusculis, locis argillaceis praeter insecta vermesque animalium cadaveribus victitans; syllabas *ta, ta*, rapide sexies aut septies repetitas voce alta ac sonora edit. (*Mus. Paris., Lugd.*)

β. *Cauda conico-elongata.*

15. *I. Oxyercus.* Cauda longa, conica tota remigibusque secundariis laete violaceo-chalybeorelucens, subtus nigris; incipite et vitta indistincte marginata utrinque pone oris rictum albedo-fuscescentibus; loris, regione ophthalmica tota gulaque nudis (rubicundis?); vitta plumosa gulae intermedia longitudinali, collo antico et toto corpore subtus fuliginoso-nigricantibus, absque nitore, excepto crisso nigriore; occipite, collo laterali ac postico in fundo nigricante in columbino-viride et violaceum vergentibus, plumis diffractis, subulaxis; remigibus primariis intus fuliginoso-fuscis; dorso, tergo toto scapularibusque fuliginoso-nigris, parum violascenti-nitentibus; alarum tectricibus superioribus omnibus nigris, ad violaceo-chalybeum inclinantibus. *Adult.*

Ibis Oxyercus Spi x Av. Bras. t. 87. (fig. opt.)

Habitus *Ibidis Melanopis*; pedes rubicundo-flavi (in exuviis); rostrum (in exuvia) flavidum, apice fuscens. Longitudo totalis 2' 7'', rostri solius ab oris angulo 5'' 11''', caudae 10'', alae 12¾'', tarsi 2'' 5''', partis nudaee tibiae 1'' 4½'''. Habitat rarior in *Brasilia* versus flumen Amazonum. (*Mus. Monac.*)

16. *I. Hagedasch.* Facie (?) et mandibula nigris; maxilla rubra

apice nigro; capitis parte caetera, collo et toto trunco cinereis; dorso in fundo saturatius cinereo in viride vergente; alarum tectricibus superioribus aeneo-
viridibus, minoribus violaceis; remigibus primariis tectricibusque nigris lactissime chalybeorelucantibus. *Mas et Foem. adult.*

Tantalus Hagedasch Sparrmann, Lath., Gmel. Tantalus cafrensis Lichtenst. Catal. Hamb., *Bechst.* in *Lath. Uebers.* S. 432. *Meyer.* Zool. Annal. 1. S. 154.

Habitus *Ibidis Oxyercus*, ei subsimilis. Longitudo totalis 2' 6-7½'', rostri solius 5'' 8-9'', caudae cuneiformis 10''; pedes robusti nigricantes. Habitat ad *caput bonae spei* et in *terra Caffrorum*, colonis *Hagedasch* et *Hadelde*, *Hottentotis z' Ta-z' Kai-z' Ke'ne*; timidissima avis gregatim degens, radicibus, potissimum bulbosis, victitans, noctu arboribus insidens. (*Mus. Erlang., Collect. dom. Fl. Prevost.*)

Nota. Secundum cl. *Lichtenstein* hujus avis facies nigra est; moneam vero cl. auctoris descriptionem ambigam nonnihil in *Ibidem chalcopetram*, magis attamen in hanc speciem quadrare.

17. *I. Melanopis.* Pileo toto et cervicis parte infima pallide, collo antico infimo saturate fulvis; genis, vitta plumosa longitudinali gulae intermedia ac toto collo pure albis; gulae lateribus, loris, frontis lateribus perugosis ac tota regione parotica nudis nigris; pectore cinereo; ventre, abdomine et crisso nigris, vix conspicue in purpurinum vergentibus; dorso, scapularibus ac alarum tectricibus superioribus brachialibus cinereis, illis in colorem subvirescentem et subpurpurinum vergentibus, his apice pallide fusciscenti-limbatis; alarum tectricibus majoribus albis vittam longitudinalem maximam formantibus; tergo, uropygio, tiliarum parte plumosa et ala-

rum tectricibus inferioribus nigris, parum virescenti-tinctis; remigibus ac cauda conica elongata nigris, metallice e viridi resplendentibus; rostro nigro, apice extimo dilutiore. *Mas et Foem. adult.*

Le Mandurria ou Curucau Azar. Voy. n. 362. (Descript. opt.)

Avis junior. Pilei plumis saturate fulvis, scapo nigricante, collo toto postico fulvescenti-tincto, laterali et antico albo, subtilissime fulvescenti, infimo eodem colore obscurius lavato; plumis dorsi, tergi, scapularibus, pectoris alarumque tectricibus superioribus minoribus cinereis, tectricibus potius in canum vergentibus apicalibus limbo latiore fuscescente; omnibus caeteris corporis partibus ut in adulta, minus laetis.

Coricaca Marcgr. Ibis Melanopsis Forst. Icon. inedit. t. 17. (fig. opt.) Vieill. Tantalus Melanopsis Gmel., Lath. Synops. 5. t. 79. (copia tabulae Forsterianae cum descriptione accuratissima.) — Courly à col blanc de Caj. Buff. Pl. enl. n. 976. (fig. mediocr.) Tantalus albicollis Auctor. Tantalus Loculator var. β . Lath.

Irides scarlatino-rubrae, pedes sanguineo-rubri unguibus nigris; digiti curti, robustissimi; tarsus robustus; colli crassi et pilei plumae pogoniis diffractis, sublaxis, nitore nonnullo hyalino. Longitudo totalis 27-31 $\frac{1}{2}$ '' , caudae solius 8 $\frac{1}{2}$ '' , alae 25'' , tarsi 3-3 $\frac{1}{4}$ '' , digiti intermedii, excluso ungue, 1'' 11'' , postici 10'' , partis nudae tibiae 1'' 2-3'' , rostri ab oris angulo 5'' 8'' -6 $\frac{1}{2}$ '' . Habitat frequens in *Brasilia, Cajenna, in Paraguaya* usque ad flumen Plata et in *insula Novi Annii*, hic in scopulis inaccessis nidificans, in Americae partibus aliis nidum rotundum e numerosis ramentis lignariis in arborum truncis siccis et abscessis struens; degit per paria, per familias aut gregatim locis siccis, raro humidis,

lumbricis, locustis et aliis insectis victitans, haec imprimis in vicinitate cadaverum requirens; sole occidente multae e diversis locis convolant, gregatim ad sylvarum margines summis arborum cacuminibus mortuis incidunt ibique pernoctant, sed ex oriente die per familias aut per paria discedunt; nec terrae nec arboribus insident ante, quam in altum volarint, tumque in humo sedentes imprimis vero volantes voce edunt longisona syllabas *curucau* aut *crucau*; volatus ordinarius a humo non elevatissimus, horizontalis, continuus, aye collum extendente alaeque regulariter agitante. *Brasiliensibus Curacaca. (Mus. Paris., Monac.)*

Nota. Huc manifeste pertinet auctorum *Tantalus griseus; Maregravii* descriptio avem hornotinam a me nondum visam exhibere videtur; adest praeterea in museo nostro specimen adultum in toto fere collo antico et postico saturate fulvo-fusco-tinctum.

* *Species a me non visa.*

1. *I. Melanocephalus.* Alba; nuca cerviceque maculis parvis nigris; pedibus, rostro, loris ac regione circa oculos nuda nigris. *Tantalus Melanocephalus Latham.*

Irides fuscae. Longitudo 21'' , rostri 6'' . Habitat in *India*, incolis *Buttore*.

Nota. Suspico haec descriptionem juvenilem *Ibidem Maccei*, a me nondum observatam, exhibere.

** *Ex avium systemate interim relegandi sunt:*

1. *Tantalus mexicanus Auctor. et Tantalus bengalensis Lichtenst., Bechst. in Lath. Vög.* Amborum descriptio ad avem juvenilem speciei cujusdam indescriptae spectare videtur. *Tantalus bengalensis* forsitan est hornotinus *Falcinellus* et *Tantalus mexicanus* hornotina *Ibis Nudifrons. (??)*

A D D I T A M E N T A.

GENUS RAMPHASTOS.

Observ. *R. ambiguus* (Swainson. Zoolog. Illustrat. n. 34. t. t. 168.) a me nondum visus ab auctore nominato secundum picturam sic describitur: Niger, jugulo flavo, (hoc, in icone fascia rubra terminato, caudae tectricibus superioribus albis, infe-

rioribus coccineis, pedibus ac regione ophthalmica nuda coeruleis); maxillae (nigrae) parte superiore flava, transverse maculata, striga viridi oblique divisa; maxilla (tota) nigra. (*R. Eugnathos m.* si avis haec sane existat!)

GENUS PTEROGLOSSUS.

Pt. viridis. (n. 6.) Adde: *Pt. viridis* Swains. l. c. t. 44. fig. opt. maris. *Observatio.* In hac ave sunt nec irides flavae nec regio ophthalmica coerulea,

quae supra dixi, sed ambae *gramineo-virides*; in ave viva vergit mandibula in colorem coeruleam. (Swains.)

GENUS PICUS.

1. *Picus Macklotii.* (n. 4.) *Mas.* Foeminae a me descriptae similis, diversus ab ea: statura paullo majore, macula genarum cinerearum oblonga coccinea, mento gulaque ochraceo-rufescentibus, punctulis apicalibus plumarum colli postici magis conspicuis.

Picus pulverulentus Temm. Pl. col. t. 389. (fig. opt.)

Juv. Rostro quam in adulto breviori, minus anguloso, acutiori, nigro; capite supra, nucha genisque nigricantibus, albopunctulatis; mento et collo antico obscure fuscis albo-aut pure isabellino punctulatis; corporis partibus inferioribus omnibus sordide isabellinis; remigibus rectricibusque e fusco-cinereo-nigris.

2. *Picus Rüppelii.* (n. 29. descriptio maris.) *Foemina.* Mari similis, ptilosi quam in eo paullo dilutior; capitis partibus superioribus nigris, pluma quavis stria intermedia longitudinali alba notata, menti gulaeque taenia nigra minus distincta. Longitudo (maris) 8½". Habitat in *Cuba* insula. (Temm.)

Picus percussus Temm. Pl. col. t. 390. (fig. opt. maris.)

Nota. In avium systemate haec species ex errore typographico *Pico minuto* postposita *Picum varium* sequi debet.

3. *Picus Poicilolophos* (n. 68.) *Av. adult.* (*Addit.*) Alarum tectricibus inferioribus uropygiisque flavo-albis; caudae tectricibus superioribus nigris lunula flavida terminatis.

Av. juv. Ptilosi trunci in colorem sordide fuliginosum vergente.

Rostrum validum *Pici flavicantis*. Longitudo totalis 6¼", rostri solius ab oris angulo 10", alae 3" 5", caudae 2" 1", tarsi 7". (*Mus. Monac.*)

4. *Picus concretus.* *Av. adult.* Capitis partibus lateralibus et toto corpore inferiore (tam avis adultae quam juvenilis) in fundo ardesiaco unicolore subtiliter olivascenti-lavatis, alarum tectricibus inferioribus remigumque limbo interno marginali albo-flavidis, cauda tota nigra, ejus tectricibus superioribus nigris margine apicali flavidis.

Av. junior. Plumarum dorsi marginibus quam in adulta magis in albidum vergentibus.

Longitudo totalis (maris adulti) $5\frac{1}{4}$ ''; rostri ab oris angulo $10\frac{1}{4}$ ''; caudae $19\frac{1}{4}$ ''; alae $3\frac{1}{4}$ ''; tarsi $7\frac{1}{4}$ ''; Pedes pro avis mole magni.

Nota. Adsunt in Museo Monacensi specimina 3 ex insula Java missa, in tota capitis superficie laetissime coccineo-tincta. Hanc igitur capitis rubedinem non in solis speciminibus Sumatranis reperiri ac causis climaticis non effici dicto satis patet, sed ptiloseos mutationem in hac ave abnormem esse, specimen Musei dicti nos docuit, in quo crista pallide coccinea, vertex vero sordide isabellinus. Latent vero inter capitis plumas ex parte usu jam detritas, aliae modo praeruptae, partim vagina adhuc inclusae, apice, ut in foemina adulta, laete ardesiacae. Juvenilis quare avis, tam foeminae quam masculinae, caput rubro colore tinctum esse sensimque, ptiloseos mutatione prima peracta, in foemina in colorem ardesiacum, in mare in colorem coccineum vergere, mihi certum videtur. Simile ptiloseos mutationis exemplum praebent *Picus major* et *Picus gularis*. Icon Temminckiana l. c. exhibet avem juniorem.

5. *Picus dimidiatus*. (n. 88.) *Juvenis.* Rostro quam in adulto brevior, gnathidiis pallide corneofuscis; capite supra nigro; collo antico pectoreque olivascens; corpore inferiore albedo, plumis striis apice convergentibus cinerascentibus, subobsoletis, epigastrii paullo olivascens-fimbriatis; dorso, tergo alarumque tetricibus superioribus laete olivaceo-viridibus, uropygio (in adulto aurantio-virescente) in sulphureum vergente; vitta mandibulari brevi; rectricum fasciis marginalibus magis conspicuis, in intermediis latere interno basali, in sequenti-

bus duabus in utroque latere versus basin subconspicuis; vitta superciliari obsoleta albida; plumis regionis infra oculos albidis subtiliter cinereo-marginatis; regione parotica cinerea; gula sordide alba.

Foemina senilis. Collo antico pectoreque laete ochraceis; uropygio olivascens-aureo.

6. *Picus gularis*. (n. 89.) Specimen a me sub firma foeminae avis descriptum talem sane exhibet. Maris iconem optimam monstrat tabula Temminckiana 384 subnomine: *Picus mentalis*.

Av. hornotina. Rostro quam in adulto multo brevior; mandibula laete flava apice cinerascens; *frontis verticisque plumis olivaceis apice coccineis*; plumis cristae occipitalis brevibus flavis, apicem versus rubris; regione parotica, collo laterali, dorso, tergo ac uropygio laete olivascens-viridibus; mento, gula, collo antico et toto corpore inferiore olivaceo-virescentibus, unicoloribus, hypochondriis albedo-variolosis; cauda alisque ut in mare tinctis exceptis remigum maculis internis albis.

Nota. Haec descriptio sane avem juniorem, a cl. *Temminckio* non descriptam exhibet. Habitum corporis avis hic descriptae prorsus in *P. gulari* quadrat. (*Mus. Monac.*)

7. *Picus puniceus* (n. 96.) Hanc speciem a me nondum visam exhibebit tabula Temminckiana 423.
8. *Picus miniatus*. (n. 98.) *Nota.* Foemina a mare ptiloseos pictura vix diversa. Specimina adulta (an virilia?): frontis lateribus, loris, mento ac toto collo antico fusciscenti-rufis, pluma quavis fasciis minutis angulosis, nigricantibus ac macula apicali trigona albida, in colli antici infimi plumis coccineo-lavata, antice nigro-terminata notatis. In aliis speciminibus (an

ADDITAMENTA.

foemininis?) plumarum maculae apicales, neutiquam vero fasciolae angulosae conspicuendae, corporis inferioris undulae strictiores, numerosiores sunt.

9. *Picus Tiga.* (n. 110.) *Mas jun.* Adulto similis, rostro quam in hoc brevior, corneo, apice ma-

xillae, mandibula fere tota flavidis; fronte striaque pone mandibulam fuscescentibus; cristae plumis longioribus verticisque saturate coccineis; dorso aurantio coccineo-lavato; corporis inferioris plumis large-, abdominis obsolete fuscescenti-limbatis.

GENUS BUCEROS.

B. coronatus. (n. 17.) Adde: *B. coronat. Swains.* Zool. Illustr.

n. 36. t. 178. (*fig. satis accurata maris.*)

GENUS CORVUS.

C. coroneoides. Ptilosi tota nigra, capitis, dorsi, alarum caudaeque partibus superioribus violaceo-purpurino resplendentibus, trunci inferioris plumis minus nitidis, sicut superioris basi grisescentibus; rostro ut in *Corone* formato, quam in hoc majore; vibrissis rigidis in lorris, his ante oculos et pone maxillae basin dependentibus; menti plumis discretis, rigidiusculis. *Adult.*

Habitus *Coronae*, pedes, rostrum quam in eo multo validiores, unguesque nigri; alae caudae medium (non apicem) excedentes, angustiusculae; colli an-

tici plumae fere ut in *Corone* formatae. Longitudo totalis 20 $\frac{1}{2}$ ''' , rostri ab oris angulo 2'' 9 $\frac{1}{2}$ ''' , alae 13'' 2''' , tarsi 2'' 4''' , digiti intermedii, excluso ungue, 1 $\frac{1}{2}$ '' , caudae 8'' 1''' , rostri ambitus prope basin 2'' 11''' , in medio 1'' 9''' . Habitat in *Nova-Hollandia.* (*Collect. d. Sturm.*)

Nota. Ad hanc speciem et non ad *Corvum Macrorhynchum* (qui *Novam-Hollandiam* non inhabitare videtur) *Lathamii Variable Crow* (*Suppl. 2. p. 117. n. 21.*) cum nota ejus descriptioni adjecta ponendus est.

GENUS PTILONORHYNCHUS.

Pt. holosericeus. (n. 1.) Adde: *Citta holosericea Temm.* Pl. col. t. 396. (*fig. opt.*)

Citta holoserice. Foem. Temm. Pl. col. n. 422.

Pt. squamulosus. (n. 2.) Adde:

Pt. viridis. (n. 3.) Adde: *Citta virescens Temm.* Pl. col. t. 396. (*fig. opt.*)

GENUS LEPTOPTERYX.

Spec. 9. *L. cruenta.* Capite ac toto collo, alis, cauda reliquisque corporis partibus nigerimis, subnitentibus, unicoloribus, exceptis macula ventris maxima laetissime coccinea et alarum tectricibus superioribus majoribus extimis coccineo-terminatis; pedibus plumbeis, unguibus obscurioribus; rostro longiusculo, compressiusculo, plumbeo, culmine et apice in

albidum vergente; alis caudae medium multo excedentibus; cauda aequali.

Habitus *Leucocephali.* Longitudo totalis 7'' 10''' , rostri ab oris angulo 1'' 3 $\frac{1}{2}$ ''' , a fronte 11''' , alae 4'' 11''' , caudae 3'' 8''' , tarsi 10''' . Habitat in *Sumatra* ac *Java*, unde sub nomine *Lanii cruenti* in museum *Moonacense* a *D. Kollmann* missa; *Javanis Dadan-Mirha.*

ADDITAMENTA.

GENUS EURYLAIMUS.

E. Horsfieldii. (n. 3.) *Mas adult.*

Mento, gula, toto collo antico pectoreque ex parte in fundo canescente purpurino-vinaceo-lavatis, nitore laete sericeo; collo antico infimo fascia stricta transversa, e plumarum quasi abscissarum apicibus, obscurioribus formata; epigastrio ventreque dilutius vinaceo-purpurinis, abdomine sensim hypochondriisque in flavum vergentibus; crisso alarumque tectricibus inferioribus flavis; capitis totius superioris collique postici plumis longiusculis, sericeis, obscure canescentibus, basin versus vineaceis; dorso supremo nigro, pro vario ad lucem objectu in olivaceum vergente; tibiis nigris, versus tarsum paullo flavo-undulatis; dorso et tergo medio, remigibus secundariis extus medio, scapularibus caudaeque tectricibus superioribus longitudinaliter citreo-flavo maculatis; remigum parte reliqua fuscescenti-nigricante; rectricibus apice rotundatis nigris, duabus intermediis unicoloribus,

extima utrinque fascia ante apicem lata alba, sequentibus macula transversa, subovata ejusdem coloris pogonio interno prope apicem notatis; plumis infra-orbitalibus rigidis, brevibus, apice abscissis, nigris, macula prope eas parva horizontali albida; rostro supra obscure purpurino, stria in culmine et alia utrinque prope nigra tomia aureo-flava notato, subtus purpurino, versus margines nigros flavido-nebulato; pedibus fuscescentibus.

*Longitudo totalis 7¹¹ 5¹¹¹, alae 3¹¹ 7¹¹¹, caudae rotundatae 2¹¹ 4¹¹, tarsi 9¹¹¹, rostri ab oris angulo 1⁴ 4¹¹¹, ejusdem latitudo prope basin 7¹¹¹. *Javanis Burong-Bayang.* (*Mus. Monac.*)*

Nota. Icones a clis *Horsfield* et *Temminck* de hac specie datae spectant verisimile ad ejus foeminam, descriptio foeminae sic dictae vero in tabula *Temminckiana* 131 exhibitae ad avem juvenilem.

GENUS MEGAPODIUS.

Spec. 4. M. Reinwardtii. Capitis plumis perquam numerosis cristae speciem formantibus, alis et dorso rufis; collo, pectore abdomineque totis griseis et ardesiacis; uropygio atro-rubente; rostro pedibusque subalbidis; narium membrana plumarum rudimentis obsita; collo toto plumoso.

Megapodius Duperryi *Les-*

son *Bullet univ. des scienc. et de l'industr.* n. 5. p. 113.

Regio ophthalmica quam in speciebus reliquis minus nuda; alae subtus concavae caudam (circiter 1¹¹) transcendentes; cauda perquam brevis rectricibus 10. Longitudo fere 1¹. Habitat in sylvis opacis *Novae-Guineae*, in fruticibus perdicis instar currens; vox subglocitans; *Papuanis Mangoipé.*

GENUS CHARADRIUS.

Ch. Oedienemus (n. 1.) *Nota.* Haec species *Indiam* quoque inhabitat, *Caput bonae spei* ac *Senegambiam*. Specimina africana europaeis paullo minora, indica hisce nonnihil pallidius tincta sunt.

Ch. maculosus (n. 2.) *Nota.* Specimina *senegalensia* *capensibus*

saturatius rufo-tincta sunt. *Aegyptum* etiam inhabitat haec species.

Ch. magnirostris (n. 3.) *Nota.* Icon hujus avis satis accurata nunc in *Temminckiani* operis tabula 387 conspicienda. Habitat *Charadrius magnirostris* in *India orientali* ac in insulis *Mo-*

379

ADDITAMENTA.

luceis ac Sondaicis, et, ut videtur, in *Nova-Hollandia*. Longitudo totalis 17-20³/₄". Specimina ex *India orientali* allata javanicis ac sumatranis dilutius tincta sunt.

Ch. Longipes. (n. 4.) Hujus avis

icon a cl. *Temminckio* data (Pl. col. t. 386.) satis accurata, haec vero cl. *Vieillotii* (Gal. des ois. du Jard. du Roi pl. 228.), teste *Temminckio*, est pessima. Longitudo tarsi circiter 6".

GENUS ARDEA.

A. atricollis. (n. 4.) Adde synonym.: *Ardea melanocephala* *Denham* et *Clapperton* Narrative of travels and discoveries in Northern and Central-Africa Lond. 1826. Append. zoolog.

A. Melanorhynchos. Tergi plumis, habitu et fere magnitudine

nec non totius ptiloseos pictura *Egrettae*, diversa ab ea: rostro, pedibus unguibusque nigris, unicoloribus, exceptis maxillae basi a naribus usque ad frontem ac regione ante oculos nuda flavis; occipitis crista vix ulla. Habitat in *Senegambia*. (Collect. *D. Sieber.*)

